UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL
BERGISCHE UNIVERSITÄT WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Ērodotu Alikarnassēos Historiōn Logoi 9, epigraphomenoi Musai

Herodotus

Genevae, 1618

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1452

Visual Library

me emit qfl. gltr Beritet. Aº 1665. 25 Jul.



HP

H E
H A
H I

CVM V
riarum

Item cum

Excerp

Alia que

OL

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΗΟΣ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΛΟΓΟΙ Θ,
ἐπιγεγραμμένοι ΜΟΥΣΑΙ.

Τὰ αὐτὰ Ἐξήγησις περὶ τῆς Ὁμήρου βιοτῆς.

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARVM LIBRI IX.

IX. Mvsarvm nominibus inscripti.

Eiusdem Narratio de vita HOMERI.

CVM VALLÆ INTERPRET. LATINA HISTORIARUM HERODOTI, ab HENR. STEPHANO recognita: & Spicilegio FRID. SYLBVRGII.

Item cum Iconibus structurarum Babyloniacarum ab HERODOTO *descriptarum.*

Excerpta è Ctesiæ libris de rebus Persicis & Indicis, & ex iisdem FRAGMENTA auctiora.

Cum INDICE *aucto & locupletato.*

Alia quæ accesserunt ad hanc editionem, versa cognosces post præfationes paginâ.

Editio adornata opera & studio Gothofredi Iungermani.



GENEVÆ.
OLIVA PAVLI STEPHANI.
M. DC. XVIII.

P. T. Amstelodamar.

1948 Abig. V.



ILLVSTRISS. DN.

DN. PHILIPPO LVDOVICO,

COMITI HANOVIÆ ET RINECKÆ,

Domino in Mintzenbergk &c. S. Cæſ. Mai. à conſiliis, Heroi generoſiſſ. & clementiſſ.

ILLVSTRISS. Comes, Domine clementiſſime, Scriptorem celeberrimum, & quo vetuſtiorem poſt Moſem & ſacræ hiſtoriæ conditores integrum noſtra ætas non vidit, ſub T. ILL. GENEROS. nomine edimus. HERODOTVS is eſt, quem HISTORIÆ PARENTEM, Eloquentiæ parens nominare haud quaquam fuit veritus. Editionem vero illam ſub illuſtriſſimo nomine Tuo (vt de hac re prius aliquid verborum faciam, & ita de mei facti ratione, quum præſertim ipſe auctor ob famam ſuam & gloriam quam per tot ſæcula ipſi Muſæ ſuæ conſeruarunt, ſermonem longum minime deſideret) quod ſuſcepimus, ei rei cauſſam addidiſſe & votum noſtrum ſi commemorem, nihil falſi hîc protuliſſe certe ſum exiſtimandus. Poſtquam enim per vnum alterumve annum & quod excurrit, hîc in T. ILL. GENEROS. vrbe noua ſubſtiti, primum ab ocello typographorum Cl. Marnio aduocatus, ſi aliquo pacto ipſius deſiderio de bonis auctoribus Græcis denuo vel nouiter, ſi ita daretur occaſio, edendis corrigendiſve poſſem ſatisfacere, quæ quidem ampliſſ. & clariſſ. amicorum nonnulla de me fuerat opinio, acceſſeratque commendatio, quamuis ingenii mei tenuitate, quod numquam diſſimulaui, ſed faſſus fui ingenue, me vtrique iſti oneri, certe alteri præſertim, imparem eſſe affirmarem, hominem inſuper nulla eruditæ doctrinæ copia inſtructum, & qui illas ſpes amicorum virorum, quos veneror, non tam reipſa vlla ex parte, quam amore & beneuolentia, qua me non meritum licet proſequerentur, ſuſtinere poſſem: poſtquam igitur, quod dicere cœpi, per aliquantum temporis ſpatium hîc ſubſtiti, cogitatum fuit aliquoties, ſi qua noua boni auctoris editione ſtudia noſtra qualiacunque T. ILL. GENEROS. probare, immo commendare porro poſſem, atque adeo teſtari publice, nos hîc ſub tutela T. ILL. GENEROS. vixiſſe ſane nec inuitos nec non lubenti animo. Sed occaſio digna mihi hactenus dari viſa nulla: ita fui occupatus potiſſimum aliena opera curans, excuſſus propriis, vt ille ait: & vllo illicio alienam meſſem ad me pertrahere, id vero, quamuis more hoc hodie fit, quo tamen & alia non bono ſcilicet fiunt, facere nolui; nec vmquam me tam improba capiat cupiditas.

Interim T. Ill. Generos. hinc ob augusta negocia abire contigit, acciditque paullo post vti optimus Marnius noster post alios eximios historicorum Græcorum & Herodoti editionem adornari iuberet, vnius preli ratione præsertim ita poscente. Ibi statim nobis incidit, forte cum hoc auctore nos id audere posse, quod hactenus sollicitos habuerat, & in diuturna absentia T. Ill. Generos. eam editionem vouimus, vt quamprimum ἐπ' οἴκοις illa rediret, contingeretque ex ista ἀπορροῖ, gratissima, &, vt vtroq; vocabulo Herodoti nostri vtamur, qualis numquam antea rerum omnium δύεφω, Cuius voti quum simus facti compotes, merito ante omnia & nobis gratulamur ideo, gratiasque agimus benignissimo omnium rerum moderatori, summo & αὐτοφύτῳ Deo, quod tam large vota nostra expleuerit, vt T. Ill. Generos. non tantum saluam sanamque reducem videre potuerimus, sed & insigni præterea titulo auctam cognoscere: eundemque cæli & terræ potentiss. arbitrum precamur, vti porro T. Ill. Gen. consilia & facta gubernare, dirigere, & fortunare clementer & benigne velit. Reuertor ad præsens. Et caussam quidem quæ me impulit, cur T. Ill. Gen. cum Herodoto nostro alloqui ausus fui, sic attigisse, satis, ni fallor, esse iam potest. De altero, huius nimirum auctoris dignitate & auctoritate, fortasse verba magis adhuc compendefieri queant, quum ea T. Illvst. Generos. nullo modo ignota esse possint, vt quam profecto in hisce litteris, quas humaniores vocamus, non mediocriter tinctam vel ex tam deprædicata fama cognoscere & audire potuimus sæpius. Sane vti T. Illvst. Generos. multo maiora dignioraque offerri debere nullo modo eo inficias, ita tamen nec hunc nostrum indignum ea sperare volo. Nec enim vereor ne illi adhærescat apud T. Illvst. Generosit. macula ista, quam aspergere conati fuerunt non solum recentiores non nulli, sed etiam antiquiorum aliqui: quorum maleuolentia eousque progressa fuit, vti quidam κακηκοΐας, si dis placet, Ἡροδότῳ scribere ausi fuerint: nisi illos tamen, graues alias & eruditos auctores, quid excuset, quod manifesti sint patriæ amore (qui in multis præiudicium facit) id potissimum fecisse, quam Herodotvs noster non ita extollat, vti ipsis allubuisset, vel facturi fuissent si suscepissent ἰσοτέλειας ἀπόδειξιν ipsi. Scilicet ille solos Bœotos & Thebanos laudasset, in hoc numquam reprehensus esset. Sed eius apologiam, quum iam laboriose id præstiterint, tam Gallice quam Latine, viri doctissimi, in quibus & breuiter & grauiter auus etiam meus ὁ μακαρίτης Ioachimus Camerarius, à me retexi non est opus, nec locus etiam hic patiatur: & me hercle apud Ill. Gener. T. actum agere non decet. Lubet saltem addere hoc tamen de fabulosis quibusdam narrationibus, quæ in Herodoto (quis negat?) leguntur, quas tamen ille sacerdos Musarum non de se nobis largitur, vel οἰκόθεν promit, sed ab aliis accepta suæ historiæ intulit: non idcirco tam temere censoria ipsum virgula, quam quidam nullo populi suffragio arripiunt, castigandum. Quid enim? consideret mihi quis ista ἐθνικὰ & τοπικὰ, is præsertim *Qui mores hominum multorum vidit & vrbes.* An non vbique locorum talia acroamata in promptu sunt apud ciues? an non origines suas ab antiquis plane & oblitteratis monimentis repetunt? an, vetustiorem modo possint arcessere suæ vrbis memoriam, fabulas effugere curant? Certe illas narrationes tales tum pueri à parentibus audimus & mandamus memoriæ, porroque in nostros posteros quasi de manu in manum traditas deriuamus. Ea tum late peruagantur scilicet, fluuntque sermo publicus: & historiarum scriptor eiusmodi certe debet de originibus locorum & vrbium antiquitate quæ feruntur, exponere: longeque id

præstat

præstat quam vt quid comminiscatur ipse, quod vt quidam ingenioſi fecere, ita numquam laudatum fuit à prudentioribus. Quæ itaque penes ſcriptorem culpa reſidet, ſi talia quædam ἐπισόδια μυθώδη inſerat in hiſtoria, præſertim tali quæ circa τοπικὰς ἀναγραφὰς occupari neceſſe habet ſæpius, qualis & noſtri HERODOTI profecto eſt: quem διηγήσεις ſuas, vt & alij ipſo antiquiores, τόποις, in quibus res geſtæ fuerunt, ἀκολουθοῦντα partitum, critici veteres iam diu eſt quod obſeruarunt? Ne quid dicam quam ingenue ille identidem conteſtetur ita ferri, ita famam eſſe, ita ſe audiuiſſe, immo aliquoties etiam non ſibi iſta quidem veriſimilia eſſe, tamen ſe non debuiſſe prætermittere, alia quæ ab aliis iam monita, & inter prolegomena Herodoto noſtro præfixa habentur. Nec vero iſta de originibus, quæ in omnibus ſcriptoribus quo ab vltima vetuſtate euocentur longius, fabuloſiores videri ſolent, è meo ingenio deprompſi: ſed ex Dionyſij Halicarnaſſei commonefactione, accuratiſſimi talium arbitratoris, qui profecto longe modeſtius & cautius de priſcis illis ſcriptoribus iudicium fert, quam hodie à quibuſdam fere calore quodam & plerumque imperitiâ fieri videmus. Iſtum ad modum & Ælianus, ὁ μελίφθογγος, poſtquam ex Alexandro Myndio, vetuſto ſcriptore, protulit hiſtoriam de ciconiis, quæ aues exacta ætate ad Oceanitidas volent inſulas, idque præmii pro pietate erga parentes referant, vt ex auibus conuertantur in homines: ὅμοι δοκεῖ μῦθος εἶ). Fabulam id eſſe, ait, non puto. Quid enim, addit, hoc comminiſci Alexandro profuiſſet? Turpe namque eſſe viro cordato mendacium præferre veritati, ſi etiam maximum proponatur eius facti lucrum; nedum iſtud facturus eiuſmodi vir præſumendus ſit in iis, vnde ne vilis quidem lucelli exſpectare debeat emolumentum vllum. Quæ certe & de noſtro HERODOTO pariter recte & vere dici poſſunt, eamque ob cauſſam afferre volui: quitamen numquam proceſſit eo audaciæ, vt bruti alicuius in hominem μεταμόρφωσιν περατοῦσας perſuadere voluerit cuiquam, etſi tale quid, vti dixi, de ciconiis Prænestinus ille ſophiſta Myndio hiſtorico credebat. Verum, vt ſuprà dixiſſe commemini, mea defenſione ſcriptorum eximius non eget, abſque aliis hoc ſatis & abunde eſt iam præſtitum: & omnis antiquitas cum honore & laude vſurpauit HERODOTI nomen, ſæpe eum τὴν συγγραφέα honeſto nomine vocantes. σοφώτατον, γλυκιὼ, θαυμασιώτατον τὸ μελίγηρυ Herodotum aiunt, eius diuinam in dicendo ſuauitatem in primis admirari. vtque eum ſemper præſtantiſſimum putarunt, qui ad Homeri ſui exemplum quam proximus accedere poſſet; ita HERODOTVM noſtrum & quidem ſolum ὁμηρικώτατον extitiſſe præclari rhetores ſcriptis ſuis conteſtatum reliquere. Nec itaque dicam quidquam etiam de illo, quem adiunctum antea à typographorum γραφίδι ſcriptis HERODOTI, nec ego temere auellere volui, archiatro regio, inquam, CTESIA: quod is omnia noſtro contraria narrare in hiſtoria animum induxerit. nam cuius vitii HERODOTVM affinem facere vult ἐκεῖνος ἔλκεσι ἀλλοις μέλαγε βεῖθρα ὁἰαλοῦς. idq; auctores certatim annotarunt. Antiquitati ſane viri, non à nemine etiam laudati, hoc dedi, & quæcunque raptim Fragmenta colligere potui, vel ab aliis collecta fuere, quoniam eius ſcripta ad nos non peruenerunt, ea Excerptis à Photio adieci, & in publicum ſic aucta & locupletata edidi denuo: quum præſertim earundem gentium hiſtoriam, Aſſyriaca nimirum & Perſica, quam noſter HERODOTVS, ſcribere ſuſceperit. Verum vt tandem finem imponam orationi: ſi igitur HERODOTI noſtri hiſtoriam principem locum inter alias antiquorum tenere affirmauero, & iure quidem meritoque, nec vllam facile illi poſſe vel debere anteponi: id non abſque auctoritate grauiſſimorum viro-

rum certe fecero. Nec itaque, illustriss. heros, Dn. clementiss. eius editionem existimauimus indignam, quæ sub T. Ill. Generos. nomine adpareret, quum in ea profecto haud paruæ res commemorentur, sed potentiss. regum & principum consilia ac facta, multaque monita inspergantur à viro principe legi digna: ne quid dicam quam pie loquatur, quamuis Ethnicus ille vir, de diuina prouidentia: & quod neminem Græcorum scribendi genere accessisse propius ad Hebraicam breuitatem simplicitatemque velint, ex eoque sacræ chronologiæ cum profanis historiis conciliationem non incertam petant, ac collationem instituant nec inutilem nec iniucundam. Quæ ego sanè ex grauiss. & doctiss. virorum iudicio profero: quum meum, vt iuuenis adhuc & imperitior, nec in vsu rerum versatus, nec eruditione aliqua suffultus, interponere non debeam. Qui itaque satis abunde voti summam me consequutum putabo, si nostrum qualecunque studium (quantum quidem in tam breui temporis spatio, quo absolutus fuit hic auctor, mea ex parte præstari potuit, variis aliis distracto modis) in Herodotea editione noua, vt ornatior quam antea prodiret, positum, à T. Ill. Generos. non improbaturum fuisse cognouero. Cuius quidem rei me spes bona fouet, qui sciam T. Ill. Generos. fauorem erga bonas litteras & artes earumque cultores eximium, virtutem hodie raram, ita laudatissimam in principe viro: quam, vt & alias, quas in T. Ill. Generos. admiramur, ore quod magna sonaturum est prædicari decet: ego pro tenuitate mei ingenioli & oris infacundia calamum hic sisto, & eas potius colo cum silentio & animo venerabundo. Nec aliud iam addo quam vt T. Ill. Generos. cum auctore isto cultum & deuotionem humiliter & submisse iterum iterumque deferam, quæ vt ab homine tenui & ignoto illa ne spernat, obnixe & maximopere rogo. Ita, quod restat, Deum æternum oro, vt ille propitius T. Ill. Generos. saluam & incolumem diu diuque superstitem esse sinat cum bono Ecclesiæ suæ & Reip. emolumento: Illustrissimæque domus vestræ gloriam antiquam non solum conseruare, sed altius eam extollere velit. T. Ill. Generos. quam optime valeat. Hanouiæ in T. Ill. Generos. vrbe noua, è typographio Wecheliano. Anno ∞ IↃC VIII. ipsis Idibus Mart.

T. Illvstriss. Generosit.

humillimus cliens

Gothofredvs Ivngermanvs.

LECTORI CANDIDO.

NIHIL *fuit, amice lector, de quo nos minus cogitauerimus anno præterito, quam* HERODOTI *editionem ista hyeme susceptam iri: nec eius rei mihi vel leuiter in mentem venire potuit. Sed varie se habent etiam optimorum typographorum sæperationes, vt mehercle, quantum ego hactenus, dum illi arti non ita diu operam* ἐπανορθωτικῶ *in parte dedi, cognoscere potui, adeo vt illud & hic verũ esse, quod prouerbio teritur, expertus pronunciem, scilicet & nos plerumque in ipsa demum arena consilium capere oportere, non secus ac gladiatores aiunt. Ita ergo factum & nunc fuit, qui voti mei nondũ potui fieri vel semel compos, vt ad opus aliquod pransi ac parati accederemus. Quamuis enim tum quod ad me attinet, ne quidquam ambitiũculæ ex his verbis mihi quis sinistre colligat, quæ in me profecto non est vlla, nihil magni vel eximij à mea tenuitate proficisci posset, nec ego quid tale etiam promittam: tamen occasio sic esset à viris litteratis egregiam aliquam colligere symbolam ociosius: quam in Reip. litterariæ gratiam nobis credo illi haudquaquam negarent. Verum ἀφθονοι illæ Musarum θῦραι non vbique adeo nobis in propinquo: locorumque interualla sibi & temporis longioris spatium tum deposcunt. Sed ad ea quæ nostram editionem attingunt propius: vbi non mirabor, si quædam monere oblitus fuero; ita hæc in ipsis nundinis scribo, & quum liber iam mitti ad eas debuerat. Quum itaque auctoris cuiusdam veteris diu exspectata Græcolatina editio nondum à viro docto huc transmissa esset, quam alias prelo subijcere, nostro fuit decretissimum, operæq; ad suos labores denuo confluerent, Marnius noster, vno prelo præsertim ita exigente, consilium de Herodoto edendo cœpit, & dictum factum, in eam rem editionem H. Stephani secundam ad nos misit, quæ operis nostris pro exemplari esse posset. Ego tum eram totus in Polluce, & Notis ad eum pertexendis, quas vt auderem aliquas post opt. amicum nostrum W. Seberum, quem in eadem re occupatum esse sciebam, cuiusq; editio hisce nundinis prodit, caussa princeps fuit ms. Palatinus eximius ab amicissimo viro* IANO GRVTERO (*cuius eruditionem illam τῶ πάνυ admirer ne an summam erga me beneuolentiam exosculer magis, incerte angitur animus: & Musæ non sirint, vt vmquam tam angusto temporis spatio eius de me meritorum enumerationem ac deprædicationem imprudenter includam*) *ex illustr. illa Bibliotheca erutus, in quo hoc clarè discere potui, non vane iactari de critice à viris qui in eo genere hodie familiam ducunt, eam vt Africam esse: quippe adferre semper aliquid noui. At non tanti forte nouitas, quæ si spectetur sola, cordatorũ etiam virorum cauilla haud effugit, vt ideo quid porro in isto auctore tẽtare debuerim, nisi tam multas veras lectiones me reperisse in laudato ms. putasse, vel veras tamẽ quasdã, vbi vulgatæ falsæ videntur, repositurum eius ope adiutus sperassem: de quo, si non spernetur hic partus, eritq; qui tollere velit, τὸ αὐτὸ τὰ χρ βοήσῃ, quod præfiscini tamen addiderim. Ego itaq;, ne multis morer, tum in Polluce totus, ita in eodem pergebam: satis ratus, si Herodotea editio ad Stephanianæ exemplum publicaretur, nobisq; saltem hoc proponeremus vt nostra qualiscunque diligentia pro viribus tamen Stephanianæ esset æmula: diligentia, inquã, non eruditio, ad cuius ἄκρον tale, quale ille vir attigit, me peruenire posse haud spero vmquam. Verum tamen quum superiori anno iamiam exeunte, cogitationes nostræ εἰς τὸ νέωτα conuerterentur frequentius, cõsideratâ operâ meâ, & quid restaret profligandũ ante quã nundinæ aduenirent, quarum terminis nostri labores iniquius, si verũ dicere licet, plerumque circumscribuntur, & viso, me demũ peruenisse ad ὀνομαστικὸν septimum, sig. absoluendum esset in Polluce quod sub manu, verendum esse ne in Herodoti editione amplius quam præuaricatus viderer, vt qui huic plane nullã operam à me dedissem: sic itaque mearum rerum hercle satagere cœpi, cura animum incertante varia. Sed cogitaui tamen Pollucem alias proditurum, licet ego nihil adsuerem, quum ille sat eruditum editorem, amicũ nostrum, esset iam nactus: & mihi etiam aliquod moræ pretium fore, quod à doctissimo quodam viro in eo auctore obseruata & emendata exspectare iussus fui è Gallia: abrupiq; tandem hoc filum, & Pollucem sepositi, cum æstate, si erit ociũ & facultas, σὺν θεῷ resumpturus. Itaq; Herodoto tandem, non ita tamen solo, vt non & alijs distraherer sæpius, per duos menses operam dedi, quãtam per quotidianum pensum dare licuit, & pauca quædam attulisse mihi videor vt illius iam editio prodiret illustrior & ἐυσυνοπτικὴ aliqua auctior: plura sane allaturus, si per tempus licuisset huic rei inhærere lõgius. Scilicet qui in opere ipso parum possunt, in parergis sunt occupati: quiq; in libro ipso elaborare nihil audent, interdum tamen quasi alludunt ad margines. Tu de omnibus ita censebis, amice & candide lector, vt tumultuarie valde præstitis, & nimis properanter, præterea ab homine cui profecto nec ingenium in numerato est, nec exprompta adeo memoria. Ego paucis ordine ea referam, quo & de aliorum laboribus certus fias vnde scilicet quidque & à quo simus mutuati. ita enim vnicuique suum, vt verum & par est, poterit tribui.*

Textus (*vti vocabulo iam recepto in hac re vtar*) *Græcus & Latinus nostri Herodoti ad exemplum editionis H. Stephani secundæ expressus est: quid vero ipse in sua recẽsione præstiterit, cognoscas, si lubet:*

ex ipsius prolegomenis,quæ statim cum aliis Herodoto præfixa inuenies. Mutare mihi nihil permisi, nisi quosdam typographicos errores,ita certos,vt me palpari putarem:qua tamen in re quo versarer cautius, adhibui semper editionem eius primam, mihi quondam à Clariss. GRVTERO datam. raro item in interpunctionibus variaui,itidem illa priori nonnunquam in consilium adhibita, editione certe diligentissima. vbi tamen vtrumque spero ita tentatum,ne quidquam facile in ijs locis, quos studio se mutasse ait in illa secũda editione,peccarem. De interprete alias quem VALLAM autumant,mihi profecto idem accidit,quod H. Stephano,vt obscuras quasdam sententias tam apte expressas ab eo in Herodoto mirarer,interdum tamen ipsius interpretatio, licet nondum vllam accuratiorem linguarum cognitionẽ mihi vendicare possim,meis auribus quidem nescio quid mendosi sonaret & inconcinni. Adeo vt si quid ego voluerim refert, optimum H. Stephanum de nouo vertisse ἢ συγγραφέα optarem, quod illi facile fuisset, qui vix duodecim dies consumpserit in tot interpretationibus & melioribus & verioribus conscribendis quas oræ adposuit:vel vt istas interpretationes, quas margini adiecit, in textum ipsum transtulisset,quum præ iis alteræ plerumque etiam plane falsæ sint,vel Græcis verbis minus respondeant. Verum quoniam ipse hoc noluit,immo etiam aliis diserte interdixit ne in contextum referrent has interpretationes,& nos eius voluntatem contra ire hic iam noluimus: quo tamen lectori oræ paginarum ad notandum vel obseruandum essent liberiores,illa omnia cum bona ipsius diligentiæ pace migrare iussimus in extremas paginas,vbi nobis videntur locum non minus certe commodum vel elegantem obtinere:numeris præfixis,qui singulorum quo referenda indices. Ceterum de libello qui vitam HOMERI continet,didici ex prima H. Stephani editione, eum esse ex Conradi Heresbachij interpretatione, ab H. Stephano multis locis recognita:at versus qui passim inserti occurrunt, Conradum non vertisse:ideoq; eos partim ex eiusdem H. Stephani, partim ex aliorum interpretatione nos habere. Et hæc de contextu, interpretatione,interpretationeq; recognita. Ad CAPITA,siue TMEMATIA quod attinet, dixi ante annum ad Cæsarem,quid in ea re spectassem,eundem auctorem ita videlicet partitus. Si qui improbant,libere dico in hac re,malo cum illo quem magnum in ea auctorem sequor ita desipere (quod Musæ tamen bene prohibebunt) quam cum illis diuerse sentire. Sed, inquient, rectius tamen & melius potuisset ista partitio institui. Hic sane habebunt me fatentem,& aptius alium potuisse non negabo, nostramq; minus congruam interdum,immo sæpius,& id fatebor. & fuisset alia modo qualis qualis ad manus, arripuissem libens vel ambabus,quod aiunt. Ego mehercle in festinatione summa non potui ista dinumerare accurate:nec vllum inde auctori nostro spero fore incommodum: quod eas numerorum σημειώσεις oræ interiori paginarum adposui,neque ipsum contextum ideo distraxi:saltem ea fini elaborans,vt Index ad eas accommodari posset;non ad paginas, quæ in nulla nõ editione incerte variare solent. Auctorẽ alias ita scripsisse,eiusq; orationem ea inter se cohærere ἁρμονίᾳ, vt omnem istam minutam diuisionem respuat, sine sciuissem,ex re ipsa satis potuissem experiri. Nec capita etiam inter se paria,sed illa prolixiora,ista breuiora feci,prout mihi multum rerum nominumve contineri videbatur pro Indice excerpendo. Nec spero tam iniquum mihi aliquem extiturum,vt ad mensuram hæc tradi sibi postulet. Nemo tamen in Plinio,Aeliano(quamuis illis alia scribendi materia) aliis,hanc inæqualitatem culpat, sed sic permittunt, quamuis ab indoctiss. sæpe librariis ea profecta segmenta sciant. Sed vos qui nimium reprehenditis & acerbo animo, considite quæso vel noueni, quot Herodotus noster & Cephalion quidam Musas conscripsit,idemq; tentate separatim quisque:dabo vobis contra pignus, si inter vos conueniet, & ni tandem exclamabitis ipsi Quot capita tot sensus,id quod vulgo iactant. Pergo. Notulæ quæ in textu Latino nigræ occurrunt interfertæ tales ¶, designant tibi tmemata, vel tmematia, in quæ H. Stephanus librum vnumquemque in sua editione posteriori distribuit. qua distributione, vt ipse ait,lectio quæ alioqui nimis longa videri possit, in certa interualla,ceu longa quædam via,diuidatur, vbi commodè, si visum fuerit,liceat interquiescere. Id quoniam ipse monuit,nec ego sane omittere volui. De vita vero HOMERI adhuc dicendum superest,nos in H. Stephani editione ad Græcum contextum nullas διφατίας (vt ipse Herodoteo vocabulo vocat) lectiones inuenisse. Quum itaque olim dum Heidelbergæ apud nobil. & ampliss. v. G. MICH. LINGELSHEMIVM, patronum meum eximium, quem honoris & laudis gratia nomino,degerem,cum ms. Palatino,in quo vna cum quibusdam aliorum auctorum scriptis ista ἐξήγησις περὶ τῆς τοῦ Ὁμήρου γενέσιος καὶ βιοτῆς continebatur,illum libellum contulissem,istaq; excerpta adhuc inter scidas meas inuenissem,& quosdam locos inde augeri & emendari non inepte posse vidissem, eam διαφορότητα singulis locis in margine Græci contextus adscripsi: in contextu ipso mutaui nihil, sicut & infra in scriptum illud præfatus fui. Sequuntur adiectæ ab H. Stephano adpendices, de PERSARVM LEGIBVS ET INSTITVTIS vna,altera de ÆGYPTIORVM:vtraque ex auctoribus priscis ab eo excerpta cum quibusdam eius in aliquot locos obseruationibus. Hic lubuit quid loco quasi tertiæ adpendicis addere,vel quasi locupletare adpendicem Stephani Aegyptiacam. De illo enim Aegypti flumine vnico, NILO,ex pluribus auctoribus adieci veterum sententias inter se dissentientes omnes super huius fluuij augmento,partim & Herodoti opinionem refutãtes. Notaueram mihi illa loca, quum alias collectanea ad Herodotum pararem,varijs auctoribus antiquis raptim peruolutatis, & nouis etiam quicunque mihi

ad manus

ad manus: stulte, qui hæc confieri sperabam posse tempore tãtulo. Sed ista tamen priuatim corrasisse forte non erit aliquando plane superuacuum. Possent enim ni fallor quædam loca inde Herodoti emendari, illustrari certe: & vtinam hanc operam nobis H. Stephanus, qui omnium potuisset optime, dedisset, suasq; illas promissas adeo adnotationes emisisset: quas iam vmquam emersuras quis speret, post quam

Τὸν Μέσσης φίλον ἄνδρα τέλος θανάτοιο κάλυψεν.

Vix vacat in his temporis angustijs, lubet tamen locum qui occurrit in exemplum subijcere. Clione, cap. CXVII, *ait ad Astyagem Harpagus*, ἐπείτε ὦ ποιήσαντος τάδε τὰ κελεύομενα, ἐτελεύτησε τὸ παιδίον πάυσας τὸν δυνάζων τὰς πιστάτας, καὶ εἶδον δι' ἐκείνων, καὶ ἐθαψάμην. *Hic pro vltimis verbis forte alicui non displiceat lectio quorundam, vt videtur, veterum,* ἐθαψάμεν. *Sic enim diserte Thomas magister in eclogis vocum Atticarum:* ὡσαύτως (*scilicet vt* ἐθρεψάμεν *dicimus pro* ἔθρεψα, *&* ἠγανακτησάμεν αὐτὸ τὸ ἠγανάκτησα) καὶ ἐθαψάμεν αὐτὶ τοῦ ἔθαψα. Ἡρόδοτος ἐν τῇ ἑφδόμῃ· καὶ εἶδον δι' ἐκείνων, καὶ ἐθαψάμεν. *Sed non possum quin & alterum, quum non ita procul illum sequatur, addam, qui forte maioris momenti. Eadem prima Musa,* cap. CXXVIII, *de Astyage legitur:* ἑφδόμου μὲν τὸν μέγαν τῶν ἐνειροπόλων, οἳ μιν ἀνέγνωσαν μετεῖναι τὸ Κῦρον, τούτους ἀπεσκολόπισε. *Scilicet pro illo* μετεῖναι *fortè* μὴ κτεῖναι *legendum, nec aliter veteres codices habuisse, si me Thomæ eiusdem auctoritas non fallit, quamuis apud eum corrupta vna litterula ita legas:* ἀναγινώσκω τὸ ἀναπέδω, ὡς ἐν τῇ ἑφδόμῃ· οἳ μιν ἀνέγνωσάν μὲ κτεῖναι Κῦρον. *In primis vero plura in illis, qui Herodoti verba hinc inde laudauerunt, mẽdosa possent è nostro rescribi. Sane apud Stephanum, siue quisquis est ille* ὁτὰ ἐθνικὰ καταχράψας, *varietas in propriis vrbium celeberrima est, vt loco exempli,* Θύελλαι πόλις Οἰνοτρίας, ἐν ᾗ μοῖρα Φωκέων ὤκησεν, ὡς Ἡρόδοτος α'. *atqui in Herodoto nostro illa* Τέλη *scribitur in ea Musa Clione, cap.* CLXVII. *Sic quæ Euterpe, cap.* XXIX, Ταχομψὼ, *Ethnicographo saltem* Χομψὼ *ex eodem libro Herodoti affertur. Qui* Ζύγαντες *in Melpomene, c.* CXCIV. Γύζαντες *ex eodem libro quarto laudat idem, & in* Βύζαντες *ait,* κακῶς δὲ τὸ γ' Γύζαντες *legi apud Herodotum, quo modo tamen & in* Κύραυνις (*quæ* Κύρηνις *Herodoto ibidem*) *adducit,* ὑποος, *inquiens,* καὶ Γύζαντας τοὺς ἐν Λιβύῃ· Ἡρόδοτος τετάρτῃ. *Verum mitto hæc, & dico de ceteris quæ restant. His itaque adpendicibus, quas dixi, subiectũ habes* Fr. Sytburgii *Spicilegium in Herodotum, quod ex editione Herodoti Latina minori forma ab illo ad exemplum Stephanianum primo anno* CIↃ IↃ LXXXIV *curata, vbi id interpretationibus H. Stephani in margine insertum, raptim excerpsi. Non paucis tamen locis adhuc inquiri posse in interpretem nemo mihi negabit qui examinabit accuratius, ociosiusq; hoc agere volet. Mihi sane ita visum fuit non raro vel obiter relegenti, & proposuissem libens, si per tempus licuisset, tam quorundam locorum interpretationes alias, quæ apud recentiores exstant post Vallam prolatæ, quam meas de quibusdam locis in Herodoto Latino dubitationes, vt viri docti de his statuerent & decernerent, rectene an secus illud facerem: nam & ego meum nomen inter illos profiteor qui doceri cupiunt. Vel illud vltima Musa, cap.* CXIX, *quale est?* ossa illa falsuræ prius imposita resiliit palpitauitque, quemadmodum pisces recens capti. *Quando prius? & quid verbigerari opus? omnino scripsisse Vallam,* prunis, *& id à librario male descriptum, vel ab operis male lectum, indeq; effectum illud* prius. *Græca certe id confirmant* οἱ τάριχοι ὑπὸ τοῦ πυρὸς κείμενοι ἐπάλλοντό τε καὶ ἐσπαίροσαν, ὅκως περ ἰχθύες νεάλωτοι. *Ibidem statim ante cap.* CXVIII. ὡς κατελαμβάνοντο ὀλίγον ἐόντες ὑπὸ Αἰγὸς ποταμοῦ. *Valla,* quum pauci essent, super Ægos fluenta circumuenti. *qui itaque legerit* ὀλίγοι ἐόντες. *An recte vero, ego non iudico, saltem indico vt legerit. Qualia multa quis obseruet, qui vel obiter hoc agat. Ne recedamus longius, eadem Calliope, c.* 98. Quod facientes quum cernerent Persæ, & scirent Samios fuisse adhortatos, arma Samiis adimunt. *potius debebat* Ionas, *pro* Samios. *Ita enim Herodotus*, καὶ τοῖσι Ἴωσι ὑφηνέσαντας· *scilicet* ὡς εἶδον οἱ Πέρσαι τὰς Ἕλληνας. *cap.* LXXIV. Εὐρυβάτεω, Eurybatem *Argiuum legimus, quem Valla mendose* Eurybiadem *habet. Sic cap.* LII. *de Amomphareto:* ἅτε ὑφηγεύμενος τῷ πρότερον λόγῳ· *in Valla omissa negãs particula,* quippe qui colloquio superiori interfuisset. *Verum & hæc colligo non vltra, sed missa facio iam. Nunc & de* Ctesia *breuiter, in quo pariter, quod ad excerpta quidem ex ipsius Persicis & Indicis à Photio attinet, sequuti sumus H. Stephani editionem Herodoto adiũctam: nisi quod aliqua quæ auctiora in clariss. & beneuolentiss. viri* D. Hoeschelii *Photio Græco erant, vel in ms. Bauarico esse idẽ vir laudatus monuit, ea fere in contextum nostrum retuli, vtrimq; secus tamen vncis inclusa, & re ad oram indicata: Latinam versionem tum pariter mutuatus ex Latino Photio eximiæ eruditionis viri* A. Schotti, *qui præclaram illam editionem suam ad me ante annum dono misit. Græcæ lectiones variantes ad oram vero sunt ex eadem editione Photij, quam cum Stephaniana Ctesiæ diligenter contuli, & vbicunque illa variabat ad nostram adnotaui. de quibus & infra ad Ctesiam monui: sicut & de hoc, Notas subiectas & Interpretationes diuersas esse ab eodem A. Schotto, priores quidem: posteriores vero, quæ nouo incipiunt à signo, eas ab H. Stephano & D. Hæschelio esse. Ipsi Ctesiæ præfixi H. Stephani disquisitionem de* Ctesia, *& quæ sub finem eiusdem notarum legebantur de* Διττογραφία *quorundã nominum, in Ctesia præsertim, deque voce* Ἐκλογῶν· *hæc inquam ex editione ipsius prima, quæ anno* CIↃ IↃ LVII. *dedit Ctesiæ eclogas Græcas cum quorundam aliorum. Vt itaque Persica & Indica excerpta ex conuersione H. Stephani Latina habes, è qua & antea, (quam & in prioribus eius editionem scilicet sequutus: hic loco mouere noluit: non ignarus alias à clariss. Schotto in eadem re post ipsum elaboratum esse*

haud frustra, vt vel quæ raptim excerpsi indicent, præsertim in Indicis) ita in Indicis & alteram subieci ab amico nobis viro quondam confectam, & qui nunc μακάρων ἀειδμεῖται, L. RHODOMANO, (ob cuius obitum Græcæ Musæ αὐτῶν ἀλλήλαισιν ἐκώκυον) sed non editã, quam descriptam huc misit, quum de nostro instituto cognouisset, nob. & cl. vir. Mel. Goldastus. Vltimam partem, Fragmenta nimirum CTESIÆ congesta, & in ordinem non nullum interdum digesta, ibi si meo labori aliquid adscribam, non spero me ideo cuiusquam reprehensionem incursurum. Quamuis enim fatear lubens præcipua quædam ex Xenophonte, Plutarcho, Athenæo, & Demetrio Phalereo ab H. Stephano primum collecta & edita: posteaque ab A. Schotto in Latino suo Photio aucta ex alijs auctoribus: tamen & eadem & non pauca alia me cõtulisse vel ipsius Ctesiæ verba, vel aliorum ex ipso factas ἐκλογάς, vel vbi eius mentio, certum est. Vbi tamen nihil exposco quam tumultuariæ σωαγωγῆ συγγνώμην. quam paucis enim diebus me circumscripserint operæ, quibus ista describenda, conscribenda, omniaque παρέργως, quid referre attinet? Adscripsi vero ad Latini contextus oram semper, quo interprete illa legas: quæ sic quibusdam crebrius petenda fuere, vt ex Plutarcho, Aeliano, Tzetze, id interdum omissum fuit admonitiunculæ, facileq; ipse colliges ab eodem esse interprete, cuius versionem in eiusdem auctoris verbis antea adposuimus. Athenæi omnia puto ex H. Stephani interpretatione, certe ex eius editione horum fragmentorum eam sumus mutuati. In ceteris minutioribus particulis, vbi non ad manus fuit versio, à me ipso exsculpere conatus fui aliquid interim quod alicuius versionis loco esset, ne vna ex parte scilicet paginæ vacarent. In quo te iterum rogatum volo quisquis es, vt benigne mecum agere velis, & non ad tuam eruditionem ista expendere nimis, qua me facile vincis, vel vincere potes: ego enim cedam libens, acerbitatem tantum deprecor & in carpendo maleuolentiam, alias facillime laturus si meliorem substitueris, nostræq; alleueris atrum Transuerso calamo signum. *Errare solent & qui cauent ne errent, qui nonum sua in annum premunt: quid mihi incautiori & sua iam adeo præcipitanti accidat? Et idcirco egregiam laudem spoliaque ampla referet hercle nemo, qui festinantis erroribus valde insultabit. At quo feror: nec enim cum tali mihi rem esse volo, sed cum candido & humano lectori, quem tamen & ipsum ne morer diutius, sermonem contraho. Notas igitur extrema quaque paginarum ora Ctesianorum fragmentorum vt in mentem venit ita quasdam asperse: sicut & in tertia feci adpendice. De Indice iam in Herodotum sermo iterum longus incipiendus foret. Sed breuiter. quum eum quem inceperam ipse perficere non possem, reconcinnaui quantum potest priores: ita tamen vt multum auxerim vel sexcentis locis, multa falsa & ridicula eiecerim, & pleraque ad Herodoti ipsam dictionem reformauerim. conferre volenti id patebit: licet non omnia curua corrigere potui, sed omittere sic coegit nolentem quamuis pro labore multo & vario χρόνος ἀκαρής. Optimus ille vir, H. Stephanus, cuius memoriam cum honore vsurpo & laude: ita eius infinita & eximia merita de bonis auctoribus iubent, cuicumque illam prouinciam mandauerit, is frustratus profecto fuit ipsum non parum. Ad Græcum quod attinet, in eo construendo actum agere me non opus fuit scilicet. Notum enim extare Lexicon Ionicum Aem. Porti quod Herodoteæ lectioni vtiliter adhibeas. In eum finem addidimus numeros barbaros in ora contextus Græci: vt ita istud Lexicon & nostræ editioni inseruire commode possit. Sed fere oblitus fui eorum quæ Herodoto præfiximus. Vt itaque ὕστερον πρότερον, quod aiunt, ὁμοιοκῶς, verbo, quod ad illa, absoluam, sunt ea* PROLEGOMENA *ex H. Stephani ambabus editionibus petita, vt & vocum* HERODOTI *recensio. Nos adiecimus* LEXICON, *vti quidem titulus præscribitur, vel potius, vt mihi videtur, glossas notabiliorum in Herodoto vocabulorum. Misit id ad nos ita transcriptum, quo exemplo edimus, è suo ms. vir nob. & cl.* MEL. HAIMINSFELDIVS GOLDASTVS. *Quod coniecturæ de quibusdam incidit obiter, ad oram posui: alias mihi notaui bonam partem αὐτολεξεὶ ex his glossis extare apud Corinthum in iis quæ præter alias de dialecto Ionica conscripsit. Tum de vita, scriptis & stylo nostri* HERODOTI *ex priscis aliquot Testimonia adieci, quantum quidem per vnum alterumque diem, quo protractum fuit hoc opus in ipsis nundinis, coaceruare licuit. Tu & hanc operam boni consule, idem rogatus, quod de priore abs te petij. Sed de carmine duplici ad me à clariss. & literatiss. viris misso, statimque subiecto, volo me tibi omnino excusatum. Nec enim diffiteor mihi immerito tribui quidquid ibi laudis; nec potui tamen quæ amoris causa missi sent omittere, licet non & potui non erubescere ideo. Testari itaque libet, me amorem & beneuolentiam eorum erga me agnoscere insigniter, animoque gratissimo amplecti. cetera illos partim de nostro instituto non recte intellexisse, quum id, vt ingenue exposui, aliorum potissimum vestigijs insistat illorumque exemplum sequatur, partim præiudicio, ignoscant verbo, quod fecit amor, præoccupatos, in me laudando fuisse largiores. Ego sane quo rarius illis adiecero oculum, lucrifacere potero ruborem sæpius. Optarem tamen τῷ θαυμασίῳ* BROVGHTONO *Hecatostichon, quod in Herodoti & mei gratiam pangere cœpit, absoluere licuisset. Nunc derepente alio profectus, id abruptum reliquit. Libet tibi tamen primos aliquot versus ex ijs quos vidi, vel Herodoti nostri caussa, & vt ceteros eliciam, adscribere.*

Ἡροδότου λιγυρὴ Ἰαὶς ἱστορίης ἀπόδεξις
Χαῖσι μεῖ πρὸς τὸ νοῆσαι Ἑβραίων γράμματα θεῖα.
Ὄψεται, ὅσσε θέλῃ, ὅτεῳ δὴ τῶνδε μέμηλε,
Ἐννέα Μουσάων δωρήματα νόσφιν ἐλίξας.

Κλειὼ

LECTOREM.

Κλειὼ ἔχοι Κύρε κλέος ἐν Βαβυλῶνος ἀλώσει.
Πρὲλεγε δ' Ησαΐας ὡξὲ Κύρε ἀνομακλήδλω, &c.

Nec amplius te moror amice lector. Tu modò hæc, quæ in tuam gratiam à nobis præstita sunt, bene interpretare, & ignosce erratis, quæ nos præterierunt, quum præsertim oculi inualetudo ad occupationum mearum vim accederet, egoq; alias nec à Lyncei prosapia nec Argi me feram, qui tamen suis oculis credo negocium inuenirent, talis est operarum plerumque varietas, & errorum inconsiderans accumulatio, laborumq; quasi catenam, quod considerare debes, trahimus continuam: adeò vt hic τὸ ἀναμάρτητον, (quod alias Dei proprium solius, ἢ τ' ὀπὶ γῆς ἀλ' εἰς ἕνα ἡμῶν ἀφικνέμενον, vt cum Aristide hoc dicam) à nobis exigere velle nemo debeat, qui modò ipse hominem se natum cogitauerit. Vale & nobis faue. quod si feceris efficies nos ad alia posthac alacriores.

HVGONIS BROVGHTONI
ad Gothofredum Iungermanum distichon.

Ὅσσος ὁ Ἡρόδοτος χοσμήτωρ ἱστοριάων
Τόσσος Ἰογγερμαν̀ χόσμος ἑῷ Ἡροδότῳ.

Ad Cl. Musarum Herodoti ὀπίμιόσον ἀνορθωτὴν GODE-FRIDVM IVNIVM meum.

HERODOTO *imbuerant omnes ipsæque nouenæ,*
germanæ Aonides, ora stylumque, Deæ:
Ioniasque illas Veneres, quantum vsque fuisset,
vnius in linguam denique transtulerant.
Nequicquam hoc. Adeo vis maior Temporum, & omnem
Ioniam, & nobis surpuit Aonidas.
Te, nisi, quanquam innuptæ illæ, seclo genuissent:
Quid? nisi vt Herodoto tu decima vna fores?

Et aliter:

Hactenus Herodoti fuerant Musæ, ore, locutæ:
Musarum vel subdica mage Herodotus,
cælesti auspicio & tanta suffultus opum vi,
totam illam nobis fuderat Ioniam.
Quin & facundas vltro dudum ipsius Athenas
liquerat: Ausonio ciuis in orbe nouus:
Ioniámque suam Ausoniáque mutauerat orá:
iam tunc, sponte sua, deditus in Latium.
Cùm mala degeneris labes & rugula secli,
in Phœbi tristem obtexuit ore notam.
Nec tulit id, vernans IVVENALIS *adorea nostri:*
& noua Diuarum, longiùs, Heba nouem.
Quin nunc tota suum, pro nomine, se illa Neandrum,
inque nouam ingereret Gemmulam, opesque nouas.
Non nisi, vt Herodoto fieret consultiùs inde:
atque illi posset Heba redire sua.

Prorſus vti placitum eſt Superis: ſua munera Terræ,
temporum in alterna diſuariare vice:
atque arbuſtiui mala damna trimeſtria Honoris,
reddere, Vere iterum mox rediuiua nouo.
Aut & vti anguiculis, Anni pars vna, Senecta,
& ſua cùm fuerit, perbreuè, turpis hyems:
altera mox eadem, verniliùs inde recentans,
pellem interpollat, Annua bina dies.
ἡ γὰρ ἀεὶς τὰ ἡ κατ' ἀκάρας
Quamque bene iſtudiam? cùm ſic quoque Nomina rebus
compariant? præſens eſt ſua iiſque Fides?
Cumque adeo & ſic tu, mâlis iam ſiue Neander,
ſiue Poetarum agnominis eſſe duûm:
Iuuenalis enim & Iuuenci.
vtrunque impleſti nobis: nitidæque Iuuentæ &
dotibus ingenij, Vere ſacroque tuo:
Ipſi etiam Herodoto vitam ætatemque Nouaſti:
Verque reduxti illi pulcrius inde ſuum
Ionicumque Lepôrem illum, ſuaque ora recocto,
nunc laus iſta tua eſt, reſtituiſſe Seni.

Ἰωαν. Τ. Φερσιάδου.

SERIES
EORVM QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

HERODOTI defenſio contra eius reprehenſores, nominatim verò Plutarchum, ex Ioach. Camerarij proœmio in hiſtorias Herodoti Pag. 1
Herodoti vita, ex eodem 7
De dialecto Ionica, ex eodem 8
Herodoti vocabula Ionica, & quædã genera loquendi, illi cum Homero magna ex parte cõmunia: nec non alia: collecta & Latine reddita partim ab Ioachimo Camerario, partim ab Hẽrico Stephano 11
Ioniſmi Gallici, ſiue Ionici Galliciſmi, ex eodem H. Steph. 24
Alia de Herodoti vocibus & varia in quibuſdam mss. ſcriptura, &c. ex eiuſd. H. Stephani prolegomenis diuerſis 27.30.33
Lexicon vel Gloſſæ Herodoteæ Græcæ ex ms. 35
De vita, ſcriptis, ſtylo Herodoti ex auctoribus antiquis tam Græcis quam Latinis teſtimonia 37
Quibus ſubiecta & epigrãmata aliquot Græca veterum, & pro eius defenſione plura noua. H. Stepha.
Herodoti libri ipſi IX, nomine Muſarum inſcripti, Clio, Euterpe, Thalia, Melpomene, Terpſichore, Erato, Polymnia, Vrania, Calliope, cum interp. Latina L. Vallæ, & recognitionibus H. Stephani.
Herodoti libellus de genere vitaque Homeri, cum interp. Heresbachij, ab H. Stephano recognita 558
Adpendices ad Herodotum de Legibus & Inſtitutis tam Perſicis quam Ægyptiacis, è diuerſis auctoribus, opera H. Stephani 577.598
Adpendix alia de incremento Nili, & eius cauſſis ex diuerſis auctoribus 606
Frid. Sylburgij ſpicilegium ad Herodotum 627

Sequuntur CTESIÆ *quædam.*

H. Stephani de Cteſia diſquiſitio 630
Eiuſdem de Διπτογραφία quorundam nominum, in Cteſia præſertim: & de Excerptis ipſis ac voce Ἐκλογῶν 633
Elogium Cteſiæ Cnidii ex Briſſonio 634
Veterum teſtimonia aliquot de Cteſia, eiuſque ſtylo 635
Series regum Perſicorum ad Cteſiæ hiſtoriam ab A. Schotto deſcripta 636
Cteſiæ Perſicorum Excerpta ex Photio, cum interp. H. Stephani, & variis lectionibus ex editione græca Photij: item cum diuerſis interpretationibus A. Schotti: & notis eiuſdem, & H. Stephani, Dauidiſq; Hœſchelij 637
Cteſiæ Indicorum Excerpta ex eodem Photio, cum iiſdem quæ ad Perſica acceſſerunt 657
Eadem Indicorum excerpta ex interpretatione Rhodomani 668
Ex iiſdem Perſicis, Indicis, & aliis Cteſiæ ſcriptis fragmenta, ex variis auctoribus congeſta 673
Omnia cum Interpretatione & Notis.
Index in Herodotum.

EX IOA-

EX IOACHIMI CAMERARII PROOEMIO IN HISTORIAS HERODOTI.



VVM Ricardus Crocus, Britannus, qui Lipsiam aduenerat, statuisset domi suæ quibusdam priuata opera Herodoti historias explicare, nos etiam tum ad hunc autorem cognoscendum à magistro sumus missi. Etsi autem Crocus vix peruenit ad secundum illius autoris librum enarratione sua, ego tamen captus dulcedine & elegantia atque etiam facilitate scriptorum, quum celeriter diuersitatem quandam sermonis, quam διάλεκτον vocant, percepissem, ita postea semper in illo legendo hæsi atque perseueraui, vt qualemcunque (sentio enim quàm exigua hæc sit) facultatem Græcæ linguæ consequuti sumus, eam magna ex parte Herodoti lectioni acceptam referre debeamus. Itaque & nunc eum quo tum vsus fui (acceptum à magistro, Herodoti codicem, tractatum, versatumque à me plurimum, omnibus in pagellis notatiunculis & scriptura nostra insignem, inter alios omnes & diligo maximè, & quoties fortè aspexi, non vnquam ferè temperare mihi possum quin aperiam, & in eo aliquid legam. Tum redit in memoriam puerilis studij iucundissima cogitatio: & illum laborem mediocrem, non tamen fuisse omnino ἄλιον, ἀλλ' ἀτέλεστον ἱδρῶϐ' ὃν ἵδρωσα, lætor. Autorem autem istum tanti facio animo meo, vt nullum omnium aliorum huic meritò anteponi posse censeam.

Paulo post.

Neque me fugit, posse hoc testimonium de Herodoto meum videri magis amoris esse erga illum tam longo tempore confirmati, quàm iudicij, vel etiam illo hoc esse corruptum. Notum enim quod & astrologi vsurpant, τλεὼ φιλίαν ἢ τὸ μῖσος ἐλαττοῦσθαι τὰ μέγιστα, ἢ μεγαλωύειν τὰ σμικρότατα. Quapropter hoc loco placuit causas exponere cur tãti facerem illum, & veluti rationes referre sententiæ nostræ, atque etiam respondere iis quæ resciuissemus aduersus ipsum dici solere: vt intelligi posset, neque nos temere aut de puerili persuasione quadam illum celebrare, & insectatores ipsius ad malignitatis crimen quandam etiam imprudentiæ ignominiam sibi accersere. Ac nostra sententia paucis illa quidem confirmabitur. responsio erit longior, vt necesse est: de qua tamen & ipsa, inductio animi mei & rationum conclusio magis atque certius poterit perspici. Quum igitur in quocunque autore in primis id quod ab illo susceptum est ad exponendum, & ipsa expositio, considerari soleat: in priore hæc ferè spectanda ad laudem existimo, si eæ res sumptæ delectæque sint quarum cognitione alii adiuuari, quæque ipsæ sua sponte bonitate placere posse videantur: in posteriore, si expositio sit verbis sententiisque apta atque consentanea. Quæ breuiter dicta latè patent ad intelligendum. Sed in vtroque quid Herodotus neglexit, vel non præstitit potius, quominus præclarissimus & celeberrimus autor haberi debeat? Nam quæ accedit antiquitatis autoritas, quanti & ipsa sit putanda, quantumque ponderis habeat, quis non videt? Quisve ignorat, omnium consensu maximam huic laudem, admirationem, reuerentiam deberi? Quum autem priorum temporum historias, variarum quidem gentium, sed potissimũ Persarum & Græcorum, componendas & narratione sua exequendas suscepisset, nónne potius præcipuas & præclaras res complexus est expositione sua, quàm nihili atque futiles? vt fecere, fortasse & veteres aliqui, certè posteriorum ex illo genere sophistico multi, qui nihil nisi inani quadam oblectatione animos leuium quorundam afficere studuerunt: sicut ille Æthiopicorum & Deæ Syriæ autor: de quibus facilè existimari potest de similibus operibus aliorum. Ergo nihil tale in hoc esse autore affirmo? Minimè equidem: sed hoc caput esse historiæ nego, quum sit potius expolitio & exaggeratio quædam illius. Argumentum autem & caput quod? fundationes, euersiones, mutationes regnorum maximorum, opulentissimarum vrbium expugnationes, successiones potentissimorum regum, celeberrimarum ciuitatum fortunæ & imperia. Oratio verò nónne placidissimè decurrens, omnibus ornamen-

tis conſpicua eſt & illuſtris? Sola compoſitione(vt Ciceroni placet) diſſolutior, id eſt,numeris carens:quum naturalium quædam in illa tamen numerorum modulatio inſit, à quo ipſo etiam præſtantia quædam non abeſt. Narrationes ſunt diſertæ: indicationes expreſſæ & ſpecioſæ:explicationes accuratæ & euidentes: collectiones certæ atque plenæ: in his rerum geſtarum, hominum, temporum fides:accurata compertorum relatio, dubiorum coniectura ſagax,fabuloſorum verecunda commemoratio: mira vbique ſimplicitas & eximius quidam candor.Quæ omnia hiſtoriæ potiſſimùm famam,dignitatem,virtutem conſtituunt & perficiunt.

His breuiter & ſtrictim commemoratis, ad ea quæ in hoc autore reprehendi, quorumque nomine vituperari à quibuſdam ille ſolet,accedamus. Contra quæ quum dicemus, etiam eorum pleraque quæ poſuimus paulo antè, tractabuntur copioſius & enodatius. Ac primùm de illa vulgari & ſanè veteri accuſatione mendaciorum pauca diſſeramus. non enim certè res ipſa multa deſiderat. Aldus etiam Manutius iam hoc ante nos crimen diluit. Sed quænam ſunt illa obſecro mendacia? Quidam ſanè profitentur ea ſe annotaſſe & confutaſſe:quæ vtinam peruenissent in manus noſtras. ita enim futura eſſet reſponſio copioſior.

Iuuen. ſatyr. 10. Neque deſunt qui Herodoti potiſſimùm ſcripta illi ſatyræ inſectationi occaſionem præbuiſſe perhibeant,vt audaciam mentiendi in hiſtoria Græcorum exagitaret.Nam Athos(vt ille loquitur) velificatus, deridetur, & compedes Helleſponti, epotáque flumina Medo. Nonnulli fabuloſas quaſdam narratiunculas inſertas paſſim hiſtoriæ, vt huius grauitate indignas,reiiciunt,& propter illas autorem mendacij damnant. Sed de iis quæ memorantur ab Herodoto propter magnitudinem nobis incredibilia, periniquum fuerit iudicium, ſi non vera eſſe ideo ſtatuemus,quòd notis cuique rebus,moribus, diſciplinæ non ſimilia, neque rationibus noſtris congruentia eſſe videantur, ſique nonniſi iis quæ facilè intelligere & animo complecti poſſimus,fidem habendam eſſe ducemus. Quàm multa illi ipſi qui hæc antiquiora falſa fictáque eſſe affirmare audent, ſe vidiſſe referunt & pro certis commemorant,à quibus aſſenſio legentium refugit? Etiam poſteris hoc noſtris accidet,vt multa quæ nunc nimis verè fiunt atque geruntur, expoſitione inflata & amplificata eſſe ſuſpicentur. Sunt ſanè quædam inaniora (non enim nego) in talibus, vt in peregrinorum, qui adiere illa loca quæ tellus extrema refuſo ſummouet oceano, ſermonibus. Cuius inhumanitatis tamen fuerit, vniuerſum genus narrationum iſtarum ſemel abiicere vt futile & vanum? Quod ſi fiat, omnem hiſtoriæ rationem confundi,habitúmque peruerti neceſſe ſit. Quid de Babylone prodiderit Herodotus, non eſt ignotum.Hæc nobis ſcilicet probabuntur de ſenſu & cognitione oppidulorum noſtrorum. Quid enim ad illa ſpatia, vel maximæ vrbis

Polit.3. omnium quas nouimus ambitus? Itaque & Ariſtoteles gentem regionémve appellandam potius Babylona, & ſiqua alia æqualis fuerit, quàm ciuitatem aut vrbem, cenſet. Quid? de fertilitate ſoli Aſſyrij quæ narrat,an nos credere poterimus de noſtris aruis? Quo tamen

In Clione, c.193. loco ipſe ignorantiæ incredulitatem refutauit. ſic enim ait, *Ita bene fert ea terra fruges vt nunquam non reddat ducena: ſi autem quàm poteſt optimè tulerit,reddit trecena. Folia tritici & hordei lata naſcuntur digitis commodis quatuor. At milij & ſeſami quam proceræ arbores exeant,in ſcientia certa non memorabo. Intelligo enim, eos qui in regione Babyloniorum non fuere, minimè credituros vel ea quæ de frugibus modò diximus.* Sunt autem hæc etiam diſtinguenda. Alia enim ad vtilitatem aliquam legentium, vel explicationem eorum de quibus nar-

Clione, c. 178. & ſ. Polymnia c.61. & ſ. ratio fit,referuntur atque pertinent: vt Babylonis deſcriptio,& copiarum Xerxis enumeratio.de quorum altero facilè perſpiceretur, meritò fuiſſe ſecuros ciues in tali & ita munita vrbe:alterum & potentiam regni Aſiatici, & in quod tum periculum Græcia venerit, demonſtrat. Vtrumque autem documentum quoddam dat, nullas,quamuis magnas,vires, in-

Euterpe, c.73. Thalia,c. 102. & 116. Melpom. c.13. fractas,neque opes inuictas eſſe.In aliis nihil quæritur, niſi vel delectatio, vel vt audientium animi moueantur noua mirabilíque narratione:vt de gryphibus,formicis Indicis,phœnice, & his ſimilibus. Horum,vt illa omni equidem mendacii crimine planè libero, ita haud facilè conceſſero, in horum vllo mendacii manifeſti autorem redarguendum eſſe: quum tot deriſa quondam & exibilata, pænè iam comperta eſſe exiſtimentur: quúmque non minus iſtis à veritate abhorrentia multa aſſeuerentur ab iis, qui non audiuiſſe de aliis, ſed ſeipſos aſpexiſſe dictitent:vt nihil tam ſit abſurdum quin fidem reperire poſſe videatur. Sed ab his recedamus.

Ob fabuloſas quidem narratiunculas tantum abeſt vt quaſi mendacem inceſſi vituperaríque autorem hunc debere putem, vt etiam, quum & aptiſſimè illas inſeruerit, & belliſſimè concinnarit, & venuſtiſſimè compoſuerit, admirandus: quúmque inſtructionem in ſingulis aliquam vitæ,conſiliorum,actionum comprehenderit,eximiam gratiam quoque

ab

ab omnibus meritus esse videatur. Quid quòd fidem suam in his fere liberat, cauétque ne quis simplicior decipiatur, quum addit semper huiusmodi quiddam, *Vt ferunt, Vt ego audiui, Quod verè mihi quidem simile non sit.* In Euterpa verò plane refutat illam fabulam de præcisis ancillarum manibus, *Hæc garrientes ita narrare mihi quidem videntur.* Item Melpomene, fabulam de Psyllis præmunit. ea enim quæ Afri perhibeant se memorare ait. Quid autem dicit in Polymnia, quod meminisse in tota historia vult lectorem? *Ego*, inquit, *quæ fando cognoui, exponere narratione mea debeo omnia: credere autem esse vera omnia, non debeo.* In coniecturis quidem sequendis, quum de apparentibus (vt ipse ait) obscura colligere studeret, si falsus est, cui, obsecro, omnium hoc non accidit? Neque qui tale aliquod erratum in scriptis veterum animaduertit, sibi ideo illi placere & illum contemnere debet. quod serè inerudituiores isti facere consueuère, qui exultant ad hos notationum & reprehensionum successus, non secus acsi thesaurum inuenissent: quum hic verè tum thesaurus (secundum vetus verbum) in carbones euadat. Sed paulùm etiam ad fabulas illas reuertamur: quæ, obsecro, cur offendunt animum cuiusquam, quum veritati & integritati historiæ minimè officiant? Sed vt insertæ apud Thucydidem conciones, (quas certè nemo, vt opinor, non confictas, neque non quidem nullas, sed non tales ab iis quibus attribuuntur habitas esse videt) illæ tamen vt in grauitate huius autoris, admirationem, ita in dulcedine nostri, fabellæ voluptatem habent. At egressiones, & nihil ad rem pertinentium quasi inculcationes, ab historia alienæ sunt. De quo equidem aliter sentio, neque in hoc, neque vllo in genere eruditionem, intelligentiam, doctrinam quasi in angustum cogendam, vt non liceat euagari & excurrere, si libeat, longius. Immo vel solus hic fructus est ingenii & industriæ studiorum, vt veluti ostentatione iactantiáque sui gloriam laudémque petat. Auferat in his mihi aliquis ista: incorruptam, sanctam, castam, vt virginem, debere esse historiam. Non corrumpunt enim, non violant hæc illam: sed exornant, vt aurum & gemmæ pudicissimarum quoque corpora, purissima illa quidem. Nam vt malæ & profligati pudoris feminæ insigniorem reddunt comptu turpitudinem suam: ita, quamuis varia copiosáque sit quasi emblematis quibusdam, summa historiæ falsa & commentitia, meritò in sua hæc infamia quasi superba improbetur. Itaque non inornatam, non nudam, non contractam, sed splendidam, vestitam, explicatam (dummodo integram, &, vt ita dicam, probam & incorruptam) decet esse historiam. Cuius fidem omnem nónne in temporum indicatione, in nominum commemoratione, in rerum tam bello quàm pace à quibusque susceptarum atque gestarum certa enarratione, in occasionum consiliorúmque prudenti persecutione omnes positam esse sentiunt? Quæ vniuersa nostrum autorem existimo & custodisse diligenter, & præstitisse præclarè. Quæ enim tempora indicauit falsò, quæve confudit? Quorum hominum locorúmve nomina posuit perperam? Res autem ab iis gestas quos complexus fuit narratione sua, accuratè quidem illas retulisse non dubitarim asseuerare: certò autem & verè quoque, libenter equidem crediderim, quanquam ab aliquibus assensio quodammodo refugiat. In consiliis profectò & occasionibus recensendis qui circumspectionem & prudentiam requirit maiorem, nimiùm is quidem esse fastidiosus mihi videtur. Ad hæc, si, vt in tabula magni & memorabilis argumenti, adiuncta sunt veluti παρέργον, quibus vndique illa insignis & conspicua reddatur, cuius quæso vel rationis vel sapientiæ, ne dicam incogitantiæ & stultitiæ, fuerit reprehendere? Quum autem historia non solùm delectationem cognitionis, sed instructionem etiam animorum continere debeat, vt & voluptatem & vtilitatem afferat legentibus: si his ipsis quæ vt fabulosa notantur, etiam monita vtilia atque salutaria multa insunt, quis iam eos non modò qui vituperent, sed qui laudent, iniquius ferre omnino possit? Fuit Candaules rex Lydorum: nemo, vt opinor, negare audet. Hoc tempore in aliam familiam translatum fuit regnum Lydiæ. an quisquam falsò hoc proditum dicit? Cur igitur illa iam culpant de satellite coacto aspicere nudam reginam? Quæ si, quod haud scio annon sint, conficta essent, quanti multis de caussis fieri mererentur? Nónne illam peruersionem animorum, quæ ita mirabiliter, vt diuinitus effici videatur, sæpe vrgentibus fatalibus casibus animaduertitur, demonstrant? Quàm speciosis & bonis sententiis illustris est narratio? Idem & in aliis multis poteram, sine vllo exquisitionis labore, ostendere. Expugnari præter omnium metum & opinionem Sardis oportuit. Sit iam illud de puero nato cum capite leonino falsum, (quod fortasse minimè est) quàm pulchrum hoc? quòd non circum ille vrbem totam latus fuit: quod si factum fuisset, capi secundum responsum diuinorum vrbs non posset. Sint sanè illa Scytharum dona fictitia: quid incommoditatis tamen habet, vel quid potius pulchritudinis & bonitatis non habet cùm enarratio, tum interpretatio elegans, festiua, acuta? Sed quare ego prauitate quadam animi,

Euterpe, c.33.

Clione, c.7.

Clione, c.84.

Melpome. c.131.

Polymnia c.14. Vrania, c. 137.

non vera esse potius, id est, ita audita cognitáque autori, putem? Eadem & de Xerxis somnio, de regibus Macedonum, déque aliis similibus dici possint. Quapropter, quod ad crimen hoc vanitatis attinet, prorsus in nostro autore turpitudinem illam & mendaciorum maculas detersas esse confido. Neque possum satis animo constituere meo, quî factum esse existimem, vt à veteribus quoque illud in hunc conferretur. Nisi vnus fortasse aliquis plures in errorem induxit, aut inuidia odiúmve, vel (vt mollius dicam) animi certa quædam destinatáque inductio quosdam ad huiuscemodi calumnias impulit. Sed hæc velle exquirere omittamus.

NVNC AD aliam maiore studio susceptam & grauius atque inimicius factam accusationem veniendum, quam intendit huic vir magnæ doctrinæ & sapientiæ laude clarus, Plutarchus Chæronensis, qui nostrum autorem acerbissimè postulauit & conuincere conatus est malignitatis, edito libello, cui præscripsit περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας. Contra quæ, etsi singularis est viri autoritas & celebris eruditio, concedi tamen nobis oportere puto, vt pro Herodoto dicere liceat: si illi permittitur, contra non minus se, quam nobis ipse est, antiquiorem Herodotum scriptio, atque aliquanto certè præstantiorem multis nominibus virtutum. Ipse quidem Plutarchus quo paratior venit ad maledicendum Herodoto, & in eo copiosus fuit ac vehemens, hoc minus læsisse illum putari debet. Quis est verò qui non laudatissima quoque conuiciis impetere posse videatur, quum Zoilos & Xenophanes suos habuerit Homerus? Quid autem verbis conquirere & comprehendere homini non infanti neque obtuso difficile? Et dicit hoc egregiè Æneas ad Achillem,

Iliad. v.

Multa licet memoret conuicia vterque vicissim,
Quæ neque centenis remis instructa carina
Perferat. ipsa etenim facilis verbisq́; redundans,
Sermones variis hinc lingua reuoluit & illinc:
Quisque & fortè alij quod dixerit, audiet ipse.

Vt autem contra ea quæ quisque improbet dicere rectè possit, ita quomodo dicat diligenter considerandum: nequid vel inscitè vel etiam malignè improbare videatur. Nam horum vtrumcunque deprehensum & notatum contradictionem omnem infirmat: ita quidem sæpenumero, nemo vt responsione magnopere dignam arbitretur. De quo & elegantissimis versibus & luculento sensu compositum epigramma Græcum Eueni veteris poëtæ fertur: quod nos quondam Latinum fecimus vt sequitur,

Est multis pariter mos omnia dicere contra,
Sed non & similis dicere recta labor.
His sat erit verbum me commemorasse vetustum:
Hæc mihi quum placeant, tu licet illa probes.

Plutarchus autem minimè cauit ne insimulando malignitatis alterum, malignitatem ipse quandam singularem suam proderet. Nam quum collegisset quasi intimos sensus & reconditam voluntatem prauitatis malignorum, ad illa à se proposita postea, vt pueri à magistris secundum capita quædam traditas materias deducere iubentur, sic accusationem suam applicauit, in autorem hunc (vt ego quidem iudico) illa conferens alienæ malignitatis crimina. Ac ne dissimulauit ipse quidem neque texit caussam iræ ac odii sui: nam suam ciuitatem, id est Bœotos, ignominia affectos, & infamatos (vt ait) immeritò, grauiter fert & dolenter. Hinc igitur illæ lacrymæ, hæc illa indignatio. Statim igitur quid autoritatis in tali criminatione sit, quam non veritatis sed vltionis cupiditas expresserit, apparet, vt illius quasi filum sequentes, refellere quæ congessit singula nihil sit necesse. Sed ad quædam tamen aliquid dicamus.

Quòd verò huic incipiens, suauitatem orationis, qua iucundè commouerentur legentes, exprobrat, ad id nihil aliud respondendum censeo, quàm quod Alexander Hectori fratri, qui sibi in iurgio formositatem obiecisset, Οὔτοι ὑπόβλητ' ἐξὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα. Sed malignitatem omnem vndique ita colligit: Primùm de vsu nominum asperiore, déque verbis durioribus, in copia molliorum & leniorum. Deinde, si extra historiæ seriem alicuius vitia, vel si in hac laudes ieiunius commemorentur. Præterea, quum plurium fortè sermones referantur, assentiri deterioribus. omnino enim coniecturas sequi ad peiora, esse malitiosi & infensi animi. Postremò, laudis adiectione veluti condire vituperationem. esse enim simplicitatis hanc simulationem pessimam. Quid ad hæc ergo dicemus? profectò non reperit in Herodoto ista Plutarchus, sed animo suo conquisita in illum intulit. Quare enim vsum nominum verborúmque in hoc autore non probat? qui quidem (vt existimo) vsus est diserta & accurata oratione ætatis suæ, quam à posterioris sæculi forma differre

ferre nos quoque intelligere possumus. Quid autem causſæ fuerit cur non potius illa verè & simpliciter,quàm mendaciter & inuidè:dici sentiamus? Egregium est quod conquerenti Lasthenis factioni, (quorum scelere prodita fuerat Olynthus) contumeliosè à Macedonibus se nefarios proditores appellari, respondisse Philippum regem accepimus, *Macedonas esse indoctam nationem ac inciuilem, solereq; ficum nominare ficum, & ligonem ligonem.* Quid autem offendit (obsecro) Plutarchum, quòd Herodotus protulit asperius quædam, ac non molliuit appellationibus? Visum enim scilicet illi fuit id dicere quod esset. Nam de coniecturis sequendis déque laude & vituperatione vniuersa hoc licebit vnum iterum atque iterum respondere:de suo illum iudicio historiam susceptam exposuisse: neq; rectè facere eum qui ingenij sui vires in alieno opere explicare velit,præsertim ad infamiam autoris. Ego, vt quicque retulit, sic sensisse, audiisse, comperisse existimo.Et cur non in hac potius persuasione perseuerem quàm illam inducam maleuolentiæ,peruersitatis, virulentiæ? Quia enim contumelia afficit diuina & humana,sacra & profana.Si vera sunt, quæ est contumelia? (recte enim ille in comœdia negat se maledicere,quum,quæ vera sint, dicat) sin falsa, ostendatur falsitas. Sed quomodo ostendit? ratiunculis quibusdam & concluſiunculis leuissimis. Quod quasi ipse sentiret,ne hoc quidem agere se ait, vt mendacij, sed vt malignitatis reum peragat Herodotum.Hanc igitur defendamus,si possumus. Ac laudationibus illis minutis & tenuibus(vt vult Plutarch.)quot possunt opponi præclarè,& pleno ore (vt dicitur) enunciatæ?Quale enim hoc?*Omnium quos scimus hominum primi Athenienses cursu illati in hostes sunt:omnium primi susti nuere vestitus Medici & hoc ornatorum aspectum:ad illud autem vsque tempus nomen quoque Medorum terribile fuerat.* Addantur his quæ de Cynægiro scripsit. Ac nequis Athenienses tantum laudatos benignius credat, (in quo nescio quam suspicionem corruptelæ largitionibus voluntatis mouet Plutarchus,temerè quidem,vt videtur, neque ipse quicquam explanat)quid?parcéne Lacedæmonios laudauit his verbis? *Sunt Lacedæmonij in certaminibus singularibus haud vllis alijs inferiores:in acie verò omnium mortalium præstantissimi.* Quid?horum ciues Sperthiam & Bulin parúmne prædicatione sua ornauit? Sed hæc innumerabilia sunt. Atque in nomen sophistæ etiam inuehitur quasi probrosum:quum profectò eos,qui veluti opifices quidam essent sapientiæ,& artem quandam facerent illius, sophistas,vt citharistas & grammatistas,vocatos,&postea vitio hominum,(vt in aliis pluribus euenit)nomen quoque malè audiisse constet.Nam quòd exagitat præclaram sententiam de instabili & incerta fortuna retum humanarum, quam Herodotus Soloni attribuerit (cui quidem similes & alibi leguntur)nimiæ sapientiæ & pietati hominis concedatur: qui veritus sit,ne si ita de Deo loquamur,vt humanus intellectus quę dicuntur percipere possit,parũ pij esse videamur.Cur ergo Deo oculos,manus,pedes,aures attribuimus? cur dicimus Deum irasci?cur vlciſci?etiam vereri profectò,tentare,pœnitere,lætari, dolere. πόῤῥω γὰρ λύπης καὶ χαρᾶς ἵδρυται τὸ θεῖον.sine quibus illa ne intelligi quidem possunt. Quid Xenophon?(quo nemo fuit numinis colentior,nemo obseruantior,nemo impietatis erga Deum acrior hostis)nónne eandem sententiam ponere non dubitauit in præclaro illo opere suo historiæ rerum Græcarum?sic enim ait, καὶ ὁ θεὸς ἦ, ὡς ἔοικε, πολλαχοῦ χαίρει τοὺς μὲν μικροὺς μεγάλους ποιῶν, τοὺς δὲ μεγάλους μικρούς. Hæc igitur sacrilega est in Herodoto sententia, quia secundùm hominum intelligentiam φθονερὸν dixit esse τὸ θεῖον.Sed hæc quàm sint futilia quis non videt? Omissam autem illam retis fabulam & Pittaci pugnam ferat æquo animo Plutarchus: séque hoc consoletur,quòd,vt ait,tot alias exposuerit non magis profectò fabulosas. Sed prætereunda sunt certè aliqua,indigna quæ refutentur. Crœsi quidem annon satis clarè memorat eruditionẽ, & doctrinam fortunæ aduersæ? cui τὰ παθήματα μαθήματα ἐγένετο. Neque Xenophon sapientissimus vir dubitauit similiter post amissum regnum prudentiorem Crœsum producere. Ad alias argumentationes illius de Ephesiis,Colophoniis, Chiis: vbi quàm leui vtitur ratione,quòd Lampsacenus Charon, antiquior ille quidem Herodoto, quædam non scripserit.Quasi nihil oportuerit narrare Herodotum,nisi quod in litteras iam esset relatum.Quod dictu est perquam ridiculum: præsertim quum ipse profiteatur, eorum quæ alij non comprehenderint,mentionem facere decreuisse.Sed cùm de illis,tum de Samiis, Corinthiis,Lacedæmoniis,de Isagora,Aristogitone,Athenienſibus,Platæensibus,quæ disputat, patiamur sanè illum vincere.Quis enim,qui aduertere animum paulum modò voluerit, non perspecturus facile est victoriæ istius præclarum successum?

Eratone, c.112.

Ibi.c.114.

Polymn.c. 104.

Polymn.c. 134.& f.

Hoc nomine vsus est Herod. in Clione, c. 29.

Clione, c. 32.

Hellenicun l.5.

Clione, c. 207.

Venio igitur ad plenam lunam: de qua ingenuè fateor non intelligere me quæ à Plutarcho disputantur.Herodoti luculentissima narratio,quũ nemini non sit euidens.Dicit enim, *negasse Lacedæmonios, posse contra legem ante plenam lunam in expeditionem sese proficisci, & remansisse in patria dum lunæ orbis cõpleretur:ac postea profectos,ita acceleraſſe,vt tertio die in*

Eratone, c. 106. & 120.

Atticam Lacedæmone peruenirent. Hæccine narratio illam merebatur tragicam acclamationem,hunc autorem cælum ipsum, dierum rationem,omnes res confundere? Nam de lege, déque prælii die, sua fide affirmante vtroque, venia (vt opinor) dabitur ei qui fidem Herodoti pluris sibi faciendam quàm Plutarchi, & illum potius quàm hunc sibi esse sequendum putauerit. De Philippide etiam obscura est infectatio:& erat hic locus in nostro libro corruptior.

Reliqua sunt calumniis manifestis referta, & vbique conspersa nigro sale, & atrocibus quidem illis sed infirmis criminibus referta. Sanè Thebanos, vt ciuitatem suam, (notum enim,fuisse hunc Chæronensem Bœotum) exquisita & peraccurata defensione propugnauit,& in hac parte admodum vexauit autorem nostrum. In quo quidem ignoscendum est dolori ipsius, sed reprehendenda profectò impatientia & ira. Quàm enim molestè fert & indignè læsos oratione ab Herodoto suos? Hoc igitur (vt apparet) vlcus tangi noluit, neque potuit ferre. Sed mendacii crimine Herodotum (vt opinor) facilè liberat,non modò fama illis temporibus longè latéq; vagata, sed conseruata etiam ad posteritatem proditionis Thebanorum: de qua & Demosthenes argumentum duxit leuitatis & infidelitatis illius ciuitatis:& illud in sermonibus hominum semper permansit, decimam à Thebanis Apollini persolui oportere. Cuius mentionem à Xenophonte scimus semel atque iterum fieri. Quum enim communi decreto statuissent Græciæ ciuitates,quæ aduersum Barbaros consenserant, ab iis qui nulla necessitate coacti Persæ se subiecissent, Delphico Apollini bello confecto decimam exigi debere, Thebani quidem potentia sua restitére decreto:sed quòd illo tenerentur,fama memoriáque hominum constantissimè perduranit.

Philippica 2.

Hell. 5.

Decretũ fœderis extat in Polymnia, c. 132.

Præterea quamuis malitiosum & prauum Plutarchus faciat Herodotum,non stultum tamen fuisse neque hebetem confitetur. Quid autem incogitantius fieri potuisset,& in summa audacia amentius,quàm ea affirmare atque tradere,quæ,si falsa essent, non modò paulo ante defunctorum dictis atque relationibus,sed memoriæ,viuorum propemodum,testimonio refutari atque redargui possent? Et ille cum tam impudente mendacio, cum tam inconsentanea expositione,cum narratione tam dissidente, in celeberrimum frequentissimúmq; totius Græciæ conuentum (ita enim accepimus) venire, & illa validissima atque leuissima scripta, plena maleuolentiæ & obtrectationis, reclamantibus diuinorum & humanorum monumentorum inscriptionibus,recitare non dubitaret? Nimis ineptum & friuolum facis autorem,contra tuam quoque existimationem. Non audiuissent ac potius exibilassent, vel male etiam multatum illo tanto theatro eiecissent eum, qui plane ad irridendum & eludendum auditores,quíque in communi Græciæ solenníque cœtu ad nomen Græcum proscindendum lacerandúmque adesset. De consilio autem & facto Leonidæ retinendi Thebanos etsi astute differit,nemini tamen non plurima in mentem venire arbitror,quibus hoc etiam loco defendi possit narratio. Adduxerat inuitos, sed sic vt à ciuitate delectos:ergo non modò illius,sed suorum quoque metus hos continuit. Dimisit alios, quos minus alacres in aperto esse discrimine videbat. illis enim parcendum decreuerat. Quomodo voluit autem vel potuit omnino quadringentos retinere, quum trecentos solùm haberet ipse secum? Primùm voluisse Leonidam perdere istos Thebanos dixerat: neque non plures quàm trecenti cum illo fuêre. Nam præter Thespienses, etsi non dicitur, cum trecentis tamen Spartanis sequutos alios plures ditionis ipsorum intelligere debemus. Ita enim fieri solitum scimus, vt Spartani nequaquam veluti solitarii, sed quodam satellitio suorum stipati in expeditionem proficiscerentur, quum singuli interdum ad septenos adducerent eorum quos εἴλωτας vocarunt. Sed quid facerent? aut in illis angustiis quid experirentur tutius quàm quod retulit Herodotus? Neque aliud tempus omnino videtur fuisse vel defectionis,vel fugæ, vel transitionis,quàm quod memorauit Herodotus. Sed in tanto tumultu quo pacto exaudiri potuit imploratio? Et interfectos enim scribit nonnullos, & vel de gestu intellectum fuit supplices hos esse. Notas quidem cur impudentissime confingere voluerit, caussam equidem nullam reperio. Accusat paulo post asperitatem vocabuli, quod de figura consuluisse dixerit Græcos. Nimis est seuerus noster Aristarchus. Atque etiam illud non tulerit credo,quòd rex regum censet ausugiendum de Troia. non enim (vt opinor) mollius est φεύγωμεν, quàm ἁρπσμὸν βαλλέσθαι. Quid verò de Naxiis & Themistocle dicemus? Scilicet in metu tãti belli, & tempestate barbaricæ classis ingruente, incredibile fuerit, insulanos homines non ad eos profisci voluisse,quibus nemo non interitum aut seruitutem impendêre existimaret. Themistocli verò indecorum aut turpe fuerit, adiutum ipsum alterius consilio, non solum omnia commentum fuisse: at Agamemnonem, non vnum aut alterum,sed decem συμφεάδμονας optare non puduit. Nam in Artemisia quod facetias consumit suas, quibus nequaquam abundat,feciisse videtur incogitantius.

Polymn. c. 205. & 220.

Calliope. c. 28.

Polymn. c. 233.

Vrania. c. 4.

In

In iis quæ sequuntur, quod non modò quid perperam scripserit, sed quæ scribere etiam debuerit Herodotus, docere vult, sit hoc & ipsum præclaræ & singularis sapiẽtiæ Plutarchi. Cetera inuoluta suspicionibus, & alienarum rerum mentionibus confusa, & fallacibus complexionibus intricata, & anxietate quadam mirifica accusationis sese ipsa infirmantia, vel relinquamus sanè, vel ad priora remittamus. Ad omnia enim ferme responderi dicique idem videtur posse: insaniam esse & furorem, non peruersitatem, neque fraudulentiam, ea commemorare, quæ quum primùm cognita fuissent, hominum scientia reprobarentur, à posterioribus autem inter se dissidere & contraria esse facilè perspicerentur. Etsi autem homines docti ac ingenioſi non difficulter reperiunt quomodo aliquid dicendo euertere odiosúmque reddere aut suspectum possint, tanta est tamen vis veritatis, vt nescio quo pacto, quamuis oppressa & obscurata, illa plerunque tamen resistat atque eluceat contra dolos & versutiam. Quapropter non quid conquisierit ad insectationem Herodoti Plutarchus, neque conuitia quæ illi facit nimis cupidè; neque studium exagitandi autorem antiquissimum, sed rem ipsam spectabimus. Ipsi autem Plutarcho hoc dicimus,

Iliad. a.

---σὺ μὲν δὴ καλὰ ταῦτ' ἀγορεύεις.
Οἷ' ἄρα χὴ δήϊον μῦθον ἀμείνονα τῶδε νοῆσαι.
Εἰ' ἦ' ἐτεὸν δὴ τῶν γε ἀπὸ στρατὸς ἀγορεύεις,
Ἐξ ἄρα δή τοι ἔπειτα θεοὶ φρένας ὤλεσαν αὐτοί.

Sic enim videtur non ille quidem quæ senserit ipse, in hoc libello disseruisse, sed vel aliorum voluntati assentatus esse: vel quid in mala causa posset, ostendere voluisse. Quod si de animi sui iudicio & inductione illa ad talem modum disputauit, profectò in hac parte recessit à se ipse. Non enim aliter existimo quàm fuisse Plutarchum, virum non modò eruditum & sapientem, sed etiam bonum, quam famam, præsertim probitatis, vt tueretur, minus curasse illum apparet in proposito accusationis huius. Sed finem faciamus. Non enim iucunda nobis fuit quasi contentio & rixa cum tanto viro, quam tamen vt necessariam, omittere non potuimus, & in officij (vt rati sumus) custodia, & in studio nomini bonitatíque autoris excellentissimi debito.

OBIICITVR autem & hoc nobis, quod quidam volunt à Thucydide contra Herodotum dici, de fabulosis narrationibus & historiis confictis ad auditorum voluptatem, *quæ, quum delectatione tantummodo afficerent audientes, in præsentia quidem iuuarent, sed diuturnum fructum non haberent.* Ego verò non magis in Herodotum hæc conferri posse puto, quàm in quemlibet priorum de scriptoribus historiarum. Et (vt verum fatear) illas planè priscas expositiones antiquissimarum rerum oratione & verbis ad venustatem, & iucunditate quadam animos perfundendum, compositas (quales potissimùm Pherecydis Syrij fuisse accepimus) grauissimum autorem existimo veritati rerum gestarum non oportere præferri censuisse: ac hilaritatem historiæ cedere seueritati, neque suauitatis cuiusdam lenitatem, constantiæ & dignitati narrationis anteponi voluisse. Sed de hoc quisque, vt lubuerit, ita statuat atque sentiat. Nos autem hoc teneamus: non modò propter sermonis elegantiam, & illam cùm ab aliis, tum à Cicerone laudatam dulcedinem, & quasi amœnitatem quandam, diligendum hunc autorem, & in manibus semper habendum esse: sed propter rerum cognitionem maximarum, propter maximè ad vitam vtilium sententiarum copiam, ob plurima certò, accuratè, prudenter, honestè dicta, magnificiendum nobis, vel in suo potius genere anteponendum vniuersis. Nota sunt ex Latinis Ciceronis & Quintiliani elogia præclarissima huius autoris. Græcorum autem quæ opinio de his libris fuerit, satis indicat inscriptio nominum Musarum, quibus omnem sapientiam & doctrinam & ingenij præstantiam, antiquitatem significasse notum est. Et quicunque meminere ipsius, honoris & laudis præfationem semper vsurpasse reperiuntur. Quas ob res neque me pigere operæ positæ in hoc autore debere puto, neque non hortandi mihi videntur omnes, vt studio singulari in hoc autore versari, & illum præcipuo amore complecti velint. Nam & mihi fructuosam fuisse lectionem huius videor sentire, & aliis item futuram esse confido. Visum autem, &c.

Thucyd. lib. 1. κτῆμά τε ἐς αἰεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ξυγκείμενα.

DE HERODOTO, EX EODEM IOACH. CAMERARIO.

HERODOTI patrem fuisse Lyxem & Dryo matrem perhibent, patria Halicarnassensem: quod præscriptum nunc etiam in historia illius legitur. Parentes in sua ciuitate bono loco natos tradunt, ipsúmque fratrem habuisse Theodorũ nomine. Quum autem teneretur Halicarnassus à Lygdamide tyranno, nepote Artemisiæ reginæ Cariæ, secessit Herodotus

Lucian. Herodoto, vel Eetione.

in Samum insulam:atque ibi lingua Ionica historiam magna cum cura composuit, relatam in libros nouem:quam quum in frequenti Græciæ conuentu Olympiorum recitauisset, sic placuit vniuersis vt ita audirent quasi Musas loquentes: ideóque libris qui nouem (vt diximus) essent, Musarum nouem indidere nomina. Quum reuersus in patriam autor fuisset ciuibus suis tyranni expellendi, successit quidem res, sed inuidia maxima Herodotum excepit. Ita enim fieri solet vt periculorum metum parta securitate obtrectationes fere sequantur. Cedendum igitur, relinquendos ingratos ciues ratus, quum Athenienſium tum colonia in Thurios Italiæ populos deduceretur, sua sponte illis se colonis socium addidit: & ibi finiuit vitam suam:sepultúsque fertur in foro. etsi quidam Pellæ mortuum fuisse tradere. Ipse facit mentionem λόγων Ασσυρίων & λόγων Λιβυκῶν, quos conscripserit: de quibus tamen hæc mentio solummodo restat. Herodotum scribunt, quum recitaret in Olympiis (vt suprà retulimus) historias suas, audiuisse Thucydidem qui adhuc ætate puer esset: quumque Thucydides tum quasi diuinitus cõmotus lacrymas profudisset, animaduertisse hoc Herodotum, & gratulatum fuisse patri ipsius Oloro: hortatúmq; vt erudiendũ curaret filium diligenter: gliscere enim in animo illius cupiditatẽ bonarum artiũ atq; disciplinarum. De Herodoto Græcum epigrãma fertur, quo memoratur & illa inuidiæ fuga & discessio in Thurios.

Clione, c. 106. Euterpe, c. 161.

Ἡρόδοτον Λυξέω κρύπτει κόνις ἥδε θανόντα
Ἰάδος ἀρχαίης ἱστορίης κρύσανιν,
Δωριέων πάτρης βλαστόντ' ἄπο. τὼ γὰρ ἄπλητον
Μῶμον ὑπεκφεύγων, θήριον ἔβλε πάτρῃ.

Extat apud Stephanum: sed magis integrum in scholiis Nebularum Aristoph.

quod nos ita aliquando conuertimus,

Terra, satum Herodotum Lyxe, tegit ista sepultum,
Qui priscæ Ionicæ laudem habet historiæ.
Dorica produxit tellus hunc: vnde fugatus
Inuidia, hac patria Thuride sedit humo.

Ex eo factum est vt aliqui præscriptionem Halicarnassensis mutarent in Thurii: quod & Plutarchus annotauit in libello De exilio. Reperio relatum hunc in Olympiadem LXXVII, & LXXXIIII. cum quo non dissentit quod traditur, floruisse Thucydidem olympiade LXXXVII, & olympiade LXXXVIII. mortuum Periclem Xanthippi filium, cuius Herodotus meminit. Plinius vbi de ebeno disserit, Herodotum scribit Thuriis condidisse historiam anno ab V.C. trecentesimo decimo. Quod & ipsum cum numero LXXXVII. olympiados consentit, quo aliqui floruisse Herodotum tradidere: quum acceperimus Romam conditam esse circiter olympiada VI. Sane cum Hellanico vixisse fuisseque apud Archelaum, traditum est: quod tempus & EVripidis poëtæ fuit, quem genitum accepimus eo die quo Persæ fuêre à Græcis fusi. Pherecydes & Hecatæus diu ante illum historias & fabulas componere primi oratione soluta cœpere. Fuit & Xanthus quidam scriptor Lydus, quem in Lydorum historia sequutum Herodotum putant. Fuit & Charon Lampsacenus paulò hoc superior, qui & ipse bellum Persicum descripsit. Sed & Hellanicus suas historias ante Herodotum edidit, quas ipse se legisse significat. Fuit hoc nomine Olophyxius Thrax, qui de nymphis & sacris scripsit: & aliis, medicus.

Eratone, 331.

DE DIALECTO IONICA, EX EODEM.

ORATIO Herodoti elegans est, & Ionicæ linguæ propria quadam facilitate, sine omnibus veluti anfractibus, defluens. Dialectus autem (id est peculiare orationis genus) Ionum cum Attica lingua magnam habet communitatem. Nam & hæc quodam tempore appellatio Athenienſium, & Ionicæ omnes coloniæ Athenienſium fuere. In quibus accidit vt sonus vocis & forma sermonis in alieno scilicet Asiæ atque insularum mutaretur. Traditum autem est, appellatos primùm Cranaos incolas Atticæ, quum Pelasgi adhuc Græciam tenerent: regnante deinde Cecrope, Cecropidas. Cui quum successisset Erechtheus, tum illis fuisse inditum nomen Athenienſium: ac mox ab Ione ductore, Ionum. Hic fuit Xuthi, vel Apollinis (vt poëtæ) filius, susceptus ex Creusa Erechthei filia: & Ægiali ac Helices regnum tenuit. Cuius gens postea à Dorienſibus pulsi, ab Athenienſibus in ciuitatem recepti fuêre.

Pausan. Achaicis.

Varietates in Ionica lingua hæ fere annotantur. A in η mutatur, nisi Doricum fuerit α. αι mutatur in ῃ. Mutatur & ε in η, diuisa diphthongo, itémque in genitiuis nominum ὁς. ῶν mutatum est ex οων. Crassæ mutantur in tenues. Attica mutatio est α in ε. Vsurpant Iones

& ε cum ο, in genitiuis nominum ις, vbi Attici ω ponunt: quum ιος quoque communis sit & Ionica flexio. Vertunt π in κ. Item αω in ωυ. itaque hæc diphthongus, Ionica vocatur. Pro ω accusatiuo faciunt οων. Duo σσ in ξ mutant. Metaplasmus οι, in ες, Ionicus est. similiter & aliæ quædam suæ huius dialecti formæ sunt. Est & mutatio η in α. Mutant ου in ὁ. Item ε in α. Addunt Iones finali σ, litteram ι, & in verbis, σι. Syllabam αῦ circumflexam, εω faciunt. Interdum & non circumflexum ου primæ declinationis, εω faciunt. Vocabulis initialibus τ præponunt. ο & ε producunt, addita υ & ι. Tertiæ declinationis genitiuum in οιο, de κ, proferunt. ῳ faciunt ῳῖ. Geminant consonantes, vt σσ, ττ, ππ. Inserunt ε, item σ. nam θα primæ personæ pluralis, θα, & θον dualis, θον faciunt. Inserunt α in patronymicis. Iones integris & incontractis verbis nominibusque & participiis aduerbiisque, omnibus denique orationis partibus vtuntur. Mutant λω in εα. Augmenta præteritorum & aliarum dictionum initia abiiciunt. τ nominum in ας in declinatione elidunt. Vtuntur reduplicatione. Vtuntur & transpositione tam litterarum quàm syllabarum. Abiiciunt ι de diphthongo ει. Initiales litteras abiiciunt. Ex ιε faciunt ι longum. Suas habent tertias personas plurales præteriti perfecti passiui, posita littera α ante ται finale, vt & in aliis. Infinitiua per syllabam μεν producunt. Sunt & contractiones & synalœphæ Ionum: sunt & apocopæ.

Horum exempla promiscuè subnotauimus, & aliis quibusdam proprietatibus dialecti Ionicæ indicatis. Ηεροδότου Ἁλικαρνασσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε, pro Ἁλικαρνασσέως ἱστορίας ἀπόδειξις. Θωυμαστὰ pro θαυμαστά. Γοιοῦτῳ Γυάρῃ, pro Γῷ. Πλεῦνας, pro πλέονας. Ἀπ' ἧς, pro ἀφ' ἧς. Ἀπελόμενοι, pro ἀφελόμενοι. & Ἀξιαπηγητότατα, pro ἀξιαφηγητότατα. Διαπρηξαμένους καὶ τἆλλα τῷ εἵνεκεν, pro διαπραξαμένους καὶ τὰ ἄλλα ὧν ἕνεκα. Ἐγεγόνεε, pro ἐγεγόνει. Ἤιδεε, pro ἤδει. Δεσπότια, pro δεσπότεω. Μίδης, pro Μίδας. Θρόνον βασιληΐον, pro βασίλειον. Ἐσάμενα, pro ἑσάν. Ἐπεκρήτεον, pro ἐπεκράτουν. Κυρίῃ τῇ ἡμερέων, pro κυρίαν τὴν ἡμερῶν. Κιθῶνας, pro χιτῶνας. Ἐπὶ νόον ποιέονσι, pro ἐπὶ νοῦν ποιοῦσι. Περιέαπε, pro περιεῖπε. Ἱρὸν, pro ἱερόν. Ὁρτὴ, pro ἑορτή. Κεῖνος, pro ἐκεῖνος. Ἐὼν, ἐοῦσα, pro ὤν, οὖσα. Κεχωρίδαται, pro κεχωρισμένοι εἰσί. Ἐτετάχατο, pro τεταγμένοι ἦσαν. Τὠρχαῖον, ὦνθρωπε, ὦναξ, ὠνὴρ, ἄτερος, ταὐθρώπου, pro τὸ ἀρχαῖον, ὦ ἄνθρωπε, ὦ ἄναξ, ὁ ἀνὴρ, ὁ ἕτερος. τ' ἀνθρώπε. quæ Attica synalœpha & in aliis reperitur: vt θατέρῳ, τἄλλα. Τἄλειος, πόλιος, pro ὕβρεως, πόλεως. Ἐγχειρίδιοισι, pro ἐγχειριδίοις. Ἐπεαὶ, ἀδελφεὸς, pro ἐπεί, ἀδελφός. Τὄνομα, μοῦνος, ξεῖνος, pro τὸ ὄνομα, μόνος, ξένος. Ποιεῦσι, pro ποιοῦσι. ἐδικαίουν, pro ἐδικαίουν. Μέγαθος, τάμνειν, pro μέγεθος, τέμνειν. Ὀπέωνες, pro ὀπάονες. Ὁρέων, pro ὁρῶν. ταθημεώμενοι, pro ταθυμούμενοι. χρεωμένων, pro χρωμένων. Κιυέη, pro κινεῖ. ἀνθρωπηΐη, pro ἀνθρωπῇ. Τυφὼ, ἄθω, pro τυφὼν, ἄθων. quod plane Atticum est. Πλεῦν, pro πλέον. Περσέηισι, pro περσέῃς. Ὦρα, pro ὥρα. Διξὰ, τριξὰ, pro δισσὰ, τρισσά. Αὖτόπεω, pro αὐτόπου. Ἐν τῇσι ἁμάξῃσι, pro ἐν ταῖς ἁμάξαις. ac concursum omnino vocalium Iones amant. Ἄδρηξα, pro ἄδραξα, *quæ non solerent aufugere.* Ἐπιβατέων, pro ὑπιβατῶν. Ὁκόσον, ὁκε, κότε, pro ὁπόσον, ὅπου, ποτε. Βεβάλιες, ὄρνιες, pro βεβάλεις & ὄφεις. Ἐοσωδέντες, pro ἱππασωδέντες & ἔσονες, pro ἵππονες. Ἀδαέες, pro ἀδαεῖς. Οἴκασι, pro ἐοίκασι. Κέρεα & γέρεα, pro κέρα & γέρα, contracto de κέραα, elisoτ. Ἐσελάδατο, ἐξαλμένοι ἦσαν. Κατες εφατο, κατεσφαμμένοι ἦσαν. Τρῶμα, pro τραῦμα, omisso υ. nisi magis est à verbo Ionico factum quod τρώειν illi dicunt. id est, πτρώσκειν. Apud Homerum Ἐρίπρες, pro ἐρίηρες positum volunt: Ἐρυσάρματες ἵπποι. Herodotus Αὐτοκέλευες, pro αὐτοκέλευστοι. Contrà μάρτυρες & φύλακοι, Iones, pro μάρτυρες & φύλακες. Ὄψεαι, pro ὄψῃ. quod Atticis est ὄψει. Ἀπικοίατο, pro ἀφίκοιντο. Ὁρμέατο, pro ὥρμηντο. Μανασέων, pro Μανασσῶν. Λᾶξις, pro λᾶξις. ΟΥ in οιο solutio, & εθα, ac εθον, ποιητικώτερον videtur. Τπερφίον, λωΐον, pro ὑπερφέρον, λῴον. Κραδίη, pro καρδία. κρατερὸς, pro καρτερός: vt Homero Κεράπαθος, pro Κάρπαθος. Reduplicationes sunt Homericæ, Τετύκοιτο, ἐκλέλαθον, τετάγων. Herodotus Ἀραιρημένοι dixit pro ἠρημένοι. Ἐνθεῦτεν, pro ἐντεῦθεν. Ἀποθανεύμενοι, pro ἀποθανούμενοι. Duplicationes consonantium Ionicæ illæ quidem esse perhibentur, sed sunt poëticæ, vt Ὅσσον φέρτερός εἰμι. Ὅττι τοι ἐν μεγάροισι. Ὅππότ' ἀνὴρ ἐθέλει.

EX EODEM.

Ionicus est & articuli pleonasmus. vt, Τὰς μὲν ἀνασήσειεν, ὁ δ' Ἀτρείδῃσι ἐναρίξοι, pro ἐναρίξοι δέ. in quibus ὁ pronomen esse volunt, & significare αὐτὸς, Ionicè. Polymnia, εἰ μέν τι ἐνέοισι σφάλμα φέρειν τῷ βαρβάρῳ, τὸ μὲν ἔλεγχε ἐδέν, ὁ δὲ τὰ δυτυχέστατα ἐκλεξόμενος, *siquid inerat quod fraudi esset barbaro, eorum nihil memorabat, sed eligens maximè fausta.*

Est autem & aliorum pronominum hic vsus, εἰ δὲ ταῦτα ὑποδυόειν ἐκ ἐθελήσῃς, σὺ δὲ πάντως σεάτευμα ἀνάξειν, pro ἀλλὰ πάντως ἀνάξεις. Et rursum, ἦ σέ γε, pro ἦ γε. Iliad. ρ.

Ὅς ἐπεὶ ἄρ κε κάμησι κιὼν τ' ἀνδρας τ' ἐρεθίζων,
Οἵ τέ μιν ἐκ εἰῶσι βοὴν ἐκ πὶαρ ἐλέσθαι,
Παύνυχοι ἐγρήσσοντες, ὁ ἦ κρειῶν ἐραλίζων Ἰδύει.

Ionum sunt anastrophæ. vt, ὄρνιθες ὡς. Iliad. β, - ἅσσε ἔοικε κακὸν ὡς δειδίασεσθαι. Sic ᾧ ἔπι, pro ἐφ' ᾧ. Et, βιοτῆς νιῦ μὴ αὐθεμπὶης πέρι. Iliad. ϛ. τότε δ' ἤδη ἔχεν κῆ γαῖα μέλαινα. i. κατεῖχε.

Sunt & ἀποκοπαὶ Ionicæ verbi substantiui. vt, ἔνι pro ἔνεσι, μέτα pro μέτεσι. Hom. παὶρ ἔμοι γε καὶ ἄλλοι, id est, πάρεσιν ἐμοί.

Cùm aliter, tum interpositio ὧν dirimunt coniungenda, μέχρι μὲν ὧν τούτων. & βύβλῳ φὲρὶ τὰ κέρεα ἐλίασων, id est, φεριελίασων. & καῖ ὧν ἐκάλυψε, pro κατεκάλυψε. & κατά με ἐφάρμαξας, pro κατεφάρμαξας ἐμέ. & εἶπε τῆὶ τις Βαβυλωνίων, pro τῆὶ Βαβυλωνίων τις. Sic ὡς ἢ αὔτως, pro ὡσαὐτως δέ. Iliad. β, καδ δέ κεν ὀχωλώ. & Iliad. ρ, --- ἀπὸ ἢ μελιηδέα θυμὸν ἔλωμαι, pro κῆ ἢ ὀχωλώ, & ἀφέλωμαι θυμόν. Iliad. α, ἐκ δ' ἔλον Ἀτρείδη. i. ἐξεῖλον δέ. Sic ὑπὸ δ' ἤρεσν, pro ὑφήρεν. Polymn. ἀπὸ πάντα τὰ χρήματα ἄγων, i. ἀπάγων.

Præpositiones absolutè, quasi aduerbialiter, sæpe ponunt: μῆ δέ, ὁ στρατὸς ἀπικομένης εἰς Σάρδεις, postea verò, quum exercitus Sardis venisset. Sic, καὶ φοὺς ἀνεπισήμονες ἔσαν, præterea. Iliad. χ. Πρὸς δέ μιν ἦ ὀύτασον ἐπὶ φρενέοντ' ἐλέαιρε. Alibi, ἐν δ' αὐτὸς ἐδύσατο νώροπα χαλκόν. Item, δι' ἀφὸ ἢ εἵσατο κὴ δ'. Herodot. Polymnia. ἐν δὲ Ἀρτέμιδος ἱρὸν, in illo litore est fanum Dianæ.

Ionicum est casum ad præpositionem referri quæ cum verbo adiuncto composita est. vt, ὅτι οἱ ἐνορῴη, id est ὅ, τι ὁρῷτο ἐν αὐτῷ, quid in se animaduerteret. Iliad. β, -- τέο δ' ὧὶ ὄτι μέμφεαι, id est, ὀπὶ τίνος μέμφῃ. Et ὤμοισιν ἐπείη. i. εἴη ὀπὶ τοῖς ὤμοις. Item Iliad. ν, θρασυὼ Ἕκτορα εἶπε φοβησάς. i. σὰς φοβὰ τ' Ἕκτορα. Herod. Clione, τρία δὲ ἔτεα ἐπανεβάλλετο τ' Σαρδίων ἅλωσιν, id est, ἐπ' ἕτεα τρία, in tertium annum distulit Sardium expugnationem. Idem, ἀπέζει τ' χώρης τ' Ἀραβίης, id est, ὄζει ἀπὸ τ' χώρης.

Singularis vsus infinitiui ἦ), Ionicus est, hoc modo, καὶ τὰς Ἴωνας ἐν ἑνὶ λόγῳ ποιησάμενος τὼ φρῶτω ἦ), vt hæc prima quidem cura esset. Et, εἰ δὲ ὁμολογήσομεν ἑκόντες ἦ), quod volentibus quidem nobis fiat. Et, τὸ δὲ σύμπαν ἦ), In quo totum verteret, aut Re ipsa.

HERO-

HERODOTI VOCABVLA IONICA, ET QVÆDAM LOQVENDI GENERA, ILLI CVM HOMERO MAGNA ex parte communia: necnon alia.

COLLECTA ET LATINE REDDITA, PARTIM AB IOACHIMO CAmerario, partim ab Henrico Stephano: littera C illius nomen, H huius nomen indicante. à quo & addita nunc fuerunt aliquibus Camerarij interpretationibus exempla.

HENRICVS STEPHANVS LECTIOnis Herodoti studiosis.

SI vulgo receptum morem vsurpare, quàm meum tenere, maluissem, Ioach. Camerarij nomen silentio præterijssem: ac titulum huic opusculo præfixissem quo hanc recensionẽ pariter & interpretationem vocabulorum, quæ quum Herodotus sibi habere peculiaria videatur, habet tamen cum ceteris Ionibus, & nominatim cum ipso etiam Homero (ad pleraque quod attinet) communia, totam suscepissem & in me recepissem. Nec tamen magnũ onus humeris meis imposuissem. quæ enim Camerarius de illis vocabulis antea scripserat, meis infarciendo, eaq; pro meis ostentando, magnum oneris leuamentum in promptu mihi fore animaduertebã. Præsertim vero quum multo plures à me quam ab illo voces recenserentur & exponerentur, sub meæ commentationis prætextu dominium in illius quoque commentatiunculam vsurpare, res fuisset quæ multorum exemplis defendi (si exempla malam defendere caussam queunt) potuisset. Verùm ego non solùm, alienis tantummodo plumis se vestire, corniculæ in morem, sed etiam vel miscere suis alienas, atq; id dissimulare, vix ingenui esse hominis, semper existimaui. Atque hoc & meus Thesaurus testari abundè potest. Quinetiam Paralipomena tantùm institutionis grammatices (aut saltem eorum partem) scribere malui, quàm meam institutionem grammatices ad tam multas aliorum addendo, in aliena plurima manum injcere, simulq; miseros lectores crambe toties repetita occidere. Neque tamen sum nescius, reperiri quotidie qui multo maiori cum turpitudine plagiarij sint: id est, multo turpius & magis pudendum plagium committant, dum aliena, & quidem è multorum nonnunquam libris consarcinata, siue consuta, aut (sicui Græca vox magis placet) συνεῤῥαμμένα (licet eorum nonnulli ne artem quidem talia consarcinandi, siue consuendi, siue τὸ συῤῥαπτειν, calleant) impudentissimo noui tituli libri, aut noui saltem nominis autoris, mendacio, pro suis obtrudentes, & obtrusa venditantes, fucum faciunt: etiamsi nulla futura sit qua vel χῦ tam multis alienis οἰκοθεν (id est, de suo) insuisse dici possint.

Ceterùm, quamuis pauca illa quæ Camerarij sunt, ita meis inseruerim (apposito vbique eius nomine) vt intacta in illis omnia reliquerim, fuisse tamen vbi eius interpretationi nonnullarum vocũ aliquid adjcere, aut in eam non sine aliquo fortasse lectoris fructu inquirere potuerim, ostendam alias (deo fauente) in ijs quibus Herodoti lectores, præsertimq; eius valde studiosos, amplius iuuabo. Sed malui exemplorum alicubi adiectione, aut exempli, vbi Camer. nullum attulerat, contentus esse. Ne hoc quidem tacebo, me in quibusdam vocabulis exempla Homeri, in quibusdam Hippocratis, (quæ Erotiani, & Galeni lexicis, quum ea excudi, destinaueram) in nonnullis, vtriusque, attulisse.

A.

Ἄγν καὶ φέρειν, Ionicum est de hostilibus direptionibus. Herodot. lib. *I.* c. 88. φέρεσί τε καὶ ἄγουσι τὰ σά. Et rursum *I.* 166. καὶ ἄγον δὴ ἤδη καὶ ἔφερον τοὺς πλησίοισι ἅπαντας. Iliad. ε, Οἷόν κ' ἠὲ φέρησιν Ἀχαιοὶ ἦκεν ἄγοιεν. Neque me fugit, & apud Xenophontem & alios Atticos autores hanc figuram reperiri. nam & alia, quæ vt Ionica annotauimus, illi vsurparunt, vtriusque enim linguæ eadem (vt suprà diximus) origo fuit. C.

Ἀγινέειν vide in Ἀπαγινέειν. Pass. Ἀγινέομαι actiua signific. *Adducens*, *VII*, 33. ἀγινέομαι γυναῖκας. *H.*

Ἀγορέομαι, ῶμαι. *Concionor*, *Concionem habeo*. Vnde ἠγορόωντο, *VI*, 11. ἐλίνοντο ἀγορήν. καὶ δὴ κου σφι καὶ ἄλλοι ἠγορόωντο. Sic Hom. Il. σ, versu 1. Οἱ ἂν θεοὶ πὰρ Ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο. Sed hic est potius *Concilium habebant*, *Consultabant*. At quum dicit, ἀγορήσατο καὶ μετέπειτα, est *Concionem habuit*. Verbum autem Ἀγοράζω apud hunc (sicut apud Thucyd. & Aristoph.) est, *In foro versor*. *H.*

Ἀγχίστροφα, *In contrarium mutata*, *Contraria*. ἀγχίστροφα βεβούλευμαι, *VII*, 13. Propriè autem Ἀγχίστροφον q.d. *Conuersionem*, id est, mutationem, *propinquam habens*, siue *Mutationi propinquum*. *H.*

Ἀγωνίδαται pro ἠγωνισμένοι εἰσὶ, sed passiua significat. pro *Decertati sunt*, *IX*, 26: 2. πολλοὶ μὲν γάρ τε καὶ εὖ ἔχοντες πρὸς ὑμέας ἡμῖν αἰνδρες Σπαρτῆται, ἀγῶνες ἀγωνίδαται, *multa certamina decertata sunt*. Sed perperam in Aldina & Germ. edit. ἀγῶνας pro ἀγῶνες scriptum est. *H.*

Ἀδαέες, *Ignari*, *Imperiti*, *IX*, 45. ἡμεῖς δὲ ἀπειρέσι τε εἰμὲν καὶ ἀδαέες τοιέων πρῆγμάτων. *H.*

Ab eodem pro Ἀδαὴς dicitur Ἀδαήμων, vt *VIII*, 65. ἀδαήμονα τοῦ ἱροῦ. Quinetiam verbum Δεδάηκα, *didicit*. *H.*

Ἀδεῖν & Ἀνδάνειν, *Placere*, Ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ἰῶδανε θυμῷ. Et, Ὡς ὄφελεν θάνατός μοι ἀδεῖν κακός. C. Vide Ἀπαδεῖν & Ἐπαδεῖν.

Αἱμασιαὶ, *Septa*. Sed addit Herod. in primo, c. 180. αἱμασιὴ πολιηθέων ὀπίσω. Odyss. σ. αἱμασιάς τε λέγων, *Septa struens*. C.

Αἴνη, *Existimatio*. C.

Αἰχμὴ κακῶς ἐσηκέναι dicitur πρός τινα, ab Herodoto, rarissimo sed elegantissimo loquendi genere, lib. *VII*. c. 152. de Argiuis, ἐπειδήσφι πρὸς Λακεδαιμονίους κακῶς ἡ αἰχμὴ ἐστήκεε, hoc sensu, *Quum minimè secundum ijs aduersus Lacedæmonios prælium fuisset*. Quam interpretationem etsi aperte præcedentia & sequentia confirmant, possit tamen ea & Eustathij testimonio comprobari: qui postquam dixit δόρυ nonnunquam significare πόλεμον, id est, *bellum*, (veluti quum aliquis vocatur δουρὶ κλυτὸς) itidemque vocem αἰχμὴ vsum istum habere: vnde δορυάλωτος & αἰχμάλωτος significare pariter ὁ ἐν πολέμῳ ἁλούς subiungit, λέγει δέπου καὶ Ἡρόδοτος πρὸς πινάν, ὡς κακῶς αὐτοῖς ἡ αἰχμὴ ἔστηκε πρὸς τοὺς δεῖνα, ἤγουν ἐδυσχέθη αὐτοῖς ὁ πόλεμος. Additque, hoc ex consequenti esse dictum. πρὸς πολεμεῖται γὰρ τοῖς ἐν μάχῃ δυσχεῶσι, καπῶς αὐτοῖς ἔσαναὶ τὴν αἰχμήν. Ceterum in compositione quoque nomen hoc *probello* vsitatum esse apud Iones sciendum est, quum videlicet appellant ὁμαιχμίην quod alii συμμαχίαν. vt *VIII*, 140: 1. ὁμαιχμίην συνθέμενοι. Ab eadem voce est μεταίχμιος. vnde μεταίχμιον γῆν legimus, *VIII*, 140: 2. μεταίχμιον τὴν γῆν ἐπιμιξίων. *H.*

Ἀλέες, *Conferti*. Et Ἀλίζεσθαι ac Συναλίζεσθαι, *Colligi* seu *Congregari*. Et Ἀλίη, *Cœtus*, C. Exemplum verbi Ἀλίζεσθαι, *I*, 79. ἀλίζεσθαι τὴν τῶν Λυδῶν δύναμιν. Vtitur & Hippocr. hoc verbo Ἀλίζεσθαι. Inuenitur autem & actiuum Ἀλίζειν apud Herod. *VII*, 12. necnon compositum Συναλίζειν, *I*, 126. Ad nomen autem ἀλέες quod attinet, sciendum est, ἄλες quoque apud Hipp. exstare: atque alicubi ἄλες & πολὺν copulari.

Ἀλεεινὴ χώρα, *Calida regio*. Et Ἀλέα, *Calor*, vt in locis apricis. C.

Ἀλεωρὴ à Valla redditur *Remedium*, *IX*, 6. ὡς καὶ αὐτοὶ τινὰ ἀλεωρὴν εὑρήσοντες. Proprie autem sonat *Euitatio*, *Declinatio*, *Effugium*. Ac redditur etiam *Leuamen*, & *Laxamentum*, necnon *Solatium*. Hippocr. ἐν παραγγελίαις vtitur, Ἄνεσις γὰρ νόσου τινὰς κάμνοντι παρέχει μεγάλην ἀλεωρήν.

Ἀλκὴ vt ab Homero, ita etiam ab Herod. quibusdam loquendi generibus adhibetur: quorum vel frequentissimum est (nisi me memoria fallit) ἐς ἀλκὴν τρέπεσθαι. quo videtur significari quod vulgo dicimus, *Se mettre en defense*. Hoc autem existimatur dici à Liuio, *Vim parare*: veluti quum scribit, *Alios vim parantes occidit*. *III*, 78. αὐτά τε ἔδραμον πάλιν ἀμφότεροι, καὶ ὡς ἔμαθον τὸ ποιηθὲν πρὸς ἀλκὴν ἐτράποντο. Quibus verbis subiungit, ὁ μὲν δὴ αὐτέων φθαὶς τὰ πρῶτα κατελόμενος, ὁ δὲ πρὸς τὴν αἰχμὴν ἐτράπετο. (vbi obserua simul eundē vsum verbi τρέπεσθαι cum alio accusatiuo.) Est quæ πρὸς ἀλκὴν τρέπεσθαι tāquam genus, at πρὸς αἰχμὴν τρέπεσθαι, velut species. Paulo pòst τῇ χειρὶ χρῆσθαι hac in signif. vsurpat: ὁρέων δέ μιν ἀρχὸν ἑστεῶτα ὁ Γοβρύης εἵρετο ὅτι ἐχρήτας τῇ χερί. Alioqui χειρὶ χρῆσθαι reddi etiam potest *Manum conserere*. Fortassis tamen πρὸς ἀλκὴν ἐτράποντο eo in loco reddendum potius fuerit, *Vi agere cœperunt*, vel, *Vim moliti sunt*, aut *Totis viribus obsistere cœperunt*. Nam illud *Vim parare*, minus est in quibusdam locis quàm πρὸς ἀλκὴν τρέπεσθαι. veluti quum in principio *II*, 45. dicitur de Hercule, ἐς ἀλκὴν τραπόμενον πάντας σφέας καταφονεῦσαι. *H.*

Ἀλογέω,

Ἀλογέω, *Nullam rationem alicuius rei habeo, Contemno.* Vnde ἀλογήσας, III,124. Sic & cõpos. Καταλογέω vnde καταλογέοντα, III,121. H.

Ἁμαρτὰς pro ἁμαρτία, *Peccatum*, vt I, 167. ἀκέσασθαι τὼ ἁμαρτάδα. H.

Ἀμβώσας, ἀναβοήσας. C. Sic Ἐπιβώσασθαι pro ὑποβοήσασθαι, I,87. initio. H.

Ἀμείνονες αὐτοὶ ἑωυτῶν *Seipsos vicerunt.* C.

Ἀμφιβασία, *Disceptatio*, vel *Dissensio.* C.

Ἀναγνώσκω, *Suadeo, persuadeo*, (quẽadmodũ πείθω vtrunque vsum habet) vt VII, 10. γνόντα ἐπ' οἷας ἀνδρας ἀναγνώσκεις βασιλέα σεωυτὸν ἐκδιδόναι. vbi est potius *suades*, quàm *persuades*: quamuis postea persuaserit At IV,158. ἀνέγνωσαν ἐκλιπεῖν non solùm, *suaserunt*, sed etiam *persuaserunt*. Sic etiam I,187. τίς σε ἀνθρώπων ἀνέγνωσε, sequente infinitiuo κατασκῶψαι. Itidem pass. Ἀναγνωσθεὶς, *persuasus*, in IV.154. ὁ δὲ ἀναγνωσθεὶς ὑπὸ τῆς γυναικὸς, ἔργον οὐκ ὅσιον ἐμηχανᾶτο ἐπὶ τῇ θυγατρὶ, *Is autem, ab vxore persuasus, rem nefariam aduersus filiam moliri cœpit.* At interpres malè ἀναγνωσθεὶς reddidit *deceptus.* Omnemq; illi excusationem præripit verbum πείθει, quod proximè præcedit, de eadem, πείθει τὸν ἄνδρα ταῦτα ἔχειν οὕτω. Quinetiam lib. III, c.61, actiuæ voci ἀναγνώσας aliam tribuit significationem idem interpres: τοῦτον τὸν ἄνδρα ἀναγνώσας ὁ μάγος Παπιζείθης ὡς οἱ αὐτὸς πάντα διαπρήξει, εἶσε ἄγων ἐς βασιλήϊον θρόνον. ita enim hæc reddidit, *Hunc virum magus Patizithes instructum quemadmodum ipse illi omnia peracturus esset, in regium solium perducit.* Quum debuisset ita vertere, *Huic viro quum persuasisset magus Patizithes fore vt ipse illi omnia effecta redderet.* Erat enim Patizithes qui Smerdi omnia confecturus erat, non contrà: quod tamen potius præ se ferre videtur altera interpretatio, Vt autem Ἀναγνώσκω, sic etiam Συγγινώσκω apud Herodotum à vulgari vsu discedit. Sed quid de Galeno & Erotiano dicemus, verbum ἀναγνῶναι apud Hippocratem, Ionica dialecto vtentem & ipsum, non πεῖσαι, id est, *Persuadere*, sed μεταπεῖσαι, (id est, *Dissuadere*, vel *De sententia deducere, A sententia dimouere*) necnon μεταδιδάξαι exponentibus? Ἐ οὐκ ἠδυνάμην (inquit Hippocr. lib. De artic.) αὐτὸς ἀναγνῶναι, εἰ μὴ μόλις, ὅτι τόδ' ὄζει τοιόνδε. Suspicor, vnum ex altero sumpsisse, qui loco præpropere (vt fit) lecto, nec bene memoriæ mandato, horum tantùm verborum recordatus sit, αὐτὸς ἀὐτγνῶναι· (ac non horum etiam quæ subiunguntur, ὅτι τόδ' ὄζει τοιόνδε) simulque præpositionis ἀνὰ verbo γνῶναι præfixæ vsum eum imaginatus sit quem habet in aliis quibusdam verbis, & nominatim in Ἀναδιδάσκομαι, apud ipsum Herodotũ. Hoc etiam addo, perperam Galenum, & Erotianũ ἀναγνῶναι, non ἀναγνῶσαι legisse apud Hippocratem: & quosdam malè lectionem hanc in illam mutandam censuisse. Nam & hîc ex I,87. habes ἀνέγνωσε, & legitur itidẽ VI, 75. Eodẽq; modo exstat ἀνέγνωσαν, I,128. Sic autẽ & I,85. ἄλλον γνώσιος: vbi repono ἀλλογνώσιος.

Ἀναγκαίη pro ἀνάγκη vt in I,11. μή μιν ἀναγκαίη ἐνδεῖν. H.

Ἀναδιδάσκεσθαι vide VIII. 63. initio, & quæ adscripsi margini. H.

Ἀναιρεῖσθαι, vide in Ἐπαναιρεῖσθαι.

Ἀναισιμοῦσθαι. vt I, 72. fine, πέντε ἡμέραι ἀναισιμοῦνται, *Quinque dies insumuntur.* siue *impenduntur.* H.

Ἀνακῶς ἔχειν, φερενπίζειν, seu ὀλιγελῶς ἔχειν. VIII,109. fine ἀπόρεε ἀνακῶς ἐχέτω. C.

Ἀναπλῶσαι pro ἀναπλεῦσαι. C.

Ἄναπυστον, *Quod innotuit, Patefactum, Palam factum.* VI,66. extremo, ὑστέρῳ μύθοι χρόνῳ ἀνάπυστα ἐγένετο ταῦτα. Sed malè in Ald. & German. edit. ἀναπειστα. contrà verò rectè in iisdem, paulo antè, ἀνάπυστα γενόμενα ταῦτα. H.

Ἀνεθέλητον, quod ab aliis dicitur ἀβούλητον, *de eo quod trisie nobis accidit.* VII, 133. ὅ, τι ἂν τοῖσι Ἀθηναίοισι ταῦτα ποιήσασι τὸν κήρυκας συμβήσεται ἀνεθέλητον γενέσθαι, οὐκ ἔχω εἰπεῖν, ὡς λιὸς ὅτι σφέων ἡ χώρη ἢ ἡ πόλις ἐδηώθη, *quid aduersi illis contigerit.* Et ἀνεθέλητος συμφορὴ apud eundem, (sicut dicitur ἀβούλητος συμφορὰ) alibi ἄχαρις συμφορή. Quibus in locis vocabulũ συμφορὰ ponitur tanquã μέσον, more antiquo. H.

Ἀνειμένους. II,167. τὰς εἰς πόλεμον ἀνειμένους. *bello deditos.* Sic paulo ante, ἀνέωνται ἐς τὸ μάχιμον. Sed ibi, sicut & in Ald. edit. malè ἀνέονται. H.

Ἀνελεῖν, est *Respondere*, vt de oraculis Latini dixere. I, 13. ἐὰν μὲν δὴ τὸ χρηστήριον ἀνέλῃ μιν βασιλέα εἶναι τῶν Λυδῶν. *Si oraculum responderit, ipsum regem Lydorũ esse.* Euterpe, c.139. ἀνεῖλε ὡς δέοι αὐτὸν Αἰγύπτου βασιλεῦσαι ἔτεα πεντήκοντα. C.

Ἀνέωνται, vide in Ἀνειμένους.

Ἀντάω, ῶ, ex quo ἐπιτῶτος pro ἐπιτυχὴς II,119. initio, καὶ ξεινίων ἐπιτῶτος μεγάλων. quum præcedenti cap. 115. dixisset, ξεινίων τυχών. Sic Homerus Iliad. α, αἰπάσας dixit pro τυχὼν, siue ἀπολαύσας, aut μεταχών· vbi canit Αἴ κέν πως ἀρνῶν κνίσης αἰγῶν τε τελείων βέλεται αἰπάσας, ἡμῖν δ' ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι. Facit autem illud αἰτᾶν vt minus mirari debeamus participium ἀπαντήσαντες genitiuo itidem iunctum, hoc in versu, Ἆ δειλοὶ νεότητος ἀπαντήσαντες ἑκείνης Περθοπόρου, δὴ ὅσσοι ἦλθετε πυρκαϊῆς. vel περθοβόλοις, vt alibi legitur. pro quo tamen malim περθοτοβόλοι. Suspicor autem priorem illum versum mutatum fuisse ab iis quibus insolens videbatur ille vsus participij ἀπαντήσαντες. Pro illo enim habetur hic, Anthol. epigr. lib. III. pag. 232. meæ editionis, Ἦν νέον ἡβήσασαν ἀποθρέψαντες ἐρασταί. H.

Ἀντίξοος, *Aduersarius, Hostis*, ἐναντίος, πολέμιος. in cap. 218. lib. VII. ἐλπόμενοι γὰρ οὐδένα σφι φανήσεσθαι αὐτίξοον, ἐνεκήρυσαν στρατῷ. Et

Adiectiuè, γνώμη ἀντίξοος, *Sententia contraria, Sententia repugnans*, VIII, 119. *H.*

Πρῆγμα αὖ ἕτι μεῖνον, sequente infinitiuo. *On n' auroit autre choſe à faire que*, &c. VII,130

Πρῶτον χρημάτων πάντων, *Deuant toutes choſes*, VII,145

Εὐείσιμω συμβαλλόμενος, vt à nobis dicitur, *Ie trouue par mon compte.* VII,187

Διέξοδοι βυλεύματων, vt dicimus, *Diſcours*, VII. 234.

Ἀριθμὸν ποίεεσθαι, *Faire le compte.* VIII.7

Ἥπερ δὴ ἔφερε τὸν ἀληθέα λόγον πᾶσαν. Tale eſt in noſtro ſermone, *On luy apporta toute la verité du faict.* VIII,82

Φέρει καὶ ἐς πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα, *Il emporte à toute la Grece.* VIII,142

Ἐξέμαθον πᾶν τὸ ἐὸν, *Ils ſceurent tout ce qui en eſtoit* IX,11

Ἑκατὸν ὀργυιὰς δικαίας, vt Gall. *Iuſtes*, id eſt, *De iuſte meſure.* Iuſtæ menſuræ.

Δέσποτα, aliquot in locis ad regem: vt illi dicimus *Sire*: pro quo ſcribi *Cyre*, poſtularet deriuatio à voce κύρε (id eſt, *domine*) quæ poſtea deprauata fuit in κύρε.

ALIA DE HERODOTI VOCIBVS, ET VARIA IN QVIBVSDAM MS. SCRIPTVRA, &c.

Ex eiuſdem prolegomenis in eadem ſecunda editione.

RATIONI autem conſentaneum mihi videtur vt à quibuſdam illius recenſionis [*præcedentis vocum Herodoti*] locis initium ſumam, ſuper quibus habeo quod te moneam. Primus erit vbi vocabulum ἀτέοντες (VII,223. in fine) Camerarius interpretatur, *Nihil curantes*, addens, Homerum ſimiliter eſſe vſum. Nam ἀτέοντα quidem legimus apud Homer. Iliad. υ, ſed pro βεβλαμμένον, (videlicet εἰς τὰς φρένας, ſiue τὸν φρένα. vnde dicitur aliquis voce compoſita βλαψίφρων) ab ἄτη. Pro illo igitur ἀτέοντα, ego vel ἀτίοντα (fuit autem facilis lapſus ex ἀτίοντα in ἀτέοντα) vel ἀτίζοντα reponendum cenſeo. Illud tamen mihi nullum lexicum ſed memoria diu ſolicitata ſuppeditauit. Recordatus ſum enim me legiſſe (apud Theognin, ni fallor) hunc verſum,

Πᾶς τις τὸν πλέσιον αἴσχρα τίει, ἀτίει δ' ἠνιχρόν.

At verò ἀτίζων, pro καταφρονῶν apud Homerum extat Iliad. υ. Quòd ſi etiam incidiſſet Camerarius in aliquem Herodoti locum vbi vox ἀτέοντες vſum illum haberet, eam pro mendoſa habendam eſſe, ex iis quæ dixi conſtat.

Fuerunt alioqui vocabula quædam inter illa quæ idem recenſuit, in quorum ſcriptura ab editione Baſilienſi diſcedere non dubitaui, quum manifeſtus eſſe error videretur. Sed tamen, ne meo ſtare iudicio neceſſe habeas, hæc ſunt, αἰγυιέειν, mutatum in ἀγυιέειν· & δύμαρέη, in δύμαείη· necnon θορὴ, (quod barbarum potius quàm Græcum videri poterat) mutatum in θοεός. Item χλῶες in ψλῶες, de beſtiolis quæ in caprificis naſcuntur. Monui autem & de nomine σαγήρεις, tanquam ſuſpecto, pro σαγάρεις· quod apud Herodotum legitur.

SED hinc ad alia venio, quæ ſcrupulum iniicere cuipiam poſſint circa interpretationem. Ex his eſt δύμαείη, quod ille interpretatus eſt *ſtercus*: quum potius *ventris exoneratio* ſignificetur: ſicut & ὑπόπατος (quo illud exponitur) hoc ſonat.

In vocabuli Ἐπιστρεφέως interpretatione dubitari poteſt de illa voce Latina *Obliquè*, poſita inter haſce duas *Accuratè* & *Vehementer*: & ſuſpicatus ſum primo aſpectu, *Obnixè* eum ſcripſiſſe: ſed quum poſtea cogitaui, Suidam teſtari, Herodotum eſſe vſum pro ἀπατηκῶς, id eſt, *Fallaciter*, *Deceptoriè* (ſi & hac vti voce licet) *Fraudulenter*, illud *Obliquè* retinendum, & tantùm ſedem ei ſuam mutandam cenſui.

In voce χρῆμα locos aliquot, tanquam eiuſdem rei exempla, affert, quum tamen non eundem in omnibus illis locis vſum habeat vox ea de qua agitur. Quatuor enim exemplorum, quæ proponit, primum ei eſt hic locus, συὸς μέγα χρῆμα· ſecundum, iſte, τυφαννὶς, χρῆμα σφαλερόν· tertium, χρῆμα πολλὸν νεῶν· quartum, χρῆμα χάμψος ἀφόρητον. atqui in illo ſecundo loco vbi dicitur, τυφαννὶς, χρῆμα σφαλερόν, non idem eſt vſus vocabuli χρῆμα, qui in ceteris tribus: adeo vt hic χρῆμα in πρᾶγμα mutando, dici queat eodem ſenſu τυφαννὶς, πρᾶγμα σφαλερόν· at in ceteris illis locis vbi genitiuus iungitur illi nomini χρῆμα, hæc mutatio locum non habeat. Quoniam autem huius loquendi generis nullam ille expoſitionem addit, ideóque lector eam ſe à me expectare non immerito dicturus eſt, oro vt meum Theſaurum conſulere, & ita vicariam operam illum mihi præſtaré, malit: ſimulque diligenter eum quem ibi propono Plauti locum expendere, annon in eo Ionicam illam phraſin repræſentare, aut ſaltem ad eam alludere, voluerit. Simul autem inde diſces, non minus Atticis quam Ionibus vſitatum illud loquendi genus fuiſſe, quum & Ariſtophanes eo vtatur. Ac ſunt certe & alia plurima quæ Attici ab Ionibus mutuari non dubitarunt.

In iis quæ paruo interuallo sequuntur (pauca enim tantùm verba interiecta sunt, quibus vox ψλῶες exponitur: pro qua perperam scriptum esse χλῶες in editione Basilienſi, paulo ante dixi) postquam ὥρλω ἔχειν, interpretatus est *Respectum habere aut curam*: subiungit, *Et*, ὀδεμίη ὥρη ἔσαι, *Nihil momenti attulerit*. Quæ tamen interpretatio conuenire loco non potest. Sunt enim verba illa ex hoc lib. III, 155. loco, τὸ σεωυτὲ ςρατηῆς τὸ ὀδεμίη ὥρη ἔσαι ἀπολλυμένης. Sonant autem hæc, *Cuius amissionem nemo curabit*, vel, *De cuius amissione nihil pensi cuiquam erit.*

Sed nec ad verbi γνωσιμαχέειν interpretationem non satis attentionis attulisse videtur: atque id vel ex iis intelligere poteris quæ in meo Thesauro de verbo illo dicuntur.

VENIO nunc ad aliud cuius mentionem obiter tantùm feci in illa ipsa recensione, ne, si forte diutius differam, obliuiscar. Id autem est de vocabulo Ἔγκοτος. Dixi enim me vix persuadere mihi posse, ἔγκοτον in duobus quos legissem HERODOTI locis, pro κότον positum esse. Ideo autem à me dictum hoc est, quòd vocem hanc pro adiectiuo tantum nomine habeam, & nihilomagis substantiuum esse nomen posse existimem quàm ἔγκυκλον, aut ἔγγονον, aut ἔμπονον. Confirmant autem, mihi hanc opinionem quatuor nostri scriptoris loci: quorum primus sit hic, VI, 73. δεινὸν τινά σφι ἔγκοτον διὰ τὸν ςρατηλακισμὸν ἔχων. Secundus autem hic, VI, 133. ἀτὰρ τινὰ ἔγκοτον εἶχε. Tertius sit iste, VIII, 29. ἔγκοτόν σφι ἀμφοτέρων ἔχοντες. Ad quartum autem antequam veniam, considerare te iubebo in duobus locis sequi participium ἔχων, in vno ipsum verbum εἶχε. Quid tum? dices. Quoniam dico scriptam ab Herodoto fuisse præpositionem ἐν seorsum ab illis duabus syllabis quæ sunt secunda & tertia in voce ἔγκοτον, & illam præpositionem per tmesin à participio & alibi à verbo separasse, remanente in medio voce κότον. vt perinde sit acsi scriptum esset, δεινὸν τινά σφι ἐν κότον ἔχων, pro δεινὸν τινά σφι κότον ἐνέχων. Item, ἀτὰρ τινὰ κότον ἐνεῖχε. Eodem modo in illo tertio loco, κότον σφι ἀμφοτέρων ἐνέχοντες. Sed quid me in hanc suspicionem, vel potius sententiam (omnino enim illud mihi persuadeo) adducit? Locus ille qui supereſt ex iis quos me allaturum promiseram. Is legitur in Clione, c. 118. Ἀ ςυάγης ὃ, κρύπτων τὸν οἱ ἐνεῖχε χόλον. Esse enim scribendum ἐνεῖχε, vt habet posterior hæc editio, non ἐνείχεε, vt in priore legebatur, (Aldinam & Basilienſem perperam sequente) luce clarius est. Quomodo enim ab ἐνέχω esse ἐνείχεε possit? Iam vero & absque adiectione dici ἐνέχειν τινὶ, Thesaurus meus docebit. Ac meminit certè huius vsus verbi ἐνέχειν Eustathius quoque: scribit enim, ἐπέχειν apud Homerum in Odyssea esse κῆ τινὸς ἔχειν atque hoc dici etiam ἐνέχειν. Ille autem Odysseæ locus est hic, ex libro τ,

Δαιμονίη, τί μοι ὧδε ἐπέχεις νεκοτήτα θυμοῦ;

Vbi postquam dixit idem scholiastes, ἐπέχεις (intellige tamen ἐπέχεις μοι) idem esse quod κατ' ἐμοῦ ἔχεις, & præpositione hac indicari interdum ἐναντιότητα, exemplis quibusdam docuit, tandem subiungit, simile verbo ἐνέχειν esse hoc ἐπέχειν. Hoc tantùm supereſt nunc vt videamus an Herodotus libenter tali tmesi vtatur seu dialysi seu diæresi qualem haberet illa quam apud eum repono scriptura. Sed præter vnum quod habemus in eodem scholiastæ loco huius figuræ exemplum ex historico, VI, 49. ὅτι σφίσιν ἔχοντας τοὺς Αἰγινήτας pro σφίσιν ἐπέχοντας (nam hoc esse dictum διαλελυμένως scribit: & alicubi διηρημένως eadem de re dicit) alia passim apud eum occurrunt. vt αὖτ' ἔδραμον, pro αὖ ἔδραμον· & ὑπὸ μοῦ ἔθανε, pro ἀπέθανε· & κῆ μοῦ ἔκτεινεν, pro κατέκτεινε. Ac (vt de alia dialysi loquar quæ illi vel potius dialecto illius est peculiaris) interiicitur & vocula ὧν. vt ἀπ' ὧν ἐδώκαν· & κατ' ὧν ἐκάλυψε, pro κατεκάλυψε. Hæc autem quum ita sint, non immeritò (vt opinor) vocabulum illud ἔγκοτος, quatenus quidem substantiui, non adiectiui tantum, sedem obtinebat, è Græcæ linguæ finibus procul amandatur. Nec mirum est tamen tam multis doctis viris & in Græca lingua exercitatis, ac nominatim, Ioachimo Camerario, viro doctissimo & huius linguæ peritissimo, (scribit enim Μῆνις, Κότος, Ἔγκοτος, *Vehemens ira*) non mihi tantum, vocem illam fucum feciſſe, quum & Græcis lexicographis fecerit: ac potissimùm Suidæ: qui eo etiam magis est reprehendendus quod ex hoc epigrammatis loco, ------ τίς φθόνος αἰὲν Θησείδας ἀγαθῶν ἔγκοτος αἰὲν ἔχει, colligat, ἔγκοτος οὐκ ὀπίμονος ὀργή; & non animaduertat, ἔγκοτος vt adiectiuum, iungi cum substantiuo φθόνος.

Libet autem eadem opera & de quibusdam aliis vocabulis te commonefacere, quæ quum ex Herodoto afferantur, vt scripta sunt in typographicis editionibus, suspicione tamen haud carent, præsertim veteris libri autoritate (ad nonnulla quod attinet) eam augente. Ex his est verbum διαφθορέει, in hoc lib. I, cap. 88. loco, πόλιν τε τὴν σὴν διαρτάζει, καὶ χρήματα τὰ σὰ διαφθορέει. Quamuis enim primo aspectu videri possit verbum istud διαφθορέει admitti posse (vt ex nomine διαφθορεὺς factum) tamen HERODOTI sæculo in vsu fuisse, vix credibile est. HUC autem accidit quòd in vet. exempl. non διαφθορέει sed διαφορέει legitur.

Quòd

Quòd siquis aliud exemplum afferat eodem è scriptore, videlicet VII, 10. extremò, ἀμφιδορύμβους ἐκ τοῦ κυμάτου· is ex me audiet, ibi pariter in vet. exempl. non ἀμφιδορύμβους, sed ἀμφορυμβους legi. Hunc autem verbi istius vsum exprimere videtur voluisse Horatius Latino illi omnino respondente, quum dixit, *Post insepulta membra different lupi.*

Sic autem, quum ὑποδέμβους apud hunc scriptorem habeamus I, 107. vbi scriptum est, ὑποδέμβους δὲ τῇ μάχῃ τοῖσι ὀνειροπόλοισι τὸ ἐνύπνιον, non dubito quin vet. exempl. sequi oporteat, ex quibus annotatum est ὑπὸ δέμβους pro ὑποδέμβους, in eo qui hunc non magno interuallo c. 108, sequitur ἰδὼν δὲ τοῦτο, καὶ ὑποδέμβους τοῖσι ὀνειροπόλοισι. Nam in priori editione mea non minus hîc quàm illic ὑπὸ δέμβους scriptum erat: sed quum hic ex vet. exempl. adscriptum margini inuenirem ὑπὸ δέμβους, malui huic locum illius dare. Quod autem factum hic fuit non dubito quin & priore faciendum loco fuerit, scribendo, ὑπὸ δέμβους ἢ τῇ μάχῃ τοῖσι ὀνειροπόλοισι. Haud enim dubito quin haud aliunde quàm ex incuria contigerit vt illi etiam præcedenti loco apposita ex iisdem veteribus libris illa lectionis diuersitas non esset, eo in libro (scriptus autem & ipse erat, sed minus vetustatem præ se ferens) quem posterior in margine sibi appositum habebat. At editio Aldina in priore quidem loco ὑποδέμβους, at in posteriore ὑπὸ δέμβους nobis exhibet. Estque & hoc sciendum, fuisse repertum exemplar, quod vicissim pro illo ὑπὸ δέμβους haberet idem illud ὑποδέμβους, quod non longo interuallo præcesserat. Quorsum tam multa? vt ostendam, quàm verisimile sit quædam vocabula, præsertimque verba, ob significationem quæ plerisque lectoribus insolens videbatur, ab eorum aliquo (nimirum eo qui ceteris audacior erat) mutata in alia fuisse, hunc etiam apud scriptorem. Sed quis (dices) verbo ὑποτίθεσθαι ita vnquam vsus est? nimirum significare volens, communicare quidpiam alicui: eo modo quo dicimus nos communicare aliquid ei, quod ita exponimus vt simul eius super eo consilium audire cupiamus. Ipsemet Herodotus (inquam) ita est alibi vsus, non vno in loco. E duobus saltem vnus quidem exstat, ἐπεί τε ὑμῖν ἀναφέρειν ἐς πλεῦνας ἐδόκεε, καὶ ἐμοὶ ὑπέθεσθε, ἢ ποιέωμεν σήμερον, &c. Vbi interpres non omnino malè vertit, *Sed quoniam statuistis ad plures referendum, & me adhibendum.* Dicens autem, nõ omnino male hunc locum ab eo esse redditum, hoc addo, dummodo verba ista quibus vtitur, *& me adhibendum*, recte intelligantur. Significare enim voluit, *& me adhibendum in consilium.* Alioqui non dubium est quin potius, *& mihi communicandum*, dicere debuerit. Alter autem locus est hic, ex lib. III, c. 71. εἰ μοί τοι ὑποτίθεσθε τὰ ἔμελλον ποιήσειν, ἐκ αὖ με θείειδες νεῶν ἢ ἐπ' ἐμεωυτὸν βαλλόμβους, ἔσωρηξα. Vbi interpres tandẽ animaduertit quod alibi animaduertere non potuerat: videlicet ὑποτίθεσθαι (nam hic voce actiua vtitur, quum potius passiuæ vsum hunc dare soleat) esse quod Latini *communicare* dicunt. Vt autem minus miret istum verbi ὑποτίθεσθαι vsum non tantum nouum & mirum visum fuisse, sed etiam mendi suspectam scripturam habuisse, hoc facit, quòd verbum quoque ἀνατίθεμαι quum apud quendam historicum significationem istam haberet, interpres *differre* vertit: quemadmodum & ὑποτίθεσθαι hunc vulgo vsum habet. Iam verò & quum apud Appianum ἀναθέσθαι τὰ πεπολυσμένα, sonaret *reuocare*, seu *retractare*, interpretes *differre* reddidit, vt in Annotationibus admonui. Verùm, vt ad mentionem diuersitatis lectionum redeam, sciendum est, sicut in præcedente loco pro ὑπὸ δέμβους scriptum in quibusdam fuisse dixi ὑποδέμβους, ita etiam in eo Herodoti de quo nunc agitur loco, aliam quandam ex vno manuscripto codice habemus. & eam quidem valde miram, videlicet ὑπερμίρεσθε· quam si loco huic accommodare lector velit, valde suum ingenium, & quidem frustra, fatiget.

Sunt verò & alij loci in quibus contigisse idem videmus. Nec dubito quin eorum sit è numero iste, è lib. V, cap. 92: καὶ ἀμφιπλύσαντος τὸν βίον δή. Suspicor enim è lectoribus quempiam, cui insolens valde hæc metaphora lectori videbatur, vocem illam ἀμφιπλύσαντος in hanc quam margini adscriptam vides, ἀμπλέξαντος, mutasse. Atqui cogitandum erat, Herodotum habere nonnulla eiusmodi, & quæ quum in aliis tantùm scriptoribus versato, mira & plusquam mira videri queant, esse tamen suspecta non debeant. Ad hoc quidem certe ἀμπλύσαντος quod attinet, talem eius vsum apud hunc ipsum animaduertisse mihi videor: quòd si tamen nullum aliud apud eum exstaret huius phrasis exemplum saltem non minus admitti posse quiuis concesserit quàm quod alibi apud eum legitur, videlicet III, 155. πῶς οὐκ ἐξέπλωσας τῆς φρενὸς, σεωυτὸν ἀμφιδώρεας; Nam (vt dixi in recensione & interpretatione vocum Herodoti) ἐκπλῶσαι τῆς φρενὸς est *De statu mentis deiectum esse*: siquidem ad illud ἐξέπλωσας respiciamus. Alioqui, si præsentis significatio alicubi huic aoristo detur, significat *De statu mentis deiici.* vel breuius, *De mente exire.* vel, *è mente.* Aut elegantius, *E potestate mentis exire.* Quòd si verbum verbo reddatur, *E mente enauigare.* nam ἐκπλῶσαι τῆς φρενὸς, quid aliud est? Est autem ἐκπλῶσαι pro ἐκπλεῦσαι. nec dubito quin pro illo ἀμφιπλύσαντος Herodotus

ἐξαπολώσαντος itidem scripserit. Sed de hac apud illum scripturæ inconstantia dicendum in sequentibus erit.

Sunt autem quædam loquendi genera quibus verba adhibentur valde vicina, (præsertim ad scripturam quod attinet) & ita quidem vt modò hoc modò illud verbum iis esse adhibitum videamus, non sine dissensione exemplarium. Horum vnum est ἀεικὴς θεῖαι εἶν cum accusatiuo personæ, & interdum τρηχέως θεῖαι εἶν. Nam & θεῖπειν huic loquendi generi adhibetur. Ac lib.I,cap.115. legimus quidem, ἢ τὲ δὴ παῦδα ἀεικὴ τοιῆδε θεῖαι εἶν, in Aldina etiam editione: sed paulò ante,c.præced.vbi habes itidem τρηχέως κάρτα θεῖαι ε, in Aldina legitur θεῖπε. at θεῖαι ε è vet.exempl.est sumptum. Sed tamen initio libri V.occurrit, θεῖφθέντας πρότερον ὑπὸ Παιόνων τρηχέως. quod est à θεῖπομαι. Quinetiam III,115. extremo habemus ἅτε πολεμίους θεῖφθαι.

Ac sunt è diuersis lectionibus nonnullæ quæ haud vno in loco annotantur. vt νομαίοισι pro νόμοισι. nam vt in hoc lib. III,c.99. loco, νόμοισι δὲ τοιοῖσδε λέγονται χρᾶσθαι, habes ex vet.cod. νομαίοισι pro νόμοισι sic & alibi hæc diuersa lectio in iisdem libris se offert.

Sunt denique & lectiones nonnullæ margini adscriptæ, quæ germanæ esse videntur: quum illæ quæ in textu sunt, videantur esse vocabula quæ margini expositionis loco adscriptæ à quopiam fuerant. Exemplum nobis suggerit I,85. vbi pro δίθωία margini adscriptum est δυεσοῖ. nam illud δίθωία fuisse adscriptum margini, ad exponendum illud δυεσοῖ, & ex margine (vt fit) in contextum irrepsisse verisimile est.

Sunt verò & nonnullæ lectiones, quæ quamuis meritò suspectæ esse videantur, tamen eadem illa cocabula non vno in loco leguntur. Ex his est verbum θρῃσσῶαι pro θρῃκίζω.

Sunt denique & quædam ex illis lectionibus quæ quum per se nullo admitti modo queãt, si aliquantum adiuuentur (hoc autem fit aliquid in illis emendando) dignæ sunt quæ magis aut saltem non minus quàm quæ in textu sunt recipiantur. Sed hoc in meis Annotationibus aliquando (deo fauente) exemplis planum faciam.

Vt autem interim intelligas lector quanto accuratius in hac editione fuerit à me emendata Vallæ interpretatio, quàm in priore, quæ illis typographis pro exemplari fuit: magnum maioris huius accurationis indicium vel in prima totius libri periodo habes. Magis tamen insigne exemplum occurret, lib. I, 10. nam ibi si Vallæ interpretationem sequeris, & totum locum attentè considerabis, Herodotum sibi non constare, sed aperte sibi repugnare, dicere cogeris. Hæc enim verba, in illa tam celebri historia de Candaule malè merito de vxoris suæ pulchritudine, μαθοῦσα δὲ τὸ ποιηθὲν ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς, ὅτε ἀνέβωσεν αἰσχυνθεῖσα· ὅτε ἔδοξε μαθεῖν, Laurentius Valla ita vertit, *Hæc vt didicit à viro quid actum esset, neque præ pudore exclamauit, neque visa est percepisse.* Quod (respondebunt hic plerique) peccatum à Valla dici potest? Nonne μαθοῦσα ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς, significat id quod apud eum legitur? *vt didicit à viro.* siue, *vt didicit ex viro.* Certè, μαθοῦσα ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς, non aliud significare potest: sed dico repugnare hoc prorsus illi tam bellæ dissimulationi ipsius, quæ his etiam verbis describitur, ὅτε ἔδοξε μαθεῖν, & quam quum in ea permansisset, sequutus est is quem ex ea sperabat exitus. Sed quæ tamen alia loci illius excogitari interpretatio potest? Aliam nihilominus excogitandam esse aio: nec tamen aliam (meo quidem iudicio) excogitari posse quàm hanc quæ à me margini est adscripta, *Hæc vt animaduertit quod à viro factum erat.* Sed tu (dices fortasse) ita interpretando, præpositionem ὑπὸ cum ποιηθὲν iungis, perinde ac si dictum esset ποιηθὲν ὑπὸ τοῦ ἀνδρός. Atque plane nouum in Græca lingua hoc esse arbitror. At ego, quidquid tibi & plurimis fortasse aliis in ea nouum est, mihi nouum esse nego: atque adeo talis vsus præpositionis huius exempla tibi iam nunc duo, duobus è locis, cedo. Vnus est, ex eod.lib.I,c.87. εἴπι οἱ κεχαρισμένον δι' αὐτοῦ ἐδωρήθη. Alter autem legitur eod.lib.I,c.114. non procul ab initio, ἐ γὼ δὴ ἐποίησα τὸ πρόσταχθὲν ὑπὸ Κύρου. Animaduerti autem & Dionem, Herodoti imitatione, aliquoties hac præpositione ita esse vsum. Iam considera lector quantum errorem inducat interdum ignoratus tam paruæ particulæ extraordinarius (vt ita dicam) vsus. Sed libet obiter & aliud de iis quæ in eodem (I, 10.) sequuntur loco addere. Quum igitur hæc subiungantur, ὅτε ἀνέβωσεν αἰσχυνθεῖσα, & hæc ita vertantur à Valla, *neq; præ pudore exclamauit*, quasi pudor efficere debuerit vt exclamaret: ego, qui aliam atque adeo contrariam, esse video mentem Herodoti, ita eam expressi, *neque exclamauit, vtpote pudore retenta.* Quinetiam, vt lectori hanc esse mentem Herodoti subindicarem, inter ἀνέβωσεν & αἰσχυνθεῖσα, interpunctionem posui. Illa autem verba, ὅτε ἔδοξε μαθεῖν, quæ vertit, *neque visa est percepisse*, maluissem vt vertisset, *neque visa est animaduertisse*: aut *neque præ se tulit animaduertisse*: vt habes margini à me cum præcedentibus adscriptum.

Alia

Alia exempla maioris in hac posteriori editione accurationis (& quidem nonnulla haud minus fortasse insignia) circa emendationes interpretationis Vallæ, ipsemet editionem hanc cum altera conferens, aut annotationes meas legens, inuenies: atque in iisdem plurimarum eius emendationum, margini adscriptarum (quarum pleraque & prior editio habuit) quæ alioqui dubitationem tibi mouere possent, reddetur. Simul verò & de quibusdam quæ in ipsa Herodoti dictione (vulgo textum vocamus) vel emendata sunt, vel videntur emendanda, in illis differetur. De emendationibus autem loquor siue iis quas iam prior editio exhibuit, siue iis quas ista nunc exhibet. Emendata porro fuerunt ex veteris quidem exemplaris antoritate plurima, vel potius veterum exemplarium (nam rarò absque duorum saltem consensu id facere sum ausus) verùm & vnus interdum locus ex collatione cum aliis. Sic enim lib. I. cap. 46. ἐς Ἄβας pro ἐς Σάβας, alio è loco: & lib. II, cap. 40. pro τῇσι repositum τῇ Γ'σι fuit, alio itidem è loco. Dicitur autem Γ'σι pro Γ'σισι. Verùm & quædam (ac non paucæ fortasse) emendationes coniecturales in illis annotationibus proponentur: & quidem nonnullæ quæ noua etiam vocabula Herodoto dabunt: (noua voco quæ antea apud illum non comparebant in illis quæ vsquam comparebant exemplaribus) ex quibus sunt ἀλλογνώσας & διαποσωμόμενον. sed de illo quidem ἀλλογνώσας vix vlla dubitatio relinquitur: at de hoc διαποσωμόμενον relinqui mihi dubitationem fateor. Reponetur autem hoc διαποσωμόμενον pro διαπασαμένον, quod legitur II. I. c. 59. initio, adiunctum participio κατεχόμενον interposito particulæ καὶ vinculo. Iam verò & ex Plutarcho atque aliis qui locos huius scriptoris citant, emendationes depromentur. Horum autem in numero est Eustathius suis tum in Homerum tum in Dionysij de situ orbis poëmatium commentariis. Quinetiam ex ipso interprete Valla nonnullæ emendationes sumentur: quarum tales sunt nonnullæ vt quod in nostra lectione affirmatur, id lectio eius neget, aut vice versâ.

Quod verò ad eam scripturæ inconstantiam attinet, de qua me verba facturum promisi, (vnde nimirum fit vt eadem vocabula non vbique eam litteræ aut litterarum mutationem habeant quam dialectus Ionica poscit aut poscere videtur) eam inconstantiam non Herodoto sed librariis, dialecti qua ille vtitur, sæpe obliuiscentibus, imputandam esse aio: aut certè nonnullis qui alicubi vocum quæ Ionicè scriptæ erant scripturam à lingua communi receptam margini apposuissent. Vt enim à mentione verbi ἐκπλώσω (quod sermonis huius occasionem mihi præbuit) initium sumam, quis credat Herodotū ita inconstantē fuisse vt modò πλώσω, aut ἐκπλώσω, aut ἀποπλώσω, modo πλεύσω, vel ἐκπλεύσω, vel ἀποπλεύσω diceret? Atq; vt de hac ipsa littera ω loqui pergam, in eiusdē formæ vocabulis, aut etiam iisdem, modò litterā illam ω modò ο habemus, haud enim χρέωντας tantùm, sed χρέονται etiam legitur: itidemq; ὀρέωντες & ὀρέοντες. Illud III, 157. hoc, IV, 125. Ac scimus tamen à Corintho scribi, Iones ὀρέω pro ὄρεω, itidemque ἐχρέοντο pro ἐχρέωντο dicere. Quinetiam modò hæc littera α, modò η, in vno eodémq; verbo occurrit. nā & χρᾶσθαι & χρῆσθαι legitur. Sic ἐχρᾶτο & ἐχρῆτο. Ac quamuis θεῆσασθαι & θεήσεται pro θεᾶσασθαι & θεάσεται scriptum sit, cùm alibi cùm I, 8. itidémque θεησάμενος, non θεασάμενος, I, 59. item alibi ἀξιοθέητον pro ἀξιοθέατον: quumq; in his non alia sit mutatio quam litteræ α in η, tamen ἐθηῆτο, non ἐθεῆτο, alicubi nostris se oculis offert, mutato etiam ε in η. Atque, vt in mentione mutationis litteræ α in aliam maneam, quamuis μέγαθος pro μέγεθος tot loci nobis exhibeant, eodémque modo alicubi ὑπερμεγάθεας pro ὑπερμεγέθεας legamus: tamen & μέγεθος locis aliquot scriptum est: vt I, 60. Sic etiam τάμνω dicit, pro τέμνω, vocali α locum vocalis ε tribuens: sed ne hæc quidem mutatio vbique fit.

A vocali α vt veniam ad ε, quum hæc Ionico more auferri à principio quorundam vocabulorum dicatur, & ἐκεῖνος inter illa ponatur, tanquam κεῖνος non ἐκεῖνος, Ionicum sit: tamen ἐκεῖνος quoque hunc apud scriptorem sæpe occurrit. Sic non solùm ἔωρεον pro ἐώρεον, sed etiam hoc ipsum ἐώρεον apud eum legimus. Ac ne ὀρτὴ quidem pro ἑορτὴ constanter scriptum est. Vtque loquar de iis quoque locis vbi contrà inseritur hæc vocalis, præter morem linguæ communis, sciendum est, non μηχανεώμενος tantùm, sed μηχανώμενος etiam, itidémque μηχανῶνται, legi.

Ab ε ad η transiens, mutari quidem & hanc vocalem η dico in aliam, Ionico more: sed ne hîc quidem constantiam seruari. nam quum vox νηὸς Ionicæ dialecto assignata sit, non minus tamen νεὸς, vel νέα seu νέας: quàm νῆα, seu νῆας apud eum esse scriptum videmus. Ac pro ἤσαν & ἠσαωθῆναι legimus ἔσαν & ἐσαωθῶσι multis quidem in locis, (in quorum vno ita est allucinatus Valla interpres, vt VII, 18. ex genitiuo plurali ἐσσόνων, dicto pro ἡσσόνων, fecerit gentem quæ *Hessones* diceretur) sed non tamen in omnibus. Quumq; pro οἰκήιος scribi debeat οἰκήϊος, tamen & illud interdum occurrit. Sic etiam μαντεῖον pro μαντήϊον: nec solum ἀτρεκείη, sed & ἀτρεκίη. Atq; adeo IV, 33. ἀσφαλείης, non ἀσφαλήης, legitur.

Ad vocalem ι quod attinet, alicubi nec in ipsa lex Ionicæ dialecti seruatur. Nam haud tantùm εἰμὶ sed ἐσμὶ quoque apud eum habemus. Ac initio Terpsichores προχλήσεος, pro προχλήσιος, vt alibi καταστάσιος. Ac, quum ι sæpe ab Ionibus inseratur, veluti quum ξεῖνος pro ξένος dicitur, in omnibus tamen eiusmodi vocabulis id factum non videmus. Quúmque vicissim in multis detrahatur ι, veluti in ὀπιπήδεος (item in ἐων, in ἐώθεσαν, atque aliis) tamen & ὀπιπήδειος legitur. Et alicubi αὐίει, alicubi αὐίεε legitur. Vocalem ο plerique loci habent in pronominibus ἐμέο & σέο, sed illam (tanta est scripturæ inconstantia) eadem pronomina non minus frequenter coguntur relinquere, eius locum occupantibus ἐμεῦ & σεῦ. Eodemque modo participij πιεόμενος locum sæpe à ποιεύμενος occupari, idemq; in aliis huiusmodi participiis, quinetiam in ipsis verbis, fieri videmus.

Vocalis υ non minus habet & ipsa quod queratur. Quum enim quodam suo iure debeat cum vocali ο, ad efficiendam diphthongum, coalescere, in plerisque vocabulis, è quorum numero est ἔνομα pro ὄνομα, (quod idem iuris cum ὀνομαίνω & ὀνομάζω communicat:) en tibi nihilominus ὀνομάζων, non ἐνομάζων, I, 44.

Nec melior est vocalis ω, quàm aliarum conditio: quum eam ex verbo πωλέω, superueniens ε sæpe expellat, vt dictum est: nec ζωὴ semper, sed plerunque ζόη, scribatur.

In vltima vocali vltimus sit meus hoc de genere inconstantiæ, qua leges Ionismi violantur, sermo: (alioqui enim, quo plura de illa dico, eo plura superesse dicenda video) donec non solùm has lectiones διφασίας (vt Herodoti vocabulo vtar) proferre, sed de iis iudicium ferre vacet.

EX EIVSDEM H. STEPHANI PROLEGOMENIS alijs ibidem, de opera à se præstita in secunda editione, quam in nostra sequuti sumus.

AC primùm quidem, ad eos quod attinet quibus sine cortice natare in Græcorum scriptorum lectione datur, id est, qui interpretis operam, tanquam χαρωνῆς cuiusdam, non requirunt, (quamuis multo pauciores in Herodoto & Thucydide, quàm aliis, eam non requirere notum satis sit) sed ceteris ad hanc lectionem adminiculis esse contenti possunt: non eas tantùm quas antea diuersas scripturas (vt Græci διαφόρους γράφους appellant) exhibui, sed numerum earum auxi: & censura adhibita, quasdam exautoraui: non tamen ita vt amandarem, sed tantùm vt loco suo motis alium minus honorificum darem. Ex ipso enim textu (vt hodie moris est vocare) in marginem transtuli. Sed quasdam vicissim maiore dignas honore iudicaui, ideoque eas hinc illuc transtuli. Iam verò & plerosque locos emendaui, qui tibi facessere alioqui negotium poterant: & quidem haud parum negotij nonnulli. Quorum in numero est hic qui in Euterpe cap. 40. legitur, ἐπιὼ προσηκεύσωσι τῇσι, καὶ ἐπιὼ κατόξωνται, θύεσι τιὼ βῶν. Quem enim illa vocula τῇσι non torqueat? cui crucem non figat? Sed esto, verisimilem posse videri hanc emendationem, vnde tamen tantum confidentiæ (dices) vt eas voculas τῇσι margini non adscripseris, sed ipsis Herodoti verbis inserere ausus fueris? Quoniam Herodotum ex Herodoto me emendare, vel (si mauis) Herodotum esse sui ipsius emendatorem, videbam. Ita enim ille in sequentibus, eadem in Musa, paucarum paginarum interuallo, cap. 61. ἐν δὲ Βυσίῃ πόλι ὡς ἀνάγουσι τῇσι τιὼ ὁρτιὼ εἵρηται προσέπεσον μοί. τύπτονται μὲν δὴ μὴ ἐν Βυσίῃ πάντες ἁπάντων μυρ. Sunt verò & alij loci quibus malè affectis ex ipso Herodoto medicinam adhibui. Sed superesse fateor qui eandem à me aut ab alio quopiam opem exspectent. Parum autem abfuit quin & alium quendam emendare mihi permiserim: suum illi vocabulum, antiquum certè, & multorum auribus, etiam in Græca lingua valde exercitatorum, insolens futurum, restituendo. id autem est ἀλλογνώτας. Nec dubito quin, si de hac emendatione, tanquam ex nimia fiducia proficiscente, accusatus fuissem, causæ meæ patrocinium Hesychius suscepisset. Sed (vt opinor) nec Hippocrates Ion, quum me scriptori Ioni operam præstantem vidisset, opem vicissim præstare mihi recusasset: præsertim quum eodem & ipse vocabulo vtatur, paulo quidem alium sed tamen non alienum ab eo quem apud Herodotum habuisset, dans ei vsum. Vt taceam, non absimile vero esse, vtrunque ab illo, Hippocrate inquam, datum ei vsum fuisse. Est verò & alius quidam nostri historici locus, qui vocabulum quoddam non minus Hippocrati quàm Homero vsitatum requirere videtur: vt in meis annotationibus (deo fauente) declarabo. Immo quid obstat quominus iam nunc illam saltem libri illius portiunculam (aut siquid portiuncula minus dici potest) repræsentem? Scito igitur agi de hoc loco, quem habes lib. II, c. 47. οἱ δὲ πέντε

τες

τες ἀυτῶν, ὑπ' ἀδυνείης βίης τινάς πολάσαντες ἰῆς, καὶ ὀπλήσαντες ταύτας, θύεσι. Nam quum in Aldina ista pariter & Basilienſi editione habeamus, ὑπ' ἀδυνείης βιές τε πνας πολάσαντες ἰῆς, quid vetat quominus quis pro voce βιοὶς ſcribendum βαιὲς ſuſpicetur? Saltem è ſcriptura qua nihil ſignificari poteſt, aliam quæ non incommodum ſenſum habeat, efficiet: idque minima cum mutatione. Talem autem mutationem, id eſt minimam ſiue leuiſſimam, quum ſufficere ad quorundam locorum emendationem viderem, pro religioſo ſuperſtitioſus eſſe nolui. Atque hinc factum eſt vt in hac poſteriore editione (hoc exemplo contentus ero) pro ἀπειπεῖσι ſcribere ἀπιπεῖσι non dubitauerim, lib. II, cap. 94. quum manifeſtum ſit ἀπιπεύω eſſe quod Dioſcorides ἐξιπεύω dicit. Adſcripta autem margini lectio ἀπειτεῖσι, quæ nihil poteſt ſignificare, fieri poteſt vt ex alia manarit, aliis litteris ſcripta, ſed eandem tamen pronunciationem (vt iampridem litteris diuerſis eadem pronunciatio dari cœpit) habente: ac audiens aliquis verbum ἀπηθεῖσι (quod eſſe poterat expoſitio illius ἀπιπεῖσι) non illo modo ſcripſerit, ſed hoc, ἀπειτεῖσι.

Iam verò & commoda quorundam locorum interpunctione magis etiam quàm antea lectoribus commodaſſe, & labore illos leuaſſe, ex ipſa collatione apparebit. Alicubi tamen eorum diligentiæ hoc reliqui, vt quam interpunctionem in annotatione margini adſcripta ſequutus eſſem, eam in ipſis Herodoti verbis (niſi fortè à me diſſentirent) ſequerentur. Ac huius etiam rei exemplum ſuggeret illa ipſa quæ modò propoſita fuit pagina. In eadem enim, lib. II, cap. 95. legitur, τὸν δὲ νύκτα ἀυτὸς χρᾶται ἐν τῇ αὐλαύεται κοίτῃ· ὡδὲ ταύτῃ ἴσχυσι τὸ ἀμφίβλης εἶναι· ſed tamen ſequendo ea quæ margini adſcripſi, poſt χρᾶται ponenda eſt τελεία στιγμὴ, at poſt κοίτῃ, tantùm ὑποστιγμή. Fateor interim me ſimul etiam mutaturum libenter ἀυτὸς in ἕτω.

Paulo pòſt.

Ad eos autem vt veniam, quibus contrà ſine cortice natare in Græcorum ſcriptorum lectione eſt negatum, eos qui ſine Theſeo è multis illorum locis emergere non poſſunt, eos qui duce filo, vt in aliquo labyrintho, ſua ponere veſtigia neceſſe habent: multo plus & ipſi huic editioni, quàm priori, ſe debere, meritò fatebuntur: quum me in multo pluribus locis interpretationem Vallæ emendaſſe, in quibuſdam in meipſum etiam, ad emendationem quod attinet, inquiſiuiſſe animaduertent. Hoc enim de quibuſdam locis poſſe mihi videor dicere, vbi quæ me non ſatis tum temporis oculatum ſubterfugerant, à me nunc, ceu facto oculatiore, deprehenſa fuerunt. De locis tamen iis non iam loquor, vbi tales erant commiſſi errores quales in nominum quorundam interpretatione: qui nimirum ſunt eorum è genere quos μεταμορφωτὰς ſiue μεταμορφωτικοὺς appellare ſoleo, quòd metamorphoſes, & miras quidem eas, in quibuſdam ſcriptorum Græcorum locis interpretandis faciant. Atque horum è numero vnus eſt vbi nomen ἥσσονες, quod ſonat *inferiores*, ſeu *viribus minus valentes*, mutatum fuit ab interprete in nomen populi omnibus geographis, omnibus hiſtoricis incogniti: quum is ab illo vocetur *Heſſones*. Locus ille eſt in Polymnia, c. 18. ἰδὼν τε πολλὰ καὶ μεγάλα πεσόντα πρήγματα ὑπὸ ἥσσονων. vbi vide quæ margini adſcripta ſunt. Ac eodē modo eod. lib. c. 93. nomen vel potius pronomen relatiuum οἵπνες, quod reſpondet Latino *qui*, videbis transformatum in quendam populum. ita enim ille, *quos prius appellatos fuiſſe Hœtines, dictum eſt*: quum verba Herodoti (de Caribus loquentis) hæc ſint, ἔστι δὲ, οἵπνες πρότερον ἐκαλέοντο, εἴρηται. Sonant verò hæc, *Hi autem, quinam* (id eſt, quo nomine) *prius vocarentur, dictum eſt*. Sic lib. I. c. 176. vides, ex ἰσιέων, quod Ionica dialecto dicitur pro ἰσιῶν, ab ἰσίη, (cuius nominatiuus ſingularis eſt ἰσίη, quo ſignificatur *familia*) quendam populum ſeu quandam gentem ab interprete nobis fieri, cui nomen ſit *Iſtiæi*. Atque his adiiciendus eſt mons *Hirus*, per eandem metamorphoſin factus, lib. I. cap. 80. nam ibi legitur, *qui è monte Hiro matris Dindymenæ lapſus*. vbi admonitiunculam margini adſcriptam vide. Quòd ſi ad aliud genus errorum interpretis à me emendatorum veniendum ſit, illi non cedens, quin potius id ſuperans, de nullo potius hoc dici poſſe exiſtimo quàm de eo vbi contrarium omnino ſenſum verbis autoris dat interpres. Exemplum quod in mentem venit primum, eſt in Euterpe, cap. 167. hæc enim exhibet iſta Herodoti verba, ἧκιστα δὲ Κορίνθιοι ὄνονται τοὺς χαλκοτέχνας, à Valla ſic interpretata, *Corinthij quoque minimi faciunt opifices*: quum Herodotus cõtrarium de Corinthiis teſtetur, eos nequaquam minimi facere opifices, vel potius, contemptui habere. Aliunde autem non contingit tam magnus error quàm ex non intellecto verbi ὄνομαι vſu: ſicut nec compoſitum ex hoc factum καταυοθῆς intellexit Euterp. cap. 136. vbi exſtat inſcriptio, cuius principium hoc eſt, ΜΗ' ΜΕ ΚΑΤΟΝΟΘΗ'Σ ΠΡΟ'Σ ΤΑ'Σ ΛΙΘΙ'ΝΑΣ ΠΥΡΑΜΙ'ΔΑΣ. nam has voces ille ita reddit, NE ME LAPIDEIS PYRAMIDIBVS COMPARES. Vbi

illum videri aliud verbum quàm καταναθῆς legisse, dixi in iis quæ margini adscripta sunt : sed quum ne illius quidem verbi ὄνονται significationem assequutus sit, facilè mihi persuadeo, non aliam eum lectionem illic sequutum esse, sed idem ei in illo etiam verbo quod ex hoc compositum est vsuenisse. Quis igitur est illorum verborum sensus? Illorum regis Asychis verborum sensum (lectores enim ibi suspensos reliqui) esse hunc arbitror, NE ME CONTEMNAS PRÆ LAPIDEIS PYRAMIDIBVS. Vel, Ne me asperneris. Ceterùm, ad priorem illum quod attinet locum, quem Valla ita vertit, *Corinthij quoque minimi faciunt opifices*, suam ei interpretationem vel hoc reddere suspectam debebat, quòd vlla vix artificia magis celebrarentur quàm quæ Κορινθιουργῆ (eo modo quo Ἀττικουργῆ, & Μιλησιουργῆ, & Ναξιουργῆ) nominabantur. Haud scio autem an ex vllo nobis clarius & certius esse id possit loco, quàm ex Actorum apostolicorum capite XIX. Ibi enim quidam nomine Demetrius vel ex vno artificio procudendi templa Dianæ argentea (siue thecas templi effigie, aut scriniola, siue nummos celeberrimi illius templi formam repræsentantes, aut alias eius imagines, intelligere oporteat) magnum artificibus præbuisse quæstum dicitur. In dubium igitur vocari non potest quin mea quàm vera est, tam falsa sit illa meæ contraria interpretatio. Quòd si librum hunc euoluere libeat, alios plerosque locos inuenies vbi meam itidem interpretationem, & quidem alteri omnino repugnantem, propono. Taceo de locis vbi Latina eius verba negant quod Herodotus ait, aut vice versa: sed ita vt id è lectione contraria nostræ contigerit, eique imputari debeat. Ac fateor posse alicubi, vtri potius lectioni acquiescendum sit, dubitari: atque hæc, vt opinor, incidere dubitatio poterit non procul ab initio Clionis, cap. 24. vbi de Arione legimus, καὶ Ἀρίονος ὅτι ἀνάθημα χάλκεον, ὃ μέγα, ὅτι Ταινάρῳ, contrà enim, χάλκεον, μέγα, legisse Vallam videmus. At eod. lib. cap. 37. vicissim negationem ille habet vbi nullam habemus. nam pro ὅπο χρεωμβρίων lectum ab illo fuit ἐκ ὅπο χρεωμβρίων.

Verùm, vt de locis in quorum interpretatione peccauit, verba pergam facere, eorum in numero nonnulli sunt vbi hoc inde contigit, quod non animaduerteret verbum quodpiam vsum quendam Herodoto, aut certè eius dialecto, peculiarem habere. vt I, 45. συγγινοσκόμβρος. Nam & actiuam vocem συγγινώσκειν longe aliud sonare passim apud hunc scriptorem, quàm *ignoscere*, in recensione & expositione quorundam eius vocabulorum à me aliquot exemplis ostensum fuit. Minus autem quis miretur fortasse illum ὑπεροχλῶ reddidisse *epistolam*, lib. VI, cap. 50. quum potius *mandatum* significare videatur. Ac fallitur Eustathius in eo quòd credit, vocem ὑπεροχλῶ, quæ apud Æschylum id sonat, pro ὑποκλῶ positam esse, adiectione litteræ σ. quasi verò à verbo ὑποκλόμαι, quod Homero vsitatissimum est, deduci eam necesse foret, ac non ὑπεκλέειν quoque, & quidem insoluta etiam oratione, eũ vsum haberet. Qua de re siquis cum Eustathio dubitat, omnem vtriq; meus Thesaurus Græcæ linguæ dubitationem tollet.

Inter illa autem de quibus nunc demum in hac posteriore editione monui, est quidam vsus præpositionis ἐκ, qui non animaduersus fecit vt in eorum interpretatione quæ de Cambyse & Gyge narrantur, I, 10. aliquid sit absurdi: ex eo quòd, vbi dicitur, μαθοῦσα δὲ τὸ ποιηθὲν ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, interpres non viderit, intelligi debere, non μαθοῦσα ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, sed τὸ ποιηθὲν ἐκ τοῦ ἀνδρός· vt ostendi in iis quæ recensioni & expositioni vocabulorum huius scriptoris subiunxi.

At eorum è numero de quibus in annotationibus agetur, est quod dicitur de Persis, I, 133, μεθυσκόμβροι δὲ ἐώθασι βουλεύεσθαι τὰ ἀμεινότατα τῷ παρεόντι. Nec enim eos tantùm facere iniuriam Herodoto arbitror, qui ista ex eo afferunt, at quæ subiungit tacent: sed eos etiã qui μεθυσκόμβροι interpretantur *ebrij*: vt intelligamus, Persas, quum iam sunt ebrij, de rebus maximè seriis consultare. Cur enim μεθυσκόμβροι pro μεθυσθέντες accipiamus, potius quàm id quod propriè sonat intelligamus? Id verò non aliud est quàm *dum se inebriant*. Quantum autem sit discriminis inter eum qui ad ebrietatem iter facit, eumque qui iam iter illud confecit, atque ad eam peruenit, cuilibet iudicandum relinquo. Tantum certè discriminis est quantum inter eum qui vrbem quampiam oppugnat, & eum qui iam expugnauit. Quæ comparatio est eo aptior, quòd is etiam qui se inebriat, mentem suam velut oppugnat, & de statu suo deturbare conatur: at postquam hoc effecit, iam dici potest eam expugnasse. Quamobrem non video quid obstet quin participium illud μεθυσκόμβροι interpretemur (si verbum verbo reddere nolimus) *inter pocula*, aut saltem *inter larga pocula*. Quod ποτικώτερον esse fateor: quamuis Liuius largius vinum etiam dicat. *Largiore vino* (inquit) *vsus*. Nec verò videtur contrà me facere quod sequitur, de eo qui domui in qua sunt præest, proponente postridie quod ipsis in ea consultatione potatoria visum fuit. Proponit enim tanquam iis qui è mensa (si tamen ea tum vtebantur) tandem nonnisi ebrij surrexerint, ideoque illorum quæ à se

statuta

ſtatuta fuerint, recordari haud queant. at nihil obſtat interim (meo quidem iudicio) quin intelligamus illis inter larga pocula, & tamen antequam eſſent ebrij, conſultantibus, ebrietatem ſolitam ſuperuenire. Sed viderit alius quiſpiam quid pro Perſis afferri poſſit, ſuper eo etiam quod ſubiungitur, & quomodo illud quoque factum oſtendi minus abſurdum queat quàm prima fronte videatur: τὰ δ' αὖ νήφοντες σφεδὸν λύσοντας, μεθυσθέντες βουλεύσασθαι.

Exhibebunt porro illæ annotationes meæ, deo fauente, & quorundam locorum emendationes, ex coniectura: quandoquidem vetere exemplari (cuius etiam exſpectatio fecit vt editionem huius ſcriptoris differrem) video me ante bellorum noſtrorum finem potiri haud poſſe. Atque vt huius quoq; operæ aliquod tibi velut γεῦμα interim præbeam, quandam loci quem habet Thalia, c.130, proponam. Nam ibi pro ὑποτύπτεσθαι ſcribo ὑποκύπτεσθαι, leui cum mutatione, ſed eiuſmodi tamen, vt quum ex illo ὑποτύπτεσθαι nihil niſi ineptum elici poſſit, (præſertim ſiquis Vallæ interpretationem ſequatur) contrà in ὑποκύπτεσθαι non dubitem quin Herodoti mentem habeamus.

Eodem in opere, eademq; opera, de illa quoq; ſcripturæ diuerſitate agam, qua fit vt eiuſdem vocabuli ſcriptura modò dialecti Herodoti, id eſt, Ionicæ, legem ſeruare, modò ab ea diſcedere videatur: & è duabus tribúſve (tot enim ſunt interdum) quam potius recipiendam arbitrer, declarabo. Interim certè adeo in hac parte nihil mutare ſum auſus, vt in ipſo etiam principio Ἁλικαρνασσῆος retinuerim, & in Ἁλικαρνησσῆος mutare noluerim: quamuis ſit Ἁλικαρνησσός II,4. & Ἁλικαρνησσέι VIII,104. In eo quidem magna eſt conſtantia, quam valde quis mirari poſſit, quòd nuſquam (ſi memoria non me fallit) genitiuo Ionico, id eſt, in οιο deſinente, vtatur: ſed quemadmodum prima totius operis vox eſt Ἡροδότου, non Ἡροδότοιο, ſic alibi alia virorum nomina illo non hoc ſcripta modo, & Νείλου, non Νείλοιο, ποταμοῦ itidem, non ποταμοῖο, atque adeo λόγου etiam, non λόγοιο, habeamus.

Sed quamuis de multis te monuerim, non dubito quin aliqua quæ in eorum eſſe numero debebant, mihi exciderint: quod ſi ita eſt, ſuus illis eodem in opere locus erit.

Iam verò, quoniam, ſi εἰδὸς λέγειν non oportet, multo minus, ὁρῶντα λέγειν, quid attinet, quæ hæc EDITIO POSTERIOR adiuncta priori habeat dicere? Sed ea quidem quæ huic Herodoti libro præfixa ſunt, partim mea, partim Ioachimi Camerarij, fuerunt tantùm locupletata, & quidem ea in parte quæ mea eſt: at quæ ſubiuncta, DE LEGIBVS ET INSTITVTIS TAM PERSICIS QVAM ÆGYPTIACIS, ex variis ſcriptoribus ſumpta, nunc primùm adiecta ſunt. At poterant tamen (inquies) ex aliis etiam alia quædam ſumi. Poterant, fateor: ſed iis quæ præcipua videbantur, eſſe contentus volebam.

EX EIVSDEM H. STEPHANI PRÆFATIONE *in primam editionem.*

HErodoteæ autem hiſtoriæ virtutes non ex ore meo, ſed Ioachimi Camerarij, omni genere doctrinæ celeberrimi, accipies. Quem ego virum cum antea plurimum dilexi, (vt viciſſim ab eo plurimum me diligi animaduerti) tum verò ex quo ipſum quoque vehementi amore Herodotum complecti cognoui, illa certè amoris in Herodotum noſtrum ſocietas, priſtinam illam amicitiam, quantum augeri potuit, tantum auxit. Quòd ſi lectis illis Camerarij de Herodoto ſcriptis aliquid tibi ocij ſuperfuerit, meæ etiam editioni Latinæ interpretationis præfixa quædam à me eiuſdem argumenti inuenies: in quibus ſatis prolixè illis reſpondeo qui mendacem eſſe Herodotum mentiuntur: adeo vt præfationem illam, apologiam Herodoti ideo inſcribendam cenſuerim. Inter alia multa ibi, miram illam hiſtoriam & quæ præ ceteris omnibus iudicari fabuloſa poſſet, de Scythis ſeruis qui dominis abſentibus in vxorum illorum poſſeſſionem inuolarant, tandemque quum iuſto prœlio repelli ab armatis dominis non potuiſſent, ſolis flagellis repulſi fuerunt: illam inquam hiſtoriam annalibus poſterorum (in his enim & Moſchouitæ numerantur) teſtatam ad hunc vſque diem extare leges: detortis duntaxat (vt fit) nonnullis facti circumſtantiis. Leges item, quod de Threſſis mulieribus narrat Herodotus, eas excedentibus è vita maritis comites ſe certatim offerre, ſimili Indicarum mulierum facto (cuius teſtes oculati hodieque extant) confirmari. Quid quòd illa de mulieribus Babylonicis hiſtoria, quæ viris extraneis ſemel in vita ſe proſtituere neceſſe habebant, Ieremiæ Prophetæ teſtimonio confirmatur? Quod autem ad quaſdam de rebus leuioribus hiſtorias attinet, (in quibus tamen non minus fides eius ſuſpecta eſt) eas ab aliis quoque ſcriptoribus, addito non eius ſed aliorum teſtimonio, referri ſcimus. Cuiuſmodi eſt quod de Amaſidis thorace apud hunc noſtrum hiſtoricum legimus. ab illo enim proditum eſt, vnamquanque eius ἀρτηδόνιον, quanuis alioqui

ἐᾶσαν λεπίδω, habuisse in se ἀρπεδόνας τεινησσίας καὶ ἑξήκοντα πάσας φανερὰς. At Plinius nullam Herodoti mentionem faciens, certam tamen huic rei fidem affert, quum ita scribit, *Mirentur hoc, ignorantes in Aegyptij quondam regis (quem Amasin vocant) thorace, in Rhodiorum insula ostendi in templo Minervæ* CCCLXV. *filij singula fila constare. quod se expertum nuper Romæ prodidit Mutianus ter consul: paruasq; iam reliquias eius superesse, hac experientium iniuria.* (Taceo insignem errorem quem interpres hîc commiserat, ἀρπεδόνας non *fila* sed *venationes* interpretatus.) Hæc ego aliaq; huiusmodi mecum reputans, & mendacem tamen subinde vocari Herodotum audiens, hoc epigramma inter scribendam illam apologiam, in calumniatores illos lusi, tanquam ipsum Herodotum compellans:

Ἄφερον ὃς ψεύσεω σε καλεῖ, ὅτι πολύϊστα ἄλλα.
Καὶ τί δὲ εἰ ψεύσεω ψεύδεται ὅς σε καλεῖ;
Εἰ δὴ παλαιὰ λέγῃ δεδαικέναι αὐτὸς ἄμεινον,
Ἄφερον καὶ ψεύσης δύθυς ἄλωκεν ἐών.

Huic certè potissimum scriptori id accidit quod præ quouis alio meruisse videmus, nimirum ne mendacis à posteris nomen acciperet. Sed si quæcunque incredibilia videntur (dum ea experientia nostra vel sensu nostro siue ingenui captu metimur) mendacij insimulanda essent, quàm multa in sacris historiis, quæ tam certæ sunt fidei, mendacii insimularentur? Quem autem librum post sacrosanctos illos habemus in quo res adeo magnæ commemorentur? in quo prouidentiæ potentiæque diuinæ, quæ superbos deprimit, tot tamque luculenta exempla conspiciantur? vbi regum, potentissimorum alioqui (quorum & ipse superbiam ac vesaniam nobis ante oculos sæpe ponit) regnorúmque adeo horrendæ euersiones narrentur? Quis est ex quo certius sacra chronologia cum profanis historiis conciliari possit? Addo etiam (quod vel maxime commendare nobis hunc scriptorem debet) qui religiosius de diuina prouidentia & quidem valde similibus verbis, interdum etiam iisdem, loquatur? Omitto, prisci illius sæculi simplicitatem, & humile (in quibusdam etiam regibus) vitæ genus eodem nobis modo vtrobique describi. Omitto & hoc, nullum vsquam extare apud Græcos autores scribendi genus, quod (vt in omnino diuersa lingua) ad Hebraici breuitatem simplicitatemque magis accedat. Nemo certè est qui quum legit apud Herodotum hanc inscriptionem, *Amasis Polycrati ita dicit*: item, *Mardonius hæc dicit*: non possit vsitatum prophetis præsertim stylum agnoscere, *Hæc dicit Dominus Deus*. Nemo est item qui quum Herodotum ita ordientem suam historiam audit, *Herodoti Halicarnassei historiæ editio hæc*: (de qua interpretatione alibi dicendum erit) simile esse hoc Esaiæ exordium fassurus non sit, *Visio Esaiæ filij Amos*. Nec non istud Ieremiæ, *Verba Ieremiæ filij Helciæ*. Cui simile est omnino apud prophetam Amos, *Verba Amos*.

Iam verò quod ad Homerum attinet (vt à sacris ad profana veniamus) quisquis lectionis illius studiosus est, ad eam profectò neque magis compendiariam neque magis expeditam viam, quam hunc autorem peruolutando, sternere sibi potest: nec aliunde melius quæ apud Homerum Ionica sint, & quæ non tam Ionica quam poëtica, cognoscere.

adeo vt qui sit φιλόμηρος, eum esse etiam φιληρόδοτον,
rationi consentaneum sit.

ΛΕΞΙΚΟΝ ΤΩΝ ΗΡΟΔΟΤΕΙΩΝ ΛΕΞΕΩΝ.

Ex ms. codice Melchioris Haiminsfeldij Goldasti.

Α.

Ἀνέλη· χρήσῃ.
Ἀναξυρίδας· τὰ βαθέα καὶ βασιλικὰ τῶν ἱματισμάτων.
Αὐλός· εἶδος ἀκολάστου ὀρχήματος.
Ἀνακῶς· ὀλιγωρῶς, φυλακτικῶς.
Ἀβρόν· καλόν, εὐπαθές, τρυφερόν.
Ἀναισιμῶν· δαπανᾶν, ἀναλίσκειν.
Ἀνέγνωσεν· αἰσθέσθαι ἐποίησεν, ἐδίδαξεν.
Ἀντίξον· τὸ ἐναντιούμενον.
Ἀλεξομένους· ἀμυνομένους.
Ἄρδις· φαρέτρα· καὶ τὸ βέλος.
Ἀπίσας· ἰκανώσας.
Ἀφιδέας· ἀλύσεις· οἱ δὲ, ψέλλια. (1 scr. ἀμφιδ. II, 69.)
Ἀποφλιῶ· τῷ τελευμένῳ τιμῷ ὑπὸ τῶν δούλων τοῖς δεσπόταις. (2 scri. ἀποφορῶ, II, 109.)
Ἀποτιμωτέρους· ἀτίμους.
Ἀπεματαίωσεν· ἐμώρανεν.
Ἀπηλικίωσεν· ὠρεσβύτερον.
Ἀμύσειν· (3 f. ἀμαύσειν. III, 108.) ὠφέλησειν, ἑλκῦσαι, ξέειν.
Ἀνδρόσφιγα· σιώδετον αἰθέσπες ἢ σφίγξ ἡμιέργημα.
Ἀπιμωρητί· ἡσυχῃ καταφρονήσας.
Ἀνδρόγυνος· ἑρμαφρόδιτος.
Ἀμβολάδην· καθ' ὑπερβολήν.
Αἰγὶς· ἢ λίβυες φορέουσι δορᾶν.
Ἀνθερικας· τὰς καυλὰς τοῦ ἀσφοδέλου.
Ἀγλατέειν· διώκειν, φυγαδεύειν, ὀπιτάτειν, ὑβρίζειν.
Ἀχαιρεσίη· (4 scri. ἀχαιρωσύνη. VI, 58.) τὸ θεὸς χαίρειν τοῖς πολλοῖς ζώοις, ἢ τὸ ἐπιδόσεις χρημάτων ποιεῖσθαι.
Ἄφλαστον· τὸ ἄκρον τῆς πρύμνης.
Ἀρθμία· φιλία.
Αἰωρηθέντες· μετεωρισθέντες.
Ἀναιρεόμενον· τὸ ἐν γαστρὶ συλλαμβανόμενον.
Ἀκανθοπλήξ· ὁ πλησιάζων.
Ἄβιος· ὁ πολύβιος· ὡς ἄξυλος, ὁ πολύξυλος.

Β.

Βυσσός· βυθός.
Βαίης· ναῦς.
Βυτόρης· ὁ βελὸς μεγάλως.
Βαλανάγρα· πλείς.

Γ.

Γαυλός· πλοῖον Φοινίκιον. ἢ φρέαρ ὃ αὐτλήμενον, ἢ γαλακτοδόχον ἀγγεῖον.
Γεωπείνας· οἱ γῆς πεινῶντες ἢ ἄποροι.
Γνωσιμαχεῖν· τὸ γνῶναι τὴν αὐτοῦ ἀσθένειαν καὶ τὴν ἐναντίων τοῦ ἰσχύν.
Γοργύρη· δεσμωτήριον ὑπόγειον.
Γυμνοπαιδία· ἑορτὴ ἐν Σπάρτῃ, ἐν ᾗ γυμνοὶ χορὸς ἴστασι.

Δ.

Δημοέργοι· εἰς τὸ δημόσιον καμόντες.
Διθύραμβος· ὕμνος εἰς Διόνυσον.
Διασφᾶγες· αἱ διεξόδους πέτραι.
Διφθοροδυμένους· φορείοις φορουμένους.

Ε.

Ἐγχρίψαι· ἐμπεσεῖν, θορυβῶσαι.
Ἐσηθίσαντες· ὑλίσαντες.
Ἐνηβητήρια· ἐνδυωχητήρια.
Ἐλόχησεν· εἰς λόχους κατέταξεν.
Εὐλέων· σκωλήκων.
Ἐπιφορήματα· τραγήματα.
Ἐπίλαμπος· καταφανής.
Ἐπάϊστος· φανερός.
Ἔπιπλα· ἢ μὴ βεβαία κλῆσις, ἀλλ' ὁπόλαιος. ἐπίπλα ἢ τὰ ἐπάνω τῶν στρωμάτων.
Εὔτυκτα· ῥᾳδίως εἰργασμένα.
Ἐννώσας· συνοήσας.
Εὐμάρεια· ἡσυχία, εὐκολία.
Ἔμβολος· χάλκωμα θηριοειδὲς μυούμενον ἐπὶ τῷ θορῷ ταῖς ναυσίν.
Ἐνάριες· οἱ ὁπλῖται.
Ἔφεδρον· ὁπλίσεως.
Ἐπίσιον· ἔποικον, κατάλυμα.
Ἐκνίζειν· ἔδακεν, ἀπὸ τῆς πόας.
Ἐναγίζειν· χοὰς ὑπιφέρειν τοῖς κατοιχομένοις.
Ἑδώλοισι· ἔθεσι οἰκείοις. (5 scr. δόμησις. I, 24.)
Ἐκύρησεν· ἔτυχεν.
Ἐπικάρσιον· πλάγιον.
Ἐπιστρεφέως· ὁπιμελῶς.
Ἐλαῶν· ἐλάσας.
Ἐπαμησάμενος· ἀνακινήσας.
Ἐνωμοτία· τάξις πρὸς τοῖς Ἀττικοῖς.
Ἑρμῖς· ὁ κλινόποις.
Ἐλυτρον· σκέπη, δέρμα.
Εἰρεῖν· τοὺς Λακεδαιμονίους ἐν τῷ σφέτερῳ ἐνιαυτῷ ὁ παῖς βωβίδας καλεῖται, τῷ δευτέρῳ σφετερομιζόμενος, τῷ τρίτῳ μικιζόμενος, τῷ τετάρτῳ σφέτερος, τῷ πέμπτῳ παῖς, τῷ ἕκτῳ μελείρην. Ἐφηβεύει ὃ παρ' αὐτοῖς ὁ παῖς ἀπὸ ἑπτωκαιδεκέτους μέχρι καὶ κ'. Βαρυτόνως δὲ τὸ μελείρην, ὥσπερ πυθμὴν ἀπύθμην, αὐχὴν ὑψαύχην.
Ἐπίδοξα· ἀντὶ τοῦ σφόδρα δόκιμα.
Εὐεσίη· ἡ δυμερία, δυετερία· ἡ καλλίστη τοῦ ἑπτοῦ διαγωγή. Διονυσιανὸς αὐδᾷ τὸ σ γεγράφθαι.
Εἰρά· μίτρα, ζώνη. (6 Scribendum puto ζωιρά & refero ad Z. vide VII, 69. & 75.)

Ζ.

Ζῦται· καθέδραις.
Ζώνη· πορφυρᾶν ἔνδυμα.
Ζάκορος· νεοκόρος, ἱερεύς.

Η.

Ἡμεκτέων δυσφορέων.
Ἡβυνδόν· μετ' ἰσχύος, μετ' ἀκολασίας, ὀρχηδόν.
Ἤλυσιν· ἔφοδον, πορείαν.

I.

Ἴλη· τάξις ἱππική, συσσφή.
Ἰθαγλυεῖς· οἱ γνήσιοι παῖδες.
Ἱσία· δεῖπνα.
Ἰαχάζουσι. λέγουσι, φλυαροῦσι.

K.

Κνάφος· ἄκανθα ἔλκουσα ἱμάτια.
Κατατέλεα· τὰ ἀναλώματα, καὶ σωρεύδρια.
Κνυζημάτων· χοιρείων ἀποφθεγμάτων.
Κορυνή· ξύλον ὀπὴ καμπές.
Κρέξ· ὄρνεον δυσοιώνιστον τοῖς γαμοῦσι.
Κάπηλοι· ἀπὸ δεχόμενοι.
Καινοῦν· τὸ χρήσασθαι λόγῳ καινῷ.
Κομιδή· ἀνάσωσις, ὀπὴ μέλεια.
Κέρκωπες· νεὼς εἶδος.
Κληρούχοις· γεωργοῖς.
Κρησφύγετον· καὶ φυγή. ὀχύρωμα.
Καταμνέων· καὶ λύων.
Καλλιερεῖσθαι· θύειν.
Κυματωγή· ὑπαγωγή, αἰγιαλός.
Κυρβασίας· πίλους.

Λ.

Λευκή· πάθος περὶ ὅλον τὸ σῶμα.
Λαῦραι· ῥύμαι, ἀμφόδια.
Λίνον· λύρας χορδή, ἢ ᾠδῆς ὄνομα.
Λάξιν· λῆξιν, μερισμόν, κλῆρον.
Λάθη· αἰχμή.

M.

Μετεξέτεροι· τινές.
Μύδρον· σίδηρον ἀργόν.
Μελεδωνοί· φερνιτικαί.
Μυχοί· καὶ δύσεις.

N.

Νεοχμῶσαι· νεωστὶ κινῆσαι.
Ναυλόχιον· λιμήν.

Ξ.

Ξενίην σεσεθήκατο· ὡς ξενίῳ ἐδωρήσατο.

O.

Ὀρθιοσύνομος· τρόπος μελῳδίας.
Οὖθαρ· ὀρεθισία.
Ὀχανα ἀσπίδων· πόρπακες καὶ δεσμοί.
Οὐ καὶ περιξέσθαι· περῖκα ποιῆσαι.
Ὀγίσας· μαλάξας.
Οἰσύπη· ῥυπῶδες περὶ βάτων ἔριον.
Οὐκίκνεομένους· ἐ περισκόντως.
Ὄνος· τὸ περὶ τὰ τῆς ὑδάτων ἀγωγεῖα πολύποδα καὶ συρρεφόμενον.
Ὀρχηδόν· ἡβηδόν.

Π.

Πηκτίς· ὄργανον, ψαλτήριον.
Πεσσοί· ψῆφοι.
Πρυτανεῖον· θεσμοθέτων, θόλος, καὶ ἡ τῶν σίτων θήκη.
Πρόχυσις· τὸ ἀποπεῖσαι.
Πρόπολος· νεωκόρος. μὴ τῶν σ, ὁ δῆλος.
Πάταικοι· θεοὶ Φοινικικοὶ ἐν ταῖς πρύμναις ἱδρυμένοι.
Παλάθας· τὰ ἐκ τρυγὸς πλάσματα. κυρίως δὲ ἡ τῶν σύκων ἐπάλληλος θέσις.
Περιφορητά· ἀκτά.
Πρόξενοι· θεσπέται.
Πολέμαρχος· ἄρχων τῶν ξένων.
Πρῆκα· δύθυς.

P.

Ῥῆπίς· πλέγμα.
Ῥηχίης· φραγμοῦ, ἢ δέσμης τῶν φραγμῶν.
Ῥῆχος· φραγμός.

Σ.

Σπερχθείς· παραχθείς.
Σκολή· ὄπλησις καὶ σχολή.
Συμψήσας· σωτρίψας.
Σαγάρεις· πελέκεις.
Σχοινοτενές· μακρόν.
Συρμαΐζειν· καθαίρειν πόματι τῷ ἐκ ζειᾶς καὶ ὑδαίου.
Σπαδίξας· ἐκδείρας. Σπάδιξ γὰρ φλοιὸς ῥίζης φοινίνης. οἱ δέ, φοίνικος ῥάβδον. Σπάδακες δὲ καὶ οἱ κιόνες. καὶ σπάδιξ, ὄργανόν τι κιθαριστικόν.
Συρμαία· βεῶμα ὀξυτάτου καὶ μέλιτος, ἢ λάχανον σελίνῳ ἐοικός.
Σκυτάλαις· ῥάβδοις.
Σωτηρία· σωτήρια, λύτρα.
Σώχουσι· τρίβουσι.
Σχοίνῳ συμβολεῖς· οἱ ψιαθοπλόκοι.
Στεφός· τὸ περὶ τὴν κεφαλὴν ἐρεοῦν.
Σταθμός· ὁδὸς μέτρον, κατάλυμα.
Σινάμωρον· κακόχολον.
Σαυρωτήρ· ξυσὸν, δόρυ. ἢ σύραξ ὃν ἔνιοι καλοῦσιν ἀρίαχον.

T.

Τρικάδας· δεῖπνα καὶ δῆμος καὶ ἀριθμὸς ἀνδρῶν λ'.
Ταροὶ καλάμων· φασιὰ ἐν ᾗ ξηραίνονται τὰ πλίνθου.
Τειφάσιοι· τρίφωνοι, τραυλάσιοι.
Τόρνιον· τὸ τρῆμα, καὶ τὸ ἐνιέμενον εἰς αὐτό. I Isa. 40. IV. 72.
Τέμπεα· τὰ στενὰ τοῦ ὄρους, καὶ οἱ συσκιεροὶ τόποι.
Ταινίαν· δεσμίδημα.
Ταρσὸς· ἡ τῶν ὀρνίθων πτέρωσις.

Φ.

Φαρμάκοισι· βαφαῖς.
Φάλαρα· τὰ περὶ τὰς γνάθους σπασμάτα.
Φάρσος· τρύφος, κλάσμα.
Φρενήρης· σώφρων.
Φειμάξασθαι· φρυάξασθαι, φυσῆσαι.
Φόρμος· πλέγμα, ὁ κόφινος.
Φυλάξαντες· ὑπομείναντες.
Φερέζυος· βεβαιωτής.

X.

Χρήματος· πράγματος.
Χοιράδες· πέτραι λεῖαι ἐν θαλάσσῃ.
Χορδὸν ὄρος· τέμενον.

Ψ.

Ψῆνες· κωνώπια τὰ ἐν τοῖς ὑλώδεσι τόποις.

TÉΛOΣ.

VETE-

VETERVM ALIQVOT TESTIMONIA ET ELOGIA DE HERODOTI VITA, SCRIPTIS, ET DICTIONE.

IN QVIBVS AVCTORIS LAVDES, ET eius historiæ & styli cum aliorum comparatio.

HERODOTI VIta, ex Suida.

ex H.St. HERODOTVS, Lyxi & Dryonis filius, Halicarnasseus, ex illustri genere natus, fratrem habuit Theodorum. Samum se contulit, propter Lygdamin, tertium ab Artemisia tyrannum Halicarnassi. Pisindelis enim, Artemisiæ, Lygdamis autem, Pisindelis filius fuit. Sami autem Ionicam dialectum excoluit, & historiam libris IX. scripsit, auspicatus à Cyro Persa, & Candaule Lydorum rege. Sed Halicarnassum reuersus, quum tyrannum expulisset, & tandem sibi à ciuibus inuideri cerneret, Thurium, quò tum Athenienses coloniam deducebant, vltro abiit: ibique defunctus & in foro sepultus est. Alij Pellæ mortuum tradunt. Libri eius Musæ inscribuntur. De HERODOTO, in epistola scribit Iulianus apostata, *Quis ignorat Aethiopum sermonem de cibo qui apud nos optimi est alimenti? Nã quum mazã attigissent, se mirari dixerunt quomodo stercoribus vescentes viueremus: sicui fide dignus Thurius historicus videtur. Gentes autem ichthyophagas & sarcophagas ne per somniũ quidem nostrã victus rationem vidisse tradunt y qui orbem terrarum describunt. Quorũ victũ siquis apud nos æmulari vellet, nihilo cũ eo melius quàm cũ ijs qui cicutã aut aconitũ aut elleborum bibissent, ageretur.*

Ex Strabonis Geographicis, lib. XIV.

interp. G. Xyl. VIRI illustres nati sunt ibi [*Halicarnassi*] HERODOTVS historiæ scriptor: qui deinde Thurius est appellatus, quod socium se deducendæ in Thurios coloniæ præbuisset. tum Heracletus poëta, Callimachi socius: & nostra ætate Dionysius historiæ conditor.

Ex Luciani Herodoto seu Aetione.

Interp. Vinc. Obsopœo. VTINAM vero & alias HERODOTI virtutes mihi imitari concessum fuisset,

ΗΡΟΔΟΤΟΥ βίος, ἐκ τῆς Σούδης.

ΗΡΟΔΟΤΟΣ, Λύξου καὶ Δρυοῦς, Ἁλικαρνασεὺς τὸ γένος, ἐκ τῶν ἐπιφανῶν. καὶ ἀδελφὸν ἐσχηκὼς, Θεόδωρον. μετέστη δ' ἐν Σάμῳ διὰ Λύγδαμιν τὸν ἀπὸ Ἀρτεμισίας τρίτον τύραννον γενόμενον Ἁλικαρνασσέως. Πισίνδηλις γὰρ ἦν υἱὸς Ἀρτεμισίας· τοῦ δὲ Πισινδήλιδος, Λύγδαμις. ἐν οὖν τῇ Σάμῳ καὶ τὴν Ἰάδα διασκήθη διάλεκτον. καὶ ἔγραψεν ἱστορίαν ἐν βιβλίοις θ'. ἀρξάμενος ἀπὸ Κύρου τοῦ Πέρσου καὶ Κανδαύλου τοῦ Λυδῶν βασιλέως. ἐλθὼν δὲ εἰς Ἁλικαρνασσὸν, καὶ τὸν τύραννον ἐξελάσας, ἐπειδὴ ὕστερον εἶδεν ἑαυτὸν φθονούμενον ὑπὸ τῶν πολιτῶν, εἰς τὸ Θούριον ἀποικιζόμενον ὑπὸ Ἀθηναίων, ἐθελοντὴς ἦλθε. καὶ κεῖ τελευτήσας, ἐτάφη τῆς ἀγορᾶς τέταρτος. τινὲς δὲ ἐν Πέλλῃ αὐτὸν τελευτῆσαί φασιν. ὑπογράφονται δὲ οἱ λόγοι αὐτοῦ Μοῦσαι. ὅθεν Ἡρωδότου λέγει τις Διογενιανὸς ἐν ἐπιτολῇ, Τίς οὐκ ἀγνοεῖ τὴν Αἰθιόπων ὑπὲρ τοῦ παρ' ἡμῖν τερφιμωτάτου σιτίου λόγον; ἀψάμενοι γὰρ τῆς μάζης, θαυμάζειν ἔφασαν, ὅπως κόπρια σιτούμενοι ζῶμεν· εἰ τοῖς πᾶσι ὁ Θούριος εἶδε λογοποιὸς δοκεῖ. ἰχθυοφάγων δὲ καὶ σαρκοφάγων ἀνθρώπων γένη, μηδ' ὄναρ ἰδόντα τὴν παρ' ἡμῖν δίαιταν, οἱ τὴν οἰκουμένην περιηγούμενοι γῆν ἱστοροῦσιν, ὧν εἴτις παρ' ἡμῖν ζηλώσας τὴν δίαιταν ὑπαχθείη, ἐδὲν ἄμεινον διακείσεται τῆς τὸ κώνειον περιενεγκαμένων, ἢ τὸ ἀκόνιτον, ἢ τὸν ἑλλέβορον.

Ἐκ τῶν Στράβωνος γεωγραφικῶν, βιβλ. ιδ'.

Ἄνδρες δὲ ἐγένοντο ἐξ αὐτῆς· [Ἁλικαρνασσοῦ] Ἡρόδοτός τε ὁ συγγραφεὺς, ὃν ὕστερον Θούριον ἐκάλεσαν, διὰ τὸ κοινωνῆσαι τῆς εἰς Θουρίους ἀποικίας· καὶ Ἡράκλειτος ὁ ποιητὴς, ὁ Καλλιμάχου ἑταῖρος· καθ' ἡμᾶς Διονύσιος ὁ συγγραφεύς.

Ἐκ τοῦ Λουκιανοῦ Ἡροδότου, ἢ Ἀετίωνι.

Ἡροδότου εἴθε μοὶ καὶ τἆλλα μιμήσασθαι δυνατὸν ἦν,

ἁ πάντα φημὶ, ὅσα προσλῶ αὐτῷ, μεῖζον γὰρ δύχης τῶτό γε, ἀλλὰ κᾆν ἓν ὂν τῶν ἁπάντων, οἷον, ἢ κάλλος τῶ λόγων, ἢ ἁρμονίαν αὐτῶν, ἢ τὸ οἰκεῖον τῆ Ἰωνίᾳ καὶ προσφυὲς, ἢ τὸ γνώμης τὸ πρεπτόν, ἢ ὅσα μυρία καλὰ ἐκεῖνος ἅμα συλλαβὼν ἔχει, πόρρω τὸ εἰς μίμησιν ἐλπίδος. ἃ δ' ἐποίησεν ὅτι τοῖς συγγράμμασι, καὶ ὡς πολλαχῶς τοῖς Ἕλλησιν ἐν βραχεῖ κατέστη, ἐγὼ μὲν οὐκ ἄλλος ἄν μιμησαίμεθα. πλοῦσας γὰρ οἴκοθεν, ἐκ τῆς Καρίας, οὗ δὴ τῆς Ἑλλάδος, ἐσκοπεῖτο πρὸς ἑαυτὸν, ὅπως ἂν τάχιστα καὶ ἀπραγμονέστατα ὀλίσπους καὶ πρεσβύτου γλυκύτερος, καὶ αὐτὸς, καὶ τὰ συγγράμματα. τὸ μὲν οὖν ἐκεῖνος ἔνθα, νυνὶ μὲν Ἀθηναίοις, νυνὶ δὲ Κορινθίοις ἀναγιγνώσκειν, ἢ Ἀργείοις, ἢ Λακεδαιμονίοις ἐν τῷ μέρει, ἐργαῶδες καὶ μακρὸν ἡγεῖτο εἶναι, καὶ πρεπέστερον ἐν τοιούτῳ ἐσεσθαι. ἐκεῖνο δὲ ἠξίου δύνασθαι τὸ πρᾶγμα, ἁδεκαὶ δύναιρεσιν οὕτω κατ' ὀλίγον ἀγείρων καὶ συλλέγων τὰ γνάσιν. ἐπεβάλλετε δὲ, εἰ δυνατὸν εἴη, ἀθρόως πως λαβεῖν τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας. ἐνίστασθαι δὲ Ὀλύμπια τὰ μεγάλα, καὶ ὁ Ἡρόδοτος τῶτ' ἐκεῖνο, ἥκειν οἱ νομίσας τὰ καιρὸν, ὃ μάλιστα ἐγλίχετο, πεπληθυσμένους τὰ πανήγυριν, ἅπανταχόθεν ἤδη τὰ ἀείσων συνειλεγμένον, παρελθὼν εἰς τὰ ὀπισθόδομον, ὃ θέατρον, ἀλλ' ἀγωνιστὴν Ὀλυμπιάσιν παρεῖχεν ἑαυτὸν, ἅδων τὰς ἱστορίας, καὶ κηλῶν τὰς παρόντας, ἄχρι τὰ καὶ Μούσας κληθῆναι τὰς βίβλους αὐτῷ, συνέα καὶ αὐτὰς οὔσας. ἤδη δὲν ἅπαντες αὐτὸν ἡδέσαν πολὺ μᾶλλον, ἢ τὰς Ὀλυμπιονίκας αὐτοί. καὶ ἔστιν, ὅσις ἀνήκοος ἦν τὰ Ἡροδότου ὀνόματος, οἱ μὲν αὐτοὶ ἀκούσαντες ἐν Ὀλυμπίᾳ, οἱ δὲ ἐκ τὰ πανηγύρεως ἥκοντων πυθανόμενοι. καὶ εἴ πως γε φανείη μόνον, ἐδείκνυτο αὖ τῷ δακτύλῳ, οὗτος ἐκεῖνος Ἡρόδοτός ἐστιν, ὁ τὰς μάχας τὰς Περσικὰς Ἰασὶ συγγεγραφὼς, ὁ τὰς νίκας ἡμῶν ὑμνήσας. τοιαῦτ' ἐκεῖνος ἀπέλαυσε τὰ ἰσορίαν, ἐν μιᾷ συνόδῳ παύδημόν πνα κοινὸν ψῆφον τὰ Ἑλλάδος λαβὼν, ἐκ ἀνακηρυχθεὶς ἐφ' ὑφ' ἑνὸς μὲν Διὰ κήρυκος, ἀλλ' ἐν ἁπάσῃ πόλει, ὅθεν ἕκαστος ἦν τὰ πανηγυριῶν. ὅπερ ὕστερον καταναήσαντες, ὀλίγον πνα ταύτην ὁδὸν ἐς γνῶσιν, Ἱππίας τε, ὁ ἐπιχώριος αὐτῶν σοφιστὴς, καὶ Πρόδικος ὁ Κεῖος, καὶ Ἀναξιμένης ὁ Χῖος, ἐκ Πῶλος ὁ Ἀκραγαντῖνος, καὶ ἄλλοι συχνοὶ λόγοις ἔλεγον ἀεὶ καὶ αὐτοὶ πρὸς τὰ πανήγυριν, ἀφ' ὧν γνώριμοι ἐν βραχεῖ ἐγίγνοντο, &c. Ἡρόδοτος μὲν ἓν, ἐπαινέμι γὰρ ἐπ' ἐκεῖνον, ἱκανὸν τὰ Ὀλυμπίων τὰ πανήγυριν ἡγεῖτο, καὶ συγγραφέα θαυμαστὸν δεῖξαι τοῖς Ἕλλησι, τὰς Ἑλληνικὰς διεξιόντα, ὡς ἐκεῖνος διεξῆλθεν, &c.

non omnes dico quibus ille præditus præcelluit (maior enim voto hæc res fuerit) verum vnam ex omnibus, videlicet aut orationum elegantissimarum munditiem, aut illarum numerosam concinnitatem, aut propriam & naturalem linguæ Ionicæ dictionem, aut sententiarum grauitatem & præstantiam, aut quæcumque alia (quæ & infinita sunt & elegantia) ille vno quasi fasciculo comprehensa possidet, omnem imitationis spem excedentia. Ceterum quæ cum libris à se elucubratis fecerit, tum quemadmodum passim in breui temporis spatio apud Græcos in notitiam venerit, mihi & tibi & alteri cuicumq; tandem imitari haudquaquam fuerit difficile. Cum enim relicta patria soluisset ex Caria, recto cursu in Græciã delatus est, vbi de seipso eam cogitationẽ suscepit, quo pacto quam celerrime & minimo cum negotio inclarescceret, ac famigerabilis fieret cum ipse, tum eius quoq; elucubratæ vigiliæ. At enim obambulantem, nunc quidem Athenienſibus, nunc autem Corinthiis recitare historiarum monumenta à se condita, mox Argiuis aut Lacedæmoniis, partim laboriosum esse existimabat & longum: partim cunctationem & moram non mediocrẽ in illo fore prospiciebat. Voluit ergo negotiũ omne in compendium contrahere, neque ita particulatim innotescere, notitiam modice & pedetentim congregans & colligens. Callide vero obseruabat si vspiam locorum Græcos vna congregatos omnes deprehenderet. Commodum itaq; instabant magna Olympia. HERODOTVS autem hanc solam sibi venisse occasionẽ arbitratus, cuius maxime erat cupidus, frequentissimis ludis obseruatis, iamque ex omnibus locis collectis Græcorum optimatibus, progressus in opisthodomum, non spectatorẽ sed certatorem se ipse exhibebat, cantillans historias memoriæ à se proditas, ac præsentium aures orationis suauitate demulcẽs, donec & Musarum nominibus eius libri nobilitari & vocari cœpti sint, & illis nouem existentibus. Proinde iam omnes illum nouerant multo profecto magis quàm Olympicorum certaminũ victores: nec quisquam erat cui HERODOTI nomen inauditum fuerat, quem nonnulli ipsi audiuerant in Olympia, alij vero ex iis qui ex ludis regressi fuerant, audita & ipsi perceperant. Tum vero vbicumque in publico saltem apparuisset, certatim commonstrabatur digitis: Hic ille est HERODOTVS, qui pugnas Persicas lingua Ionica condidit atque conscripsit, qui victorias nostras venustissime concelebrauit. Talem ipse laudem historiarum nomine consecutus est, in vno conuentu ab omni populo totius Græciæ commune nactus suffragium, non ab vno per Iouem præcone ebuccinatus, sed in omnibus quaqua versum ciuitatibus, vnde quisque erat eorum qui ad ludos publicos confluxerant. Hoc cum animaduertissent postea ad parandam cognitionem viam esse compendiosissimã & Hippias illius gentis sophista, & Prodicus Cius, & Anaximenes Chius, tum Polus Acragantinus, aliique complures, orationes semper habuerunt & illi in ludis publicis, vnde breui notitiam sibi parauerunt.

E Photij

E Photij bibliotheca.

LEGVNTVR historiarum HERODOTI libri nouem, numero & nomine totidem Musarũ. Hic Ionicæ dialecti norma esse queat, vt Atticæ Thucydides. Fabulas adhibet, crebrasq; digressiones, per quę sensus ipsi atq; sententiæ dulcedo fluit: quanquam pro historiæ modo, proprioq; ipsius & conueniente charactere, hęc ipsa interdum obscuritatem pariant, recusante veritate fabulis suam obfuscari accurationem, aut plus æquo à re proposita scriptorem digredi.

Auspicatur historiam à Cyri imperio, qui primus Persarum regnum tenuit: vnde natus: quomodoq; educatus creuerit, atq; regnarit: & pertingit aduscq; Xerxis imperium, ciúsque contra Athenienses expeditionem ac fugam. Quartus vero à Cyro rex fuit Xerxes: nam secundus Cambyses erat, & tertius Darius. Qui enim interiectus est Smerdes magus, his non adnumeratur; quod tyrannus fuerit, sibique minime debitum regnum, dolo malo ac fraudibus occuparit. Darij successor, Xerxes filius fuit, in quem historia desinit; neq; ad regni eius finem vsq; progressa: quia his temporibus HERODOTVS ipse floruit, vt inter ceteros & Diodorus Siculus testatur. Thucydidem ferunt cùm Adolescens admodum apud patrem adstans, hunc suam historiam recitantem audiret, illacrymasse, HERODOTVMQVE de illo subiecisse: Quam est tuus hic filius, Olure, ardenti ad discendum ingenio?

Ἐκ τῆς Φωτίου.

Ἀνεγνώσθη Ἡροδότου ἱστοριῶν λόγοι θ', κατὰ ἀριθμὸν καὶ ἐπωνυμίαν τῶν ἐννέα Μουσῶν. Ἰωνικῆς δὲ διαλέκτου κανὼν οὗτος ἂν εἴη, ὡς Ἀττικῆς Θουκυδίδης. κέχρηται δὲ μυθολογίαις καὶ παρεκβάσεσι πολλαῖς, δι' ὧν αὐτοῦ ἡ κατ' διάνοιαν γλυκύτης διαῤῥεῖ, εἰ καὶ ποτὲ τῷ τῆς ἱστορίας καταλῆψαι, καὶ τὸν οἰκεῖον αὐτῆς καὶ κατάλληλον τύπον, ἐνίοτε ταῦτα ὑπισκοτεῖ, οὐκ ἐθελούσης τῆς ἀληθείας μύθοις αὐτῆς ἀμαυροῦσθαι τὴν ἀκρίβειαν, καὶ πλέον τοῦ προσήκοντος ὑποπλανᾶσθαι ταῖς παρεκβάσεσιν.

Ἄρχεται δὲ τῆς ἱστορίας ἀπὸ τῆς Κύρου βασιλείας, τοῦ πρώτου Περσῶν βασιλεύσαντος· ὅθεν τε ἦν, καὶ ὅπως ἐτράφη τε, καὶ ηὐξήθη, καὶ ἐβασίλευσε· καὶ κάτεισι μέχρι τῆς Ξέρξου βασιλείας, καὶ τῆς κατ' τοὺς Ἀθηναίων ἐπελάσεως, καὶ τῆς φυγῆς τῆς ἐκεῖθεν. τέταρτος δέ ἐστιν ἀπὸ Κύρου Ξέρξης. δεύτερος γὰρ Καμβύσης, καὶ τρίτος Δαρεῖος· ὁ δὲ μεταξὺ Σμέρδης ὁ μάγος οὐκ ἀριθμεῖται τούτοις, ἅτε δὴ τύραννος, καὶ οὐ προσήκουσαν αὐτῷ ἀρχὴν δόλῳ καὶ ἀπάτῃ ὑπελθών. Δαρείου δὲ διάδοχος, ὁ υἱὸς Ξέρξης, ἐφ' οὗ ἡ ἱστορία καταλήγει, οὐδὲ μέχρι τέλους τὸν αὐτῷ προελθοῦσα βασιλείας. ὁ γὰρ Ἡρόδοτος ἐν αὐτοῖς τούτοις ἤκμασε τοῖς χρόνοις, ὡς ἄλλοι τε καὶ ὁ Σικελιώτης Διόδωρος ἱστορεῖ. λέγεται δὲ, ἀναγινωσκομένης αὐτοῦ τὴν ἱστορίας, κομιδῇ νέον ὄντα παῤῥᾶ τῷ πατρὶ Θουκυδίδῃ ἀκοῦσαι, καὶ δακρῦσαι· τὸν δὲ Ἡρόδοτον ἀποφήνασθαι, Ὡς εἴη ὁ παῖς, ὦ Ὄλουρε, ὁσὸς ὀργᾶσαν ἔχων τὴν φύσιν πρὸς μαθήματα.

Hoc etiam apud Marcellinum de vita Thucydidis exstat ita:

Τοῦτο καὶ παῤῥᾶ τῷ Μαρκελλίνῳ περὶ τοῦ Θουκυδίδου βίου εὕρισκε) ὅτως.

HERODOTI autem temporibus videtur vixisse (Thucydides,) siquidem HERODOTVS meminit irruptionis in vrbem Platæam factæ, quam historiam narrat Thucydides libro secundo. Aiunt etiam, quum HERODOTVS suas historias in hominũ cœtu recitaret, Thucydidem recitationi illi interfuisse, & quum eas audiuisset, lacrymasse. quod vbi animaduertisset HERODOTVS, dixisse eum ferunt Oloro patri Thucydidis, Filij tui, ô Olore, ingenium magno impetu ad litterarum studia fertur.

Φαίνεται δὲ ὅπι τοῦ Ἡροδότου χρόνων γεγόμενος, εἰγε ὁ μὲν Ἡρόδοτος μέμνηται τῆς Θηβαίων ἐσβολῆς ἐς τὴν Πλάταιαν, περὶ ἧς ἱστορεῖ Θουκυδίδης ἐν τῇ δευτέρᾳ. λέγεται δέ τι καὶ τοιοῦτον, ὡς ποτε τοῦ Ἡροδότου τὰς ἰδίας ἱστορίας ὑπεδείκνυμένου, παρεῶν τῇ ἀκροάσει Θουκυδίδης τε ἀκούσας, ἐδάκρυσεν. ἔπειτα φασὶ τὸν Ἡρόδοτον τοῦτο θεασάμενον εἰπεῖν αὐτὸ πρὸς τὸν πατέρα τὸν Ὄλορον, Ὦ Ὄλορε, ὀργᾷ ἡ φύσις τοῦ υἱέος σου πρὸς μαθήματα.

Diodorus Siculus biblioth. histor. lib. IX.

Διόδωρος ὁ Σικελιώτης βιβλιοθ. ἱστορ. ἐν τῷ θ'.

PORRO inter scriptores HERODOTVS vltra Troiani belli tempora exorsus, quicquid fere toto orbe terrarum est gestum, id nouem libris exposuit. Cum pugna tandem Græcorum cum Persis ad Mycalen & oppugnatione Sesti, opus illud finit.

Τῶν δὲ συγγραφέων Ἡρόδοτος, ἀρξάμενος πρὸ τῆς Τρωϊκῶν χρόνων, γέγραφε κοινὰς πράξεις τὰς τῆς οἰκουμένης πράξεις ἐν βίβλοις ἐννέα· κατέρρηξε δὲ τὴν σύνταξιν εἰς τὸν περὶ Μυκάλῃ μάχην τῶν Ἑλλήνων πρὸς τοὺς Πέρσας, καὶ Σηστοῦ πολιορκίαν.

Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἐν ἐπιστολῇ πρὸς Γν. Πομπήιον.

Περὶ ἧς Ἡροδότου καὶ Ξενοφῶντος ἐβουλήθης μαθεῖν τίνα σοι περὶ αὐτῶν ὑπόληψιν ἔχω, καὶ γράψαι με σοὶ περὶ αὐτῶν ἐβουλήθης. [1] πεποίηκα καὶ τοῦτο εἰς Δημήτριον ὑπομνηματισμὸν μὲν σοὶ μιμήσεως. τούτων ὁ μὲν πρῶτος, αὐτῷ σοὶ εἰλήφει τὴν ἀρχὴν περὶ [2] τῆς ζητήσεως μίμησιν· ὁ δὲ δεύτερος, σοὶ τε, τίνας ἀνδρας μιμεῖσθαι δεῖ ποιητάς τε καὶ φιλοσόφους, ἱστοριογράφους καὶ ῥήτορας· ὁ δὲ τρίτος, σοὶ τε τοῦ πῶς δεῖ μιμεῖσθαι· [3] σοὶ τέτου δὲ ἀτελής. ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ σοὶ Ἡροδότε τε καὶ Θουκυδίδε καὶ Ξενοφῶντος καὶ Φιλίστε καὶ Θεοπόμπε· τέτοις γὰρ ἐκείνοις τοὺς ἄνδρας εἰς μίμησιν ὑπέθηκα θειοτάτους. τὰ δὲ γράφω. εἰ δὲ δεῖ καὶ σοὶ αὐτῶν εἰπεῖν, σοὶ μὲν Ἡροδότου καὶ Θουκυδίδου ταῦτα φρονῶ.

Πρῶτον, ὅτι καὶ σχεδὸν ἀναγκαιότατον ἔργον ἁπάντων ἐστὶ τοῖς γράφουσιν ἱστορίας, ὑποθέσιν ἐκλέξασθαι καλὴν καὶ πεχαρισμένην τοῖς ἀναγνωσομένοις. τοῦτο Ἡρόδοτός μοι δοκεῖ πεποιηκέναι Θουκυδίδε. [4] ἐκεῖνος μὲν γὰρ κοινὴν Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων πραγμάτων ἐξενήνοχεν ἱστορίαν, ὡς μήτε τὰ ῥηθέντα ὑπ' ἀνθρώπων ἐξίτηλα γένηται, μήτε τὰ ἔργα, καὶ ἅπερ αὐτὸς εἴρηκε. τοῦτο γὰρ αὐτοῦ προοίμιόν τε καὶ ἀρχὴ καὶ τέλος ἐστὶ τῆς ἱστορίας. ὁ δὲ Θουκυδίδης πόλεμον ἕνα γράφει, καὶ τοῦτον οὔτε καλὸν οὔτε δυνατόν· ὃς μάλιστα μὲν ὤφειλε μὴ γράφειν· εἰ δὲ μή, σιωπῇ γε λήθῃ παραδοθείς, κατὰ τὸ ἐπιφερόμενον ἠγνοῆσθαι. ὅτι δὲ πονηρὰν εἵλησεν ὑπόθεσιν, καὶ αὐτός γε τοῦτο ποιεῖ φανερὸν ἐν τῷ προοιμίῳ. πόλις τε γὰρ δι' αὐτὸν ἐξερημωθῆναί φησιν Ἑλλήνιδας πολλὰς, τὰς μὲν ὑπὸ βαρβάρων, τὰς δ' ὑπὸ σφῶν αὐτῶν, καὶ φυλὰς, ἔφη, καὶ ἀνθρώπων ὅσους ἄπω προτέρων γεγενῆσθαι, σεισμούς τε καὶ αὐχμοὺς καὶ νόσους, καὶ ἄλλας πολλὰς συμφοράς. ὥστε τὰς ἀναγνώσεις τὸ προοίμιον, ἢ λοιδορίαν πρὸς τὴν ὑπόθεσιν, Ἑλληνικῶν μέλλοντας ἀκούειν. ὅσῳ δὲ κρείττων ἦν τὰ θαυμαστὰ ἔργα δηλῶσα Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων γραφὴ, τῶν τὰ οἰκτρὰ καὶ δεινὰ πάθη τῶν Ἑλλήνων ἀγγελλούσης, τοσούτῳ φερωνυμώτερος Ἡρόδοτος Θουκυδίδου καὶ τῷ εὐλογίαν τῆς ὑποθέσεως. ἃ δὲ γε οὐδὲ τοῦτο ἔνεστιν εἰπεῖν, ὅτι δι' ἀνάγκην ἦλθεν ὅπῃ ταύτῃ τὴν γραφὴν, ὅπως ἐμοὶ μὲν ὅτι καλλίω, βουλομένῳ δὲ μὴ ταῦτα ἑτέρους γράφειν. πᾶν γὰρ τοὐναντίον, ἐν τῷ προοιμίῳ διασύρων τὰ παλαιὰ ἔργα, κάλλιστα καὶ θαυμασιώτατα τὰ καθ' αὐτὸν ὑπὸ τελεσθέντα φησὶν εἶναι. καὶ φανερός ἐστι ταῦ-

Dionysius Halicarnasseus epistolâ ad Cn. Pompeium.

DE HERODOTO & Xenophonte quid sentiam scire cupis; ac me etiã de eis scribere vis: quod iam feci in illo Commentario quem de Imitatione ad Demetriũ scripsimus. primus liber,* ipsam imitationem de inuestigatione comprehendit: Secundus, qui poëtæ, philosophi, historici & oratores, sequendi sint: Tertius, quomodo imitandi; sed ea de re nondum absolutus, In secundo vero, de Herodoto, Thucydide, Xenophõte, Philisto, & Theopompo, (hos enim viros ad imitandum aptissimos iudico) hæc scribo: Quod si etiam de his dicendum est, de HERODOTO quidem & THVCYDIDE hæc sentio.

Herodoti & Thucydidis cõparatio interpr. Stanisl. Iouio.

* ipsam de imitatione disquisitionem contin.

Primum officium esse puto, & id vel maxime omnibus necessarium, qui res gestas hominum, monumentis annalium mandare studeant, materiam eligere pulchram & iucundã, ac eam quæ animos legentium voluptate afficiat atque perfundat: quod HERODOTVS mea quidem sententia melius vidisse & expressisse videtur, quam Thucydides. Ille enim, communem Græcorum & barbarorum historiam conscripsit; ne & res gestæ maiorũ oblitterarentur, & ne eorum facta & alia quæ enumerat, intercíderent, atque ex hominum memoria tollerentur. idem enim est ipsum proœmiũ, idem exorsus & finis historiæ. Thucydides autem vnum tantummodo bellum scriptura persequitur, & id neque honestum, neque fortunatum, & quod numquam geri oportuit: sin minus, obliuioni & silentio traditum à posteris ignorari debuit. Quod autem malam materiam sibi sumpserit, etiam ipse in exorsu planũ facit. Ciuitates enim multas ait eo bello partim à barbaris, partim à seipsis vastatas & funditus euersas fuisse: & exsilia, proscriptiones, cædes hominũ tantas factas esse, quantas post hominum memoriam vmquam; & terræ motus, siccitates, morbos, inualetudines, & alias multas calamitates importatas: ita vt statim in principio lectores, qui totius Græciæ calamitates sint audituri, abalienentur. Quanto autẽ ea scriptio quæ admiranda opera & facta tam Græcorum quam barbarorũ aperit, antecellit eam quæ miseranda & funesta mala Græcorum nunciat, tanto meliores partes HERODOTVM Thucydide in eligenda materia secutum esse video. Neq; enim illud afferre licet, eum necessitate coactum, ad eam se scriptionem contulisse; cum eum non præteriret, & illa pulchriora esse, & nollet hæc in aliorum manus venire. Aliter enim se res habet, dum maiorũ res gestas in exordio conuitiis afficit, & sua ætate pulchras & admirandas gestas esse asserit: quæ manifestè

1 legendum hîc videtur vel cum Hœschelio, περ. κ. τοῦτο ἐν τοῖς περὶ Δημ. ὑπομνηματισμοῖς. vel, (quod minus aptum est) περ. καὶ τοῦτο περὶ Δημ. ὑπομνηματισμοῖς: vt infra Dionys. περὶ τῆς Θουκυδ. ἰδίωσ. initio: ἐν τοῖς περὶ τῶν ἀρχαίων ῥητόρων πρὸς τὸν υἱὸν, ὅνομα συμπεπλεγμένον ὑπομνηματισμοῖς. Huius commentarij (inquit Steph.) Dionysius meminit etiam in tractatu de Thucydide, quem Q. Ælio Tuberoni dicauit. *Fr. Sylb.* 2 rectius τῆς μιμήσεως ξητήσεως. *Fr. Sylb.* 3 Forsan. leg. ἔτι δ' ἀτελής. *Fr. Sylb.* 4 Principium quidem Herodoteæ historiæ cum his Dionysianis consentit, at non finis. Ibidem fortasse legendum, καθ' ἅπ', pro ἢ ἅπ'. *Fr. Sylb.*

decla-

declarant,eum non præter voluntatem ad hãc se materiam contulisse. Hoc tamen HERODOTVS minime fecit: & quãuis Hellanicus & Charon, qui ante eius tempora vixerunt,eandem materiam persecuti sint, non tamen eum à proposito auocarunt: quinetiam sperabat se ipsis aliquid pulchrius allaturum; quod etiam fecit.

Secundum munus est eius qui facta hominum memoriæ mandare volet, scire vnde principium sumendum est, & quousque progrediendũ. qua in re HERODOTVS longe prudentior Thucydide esse videtur. primo enim loco caussam describit,ob quam barbari Græcis iniurias inferre cœperunt: & progrediens, in barbarorum punitione & vltione describẽda conquiescit. Thucydides vero, exordium sumit sũæ historiæ à parum felici & florenti statu rerum Græcarũ: quod eum facere (cum & Græcus esset & ciuis Athenienſis) non oportebat; & vel maxime,cum non esset ex humili & plebeio genere ciuiũ,sed ex his quibus Athenienses primas deferebant, & quos militari præfectura ac aliis summis honoribus dignos censebant: neq; ita apette, vt apertissime belli caussas suæ vrbi adscriberet; cum alias multas occasiones haberet quibus eas attribueret. Ac initium narrationis facere debebat non à Corcyrensibus,sed à prestantissimis patriæ factis,quæ statim post bellum Persicum ediderant:quorum deinde tamen in conueniẽti loco non ita recte,sed quasi cursim mentionem facit. At cum hæc narrasset, summa cum beneuolentia & studio,vt vir amans ciuitatis, deinde inferre debebat, Lacedæmonios horũ inuidia & metu commotos,alias interim caussas prætendentes,bellum suscepisse.ac tum demum Locrensium res, & contra Megarenses scitum, & siqua alia voluit, exponere debuit. Fines autem pluribus erroribus scatent.quamuis enim dicat se omni bello interfuisse, & se omnia polliceatur esse narraturum: tamen in nauale prœlium Athenienſium & Peloponnesiorum,quod prope Cynossema gestũ fuit anno XXII,finem facit. Satius vero erat,dum persequeretur omnia,historiam terminare admirando & auditoribus gratissimo * reditu exsulum à Phyle; qui fuit initium ciuitati recuperandæ libertatis.

* Phylasiorum exsulum reditu.

Tertium munus est historici, considerare quæ res illi in historiam referendæ, quæ silentio prætereundæ sint. qua etiam in re postremas mihi partes ferre videtur Thucydides. Nam cum HERODOTVM non præteriret, omnem narrationem quæ longitudine quadam sermonis prædita esset,si respirationes & moras quasdam reciperet, animos auditorum summa suauitate perfundere: sin autem in eodem rerum statu permaneret, etiamsi res maxime succederet,auribus tamen quandam satietatem parere: Homerus secutus, in omnem partem effu-

τα εἰκὼν ἐλόμβος. ὁ μὲν Ἡρόδοτος γε τοῦτο ἐποίησεν, ἀλλὰ τῷ περὶ αὐτὸ συγγραφέων γνωμόνων Ἑλλανίκου τε καὶ [1] Χαίρωνος τ' αὐτῶν ὑποθέσιν περιελθόντων, οὐκ ἀπετράπετο, ἀλλ' ὅπῃ δύσειεν αὐτῶν κρεῖσσόν τι ἐξοίσειν· ὅπερ καὶ πεποίηκε.

Δεύτερόν ὄζι τῆς ἱστορικῆς πραγματείας ἔργον, γνῶναι πόθεν τε ἄρξασθαι καὶ μέχει [2] τοῦ περιελθεῖν δεῖ. φαίνεται δὴ καὶ τούτῳ Θουκυδίδης πολὺ Ἡρόδοτος φρονιμώτερος. ἄρχεται μὲν ἀφ' ἧς αἰτίας ἤρξαντο πρῶτον κακῶς ποιεῖν τοὺς Ἕλληνας οἱ βάρβαροι· καὶ περιελθὼν, εἰς τὸν βαρβάρων κόλασιν καὶ πιμωρίαν λήγει. ὁ δὲ Θουκυδίδης, ἀρχὴν μὲν ἐποιήσατο ἀφ' ἧς ἤρξατο καλῶς φερόντων τὸ Ἑλληνικόν· ὅπερ Ἕλληνα ὄντα οὐκ ἄθλιον ἐχρῆν ποιεῖν· καὶ ταῦτα, ὡς ἔπι εἰρημένων ὄντα, ἀλλ' ὧν ἐν πρώτοις ἦγον Ἀθηναῖοι, σφετερισάμενόν τε καὶ τῶν ἄλλων πρόμον ἀξιοῦντες καὶ ὅτε γε φανερῶς, ὥστε καὶ τῇ πόλει τῇ ἑαυτοῦ τὰς φανερὰς αἰτίας τοῦ πολέμου περιάπτειν, ἑτέρωις ἔχοντα πολλαῖς ἀφορμαῖς περιάψαι τὰς αἰτίας· καὶ ἄρξασθαί γε τῆς διηγήσεως μὴ ἀπὸ τῶν Κερκυραϊκῶν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν κρατίστων τῶν παλαιῶν ἔργων, ἃ μὴ τὸν Περσικὸν πόλεμον δοκοῦς ἐπέρρηξαν· ὧν ὕστερον καὶ ἐν ὀλιγῳδίῳ τόπῳ μνήμην ἐποιήσατο φαύλως πως καὶ ἐξ ὀλιγοδρομῆς. διελθόντα δὲ ταῦτα μὴ πολλῆς δυνοίας, ὡς ἀνδρα φιλόπολιν, ἐπειτ' ἐπενεγκεῖν ὅτι τούτων φθόνῳ καὶ δέει περιελθόντες Λακεδαιμόνιοι, περφάσις ὑποθέντες [3] ἑτέρας, ἦλθον ὅπῃ τὸν πόλεμον· καὶ τότε λέγειν τὰ Κερκυραϊκὰ καὶ τὸ μὴ Μεγαρέων ψήφισμα, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτο λέγειν ἐβούλετο. τὰ δὲ τέλη, πλείονος ἁμαρτίας πλήρη· καίπερ γὸ λέγων ὅτι παντὶ τῷ πολέμῳ παρεγένετο, καὶ πάντα δηλώσειν ὑπεσχόμενος, εἰς τὸν ναυμαχίαν τελευτᾷ τὸν περὶ Κνιδου σῆμα γεγυημμένην Ἀθηναίων καὶ Πελοποννησίων, ἣ συνέβη κῃ ἔτος εἰκοσὸν καὶ δεύτερον. κρεῖττον δὲ ἦν, διεξελθόντα τὰ πάντα, τελευτὴν ποιήσασθαι τῆς ἱστορίας τὸν θαυμασιωτάτην καὶ μάλιστα τοῖς ἀκούουσι κεχαρισμένην, τὴν κάθοδον τῶν φυγάδων τῶν ἀπὸ Φυλῆς, ἀφ' ὧν ἡ πόλις ἀρξαμένη τὸν ἐλευθερίαν ἐνομίσατο.

Τρίτον ὄζιν [1] ἀνδρὸς ἱστορικοῦ, τίνα τε δεῖ παραλαβεῖν ὅτι τ' γραφὴν περάγματα, καὶ τίνα παραλιπεῖν. δοκεῖ δή μοι καὶ τούτῳ λείπεσθαι Θουκυδίδης. σωφρόνως γὸ Ἡρόδοτος ὅπ πᾶσα μῆκος ἔχουσα ἀπὸ λόγου διήγησις, αὖ μὴ ἀναπαύσῃς τινὰς λαμβάνῃ, τὰς ψυχὰς τῶν ἀκροωμένων ἡδέως διατίθησιν· ἐὰν δὲ ὅτι τ' αὐτῶν μὴν περαγμάτων, καὶ τὰ μάλιστα ὅπτυγχάνητα, λυπεῖ τὴν ἀκοὴν τῷ κόρῳ· ποικίλλειν ἐβουλήθη ποιῆσαι τὴν γραφήν, Ὁμήρου ζηλωτὴς γενόμενος. καὶ γὸ τὸ βιβλίον ὧν

1 H.St. mauult Χάρωνος. cuius mentio fit etiam in libro ad Q.Ael.Tuberonem.apud Suidam tres sunt Charones historici: primus,Lampsacenus; secundus, Carthaginiensis; tertius,Naucratita. at Χαίρων apud eundem alius. 2 τοῦ interrogatiue accipiendum hic pro πότε, vel legendum πρίν. 3 in exemplari est ἑτέρως· ego ἑτέρας, à Stephano ex aliis codicibus adnotatum, sequi malui. 1 post τρίτον ὄζιν, subaudiendum subst. ἔργον, vti supra.

ἀυτὲ λάβωμεν, μέχει τ̃ ἐσχάτης συλλαβῆς ἀ-
γάμεθα, κ̀ ἀεὶ τὸ πλεῖον ὄπιζητοῦμεν. Θεκυδίδης
ὁ, πόλεμον ἕνα καὶ τινας ἀπνδυσὶ διεξέρχεται μά-
χας ὅπι μάχαις, καὶ πόλε μους ὅπι πολέμοις,
καὶ λόγοις ὅπι λόγοις συντιθείς· ὅστε μοχθεῖν
μὲν τ̃ διάνοιαν τ̃ ἀκροωμένων κόπον δ' ἔχει, φη-
σὶν ὁ Πίνδαρος, καὶ μέλι καὶ τὰ τερπνὰ ἀφροδί-
σια. ἥδη δὲ ἐγὼ κἀκεῖνο ἐνεθυμήθην, ὡς ἡδὺ χρῆ-
μα ἐν ἱστορίαις, γραφῆς μεταβολὴ, καὶ ποικίλον·
καὶ τοῦτο ἐν δύο ἢ τρισὶ τόποις ἐποίησεν; ὅπι τε τ̃
Ὀδρυσῶν ἀρχῆς, δι' ἃς αἰτίας ἐχώρει μεγάλη, καὶ
ὅπι τ̃ ἐν Σικελίᾳ πόλεων.

Μετὰ τοῦτο, ἔργον ὅσον ἱστορικῦ, διελέσθαι τε καὶ
τάξαι τ̃ δηλωθέντων ἕκαστον ἐν ᾧ δεῖ τόπῳ. πῶς ἕν
ἑκάτερος δύναιρεῖ τε καὶ τάττει τὰ λεγόμενα; Θεκυ-
δίδης μὲν, τοῖς χρόνοις ἀκολουθῶν, Ἡρόδοτος ὁ,
ταῖς ποικιλίαις τ̃ πραγμάτων. καὶ γίνεται Θεκυ-
δίδης μὲν, ἀσαφὴς καὶ δυσπαρακολούθητος· πολ-
λῶν γὰρ κατὰ τὸ αὐτὸ θέρος καὶ χειμῶνα γινομένων
ἐν διαφόροις ὡς εἰκὸς τόποις, ἡμιτελεῖς τὰς πρώ-
τας πράξεις καταλιπὼν, ἕτερον ἅπτεται τ̃ κατὰ τὸ
αὐτὸ θέρος ἢ χειμῶνα γινομένων. πλανώμεθα δὴ·
καθάπερ εἰκὸς, καὶ δυσκόλως τοῖς δηλουμένοις
πρόσακολουθοῦμεν, παρατιθεμένης τ̃ διανοίας. Η-
ρόδοτος ὁ, ἀπὸ τ̃ Λυδῶν βασιλείας ἀρξάμενος, κ̀
μέχρι τ̃ Κροίσου καταβάς, ὅπι Κῦρον δυθέως τ̃ κα-
ταλύσαντα τ̃ Κροίσου ἀρχὴν μεταβαίνει· Αἰγυ-
πτίων τε ἀρχὰς διηγημάτων καὶ Σκυθικῶν καὶ
Λιβυκῶν, τὰ μὲν ὡς ἀκόλουθα δηλῶν, τὰ δὲ ὡς χα-
ριεστέραν ποιήσοντα τ̃ διήγησιν, ἐπεισάγων. δι-
ελθὼν τε πράξεις Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων ἔτε-
σιν ὁμῶ διακοσίοις καὶ εἴκοσι γενομένας ἐν ταῖς
τρισὶν ἠπείροις, καὶ παραγράψας τ̃ Ξέρξου φυγῆς
τ̃ ἱστορίαν, ὁ διέπαυσε τ̃ διήγησιν, ἀλλὰ συμβέβη-
κε, τῷ μὲν, μίαν ὑποθέσιν λαβόντι, πολλὰ ποιῆσαι
μέρη τὸ ἓν σῶμα· τῷ δὲ, τὰς πολλὰς καὶ ἑτέρας οἰ-
κείας ὑποθέσεις πραγματευομένῳ, σύμφωνον ἓν σῶμα
πεποιηκέναι. μᾶς δ' ἰδέας [1] ὑπομνηθήσομαι
πραγματικῆς, ἣν ἐδημιάς τ̃ εἰρημένων ἥττον ἐν
ἁπάσαις ἱστορίαις ζητοῦμεν, τ̃ αὐτὲ τοῦ συγγραφέως
διάθεσιν, ἣ κέχρηται πρὸς τὰ πράγματα περὶ ὧν
γράφει. ἡ μὲν Ἡροδότε διάθεσις, ἐν ἅπασιν ὑπο-
κωὴς, καὶ τοῖς μὲν ἀγαθοῖς συνηδομένη, τοῖς δὲ κα-
κοῖς συναλγοῦσα· ἡ δὲ Θεκυδίδε διάθεσις, αὐθέ-
καστός τις κ̀ πικρὸς, κ̀ τῇ παρεληλυθυῖ τ̃ φυγῆς μνησικα
κοῦσα. τὰ μὲν γὰρ ἁμαρτήματα ἐπεξέρχεται καὶ
μάλα ἀκριβῶς, τ̃ δὲ κ̀ νοῦν κεχωρηκότων καθά-
παξ ἐμέμνηται, ἢ ὥσπερ ὑπαναγκασμένως. καὶ κ̀
μὲν τ̃ πραγματικὸν [2] τύπον ἥττων ὄζιν Ἡροδότε
διὰ ταῦτα Θεκυδίδης· κ̀ δὲ τ̃ λεκτικὸν, τὰ μὲν
ἥττων, τὰ δὲ κρείττων, τὰ δ' ἴσος. ἐφ' ᾧ καὶ πρὸ
τέτων ὡς ὑπείληφα.

sam, ac summa varietate conditam efficere vo-
luit scriptionem. Libros enim eius cum in ma-
nus sumimus, vsq; ad extremam syllabam sus-
picimus, & semper nescio quid magis requiri-
mus. Thucydides autẽ vnum bellũ & aliquot
pugnas sine vlla interspiratione persequitur,
pugnas pugnis, apparatus belli apparatibus, o-
rationes orationibus congerens & coaceruãs;
ita vt mens & cogitatio eorum qui audiunt, la-
borare cogatur. Satietatẽ enim gignit, ait Pin-
darus, & mel & dulces res venereæ. Iam vero
& illud in animo meo reputaui, quam suauis &
iucunda res sit in historia, scriptionis varietas
& immutatio: atq; hoc in duobus aut tribus lo
cis fecit, tum in Odrysarum principatu expo-
nendo, quibus de caussis ad magnam deuene-
rint potestatem; tum in Siciliæ vrbibus.

Adhæc est etiam munus historici, in partes
tribuere, & vnumquodque eorum quæ expo-
nuntur, suo loco collocare. Quę est igitur vtri-
usque dispositio? Thucydides tempora sequi-
tur, Herodotvs rerum complexiones. Fit au-
tem Thucydides obscurus, & cuius sententiã
difficile animo comprehendere possis. cum e-
nim multa eadem æstate & hyeme in diuersis
(vt sit) locis gererentur, imperfectas primas res
gestas relinquens, alias attingit quæ eadem æ-
state & hyeme gestæ fuerunt. Erramus igitur,
quemadmodũ par est, & summa cum difficul-
tate res expositas mente iam turbata assequi-
mur. Herodotvs vero initium capiens ab im-
perio Lydorum, & vsque ad Crœsum descen-
dens, ad Cyrum confestim, qui Crœsi imperiũ
euertit, transit: atq; deinde rex Ægyptiorum,
Scytharum, Libycorum exponere aggreditur,
partim propter rerum seriem, partim vt iucun-
diorem redderet narrationẽ suam. Persequens
autem & exponens res gestas Græcorum &
barbarorum, quæ ducentis & viginti annis ge-
stæ sunt in tribus continentibus, & fugã Xer-
xis describens, non diuellit orationem: sed ac-
cidit huic quidem, vt vno sumpto argumento,
vnum corpus multas in partes diducat: ille ve-
ro, vt multis & variis argumentis assumptis, v-
num corpus sibi consentiens faciat. Vnũ *au-
tem genus historiæ negocioſæ commemora-
bo; quod non minus quam quæ recensuimus
in historiis requirimus; animum inquam scri-
bentis, quo in rebus conscribendis vtitur. He-
rodoti quidem animus in omnibus lenis &
mansuetus est, & qui bonis quidem collæta-
tur, malis vero condolet. Thucydidis vero a-
nimus, natura sua quadam rigidus & acerbus est, ac patriæ exsilij recordatione offensus. pecca-
ta enim accuratissime persequitur: eorum vero quæ ex animi sententia gesta sunt, omnino non
meminit, aut velut inuitus. Atq; ob hæc in ea parte quæ ad res pertinet, vincitur ab Herodo-
to Thucydides. In ea vero parte quæ continet elocutionem, alias superior interdum inferior:
in nonnullis etiam æquas partes tenet. Dicam vero etiam de iis quemadmodum sentio.

*Vnã adhuc notã in rebus positam com.

1 Possis etiam legere ἐπιμνηθήσομαι. 2 in exemplari est πῶπον. perperam. τύπον vero in hoc loquendi genere supra quoque habuimus aliquoties, & infra. pro eodem χαρακτῆρα dicit mox vbi Xenophontem confert, & infra, & alibi. Reperitur tamen πῶπος vocabulum in cad. significatione; vt supra prolixius adnotaui ad initium T. I I. Halicarnassei. F. S.

Virtus

Virtus omnium prima est, sine qua nulla alia est orationis vtilitas. Quænam illa est? Sermo purus proprietatem linguæ Græcæ retinens. hanc ambo studiosè conseruant. HERODOTVS enim, Ionicæ linguæ optima regula est: Thucydides vero, Atticæ. Tertium locum habet breuitas, in qua videtur Thucydides HERODOTVM antecelluisse. quamquã dicere aliquis posset, breuitatem iucundam videri, si cum perspicuitate coniuncta & elaborata fuerit: sin ea caruerit, acerbam & austeram. verum nihil esto præterea. Post hæc perspicuitas collocata est: quæ cum virtutibus adiunctis primas tenet: in qua satis diligenter ambo elaborarunt. Post hanc virtutem constituitur leuium & vehementium affectuum imitatio: quam inter se partiti sunt scriptores. Thucydides enim, in grauioribus affectibus exprimendis melior: HERODOTVS, in lenioribus effingendis præstantior. Secundum hæc statuuntur illæ virtutes, quæ summum & admirandum studium & apparatum ostendunt: in quibus historici pares sunt. Succedunt iis aliæ, quæ orationis vim & vehementiam & similes facultates complectuntur: quibus HERODOTVM Thucydides superat. Suauitatem autem, persuasionem, delectationem, & alias virtutes cognatas, longe præstantiores HERODOTVS Thucydide inducit. In verborum elocutione, proprietatem naturę HERODOTVS secutus est: grauitatem Thucydides, qui & in verbis sui similis est totus. Virtutum omnium maxima & quasi princeps est Deorum: quam diligentius Thucydide HERODOTVS seruauit. similis.n. hic in omnib. ac in concionib. magis quã in narrationibus. Mihi quidẽ, & carissimo Cæcilio, Demosthenes eius enthymemata vel maxime expressisse & imitatus esse videtur. Vt autem vno verbo omnia complectar, elegantissimæ sunt vtriusque poeses: (non n. verebor poeses eas appellare) sed hoc vel maximè à se inuicem differunt, quòd constructio HERODOTI hilaris est, horribilis vero Thucydidis. Sed de his historicis hæc dixisse sufficiat, cum multa nobis alia dicenda sint, de quibus alius erit differendi locus.

1 Secunda dicendi virtus hic omissa est, τὸ καθαρὸν εἶναι καὶ σαφῆ λέξιν κ̃ἁπλῆ. vt ex Lysia videre licet supra, & ex Isocrate. F.S.

Περὶ τὴν ἀρετὴν γέγονεν ἂν, ἧς χωρὶς ἐδὲν τῶν ἄλλων τῶν περὶ τοὺς λόγους ὄφελος τίς; ἡ καθαρὰ τοῖς ὀνόμασι ἢ τὸ Ἑλληνικὸν χαρακτῆρα σώζουσα ἀδιάλειπτος. ταύτην ἀκριβῶσιν ἀμφότεροι. [1] Ἡρόδοτός τε γὰρ, τῆς Ἰάδος ἄριστος κανών· Θουκυδίδης τε τῆς Ἀττικίδος, τρίτην ἔχει χώραν ἡ καλουμένη συντομία. ἐν ταύτῃ δοκεῖ προέχειν Ἡροδότου Θουκυδίδης. καίτοι λέγοι τις ἂν ὡς μὴ τὸ σαφὲς ἐξεταζόμενον, ἡδὺ φαίνεται τὸ βραχύ· εἰ δὲ ἀπολείποιτο τούτοις, πικρόν. ἀλλὰ μηδὲν ἔστω ταῦτα τοῦτο. ἐπάρχεσθω μὴ ταῦτα τέτακται πρόσθεν μὴ τὸ δηλοῦσθαι ἀρετῶν. ἱκανὰς ἐν ταύτῃ κατορθοῦσιν ἀμφότεροι. μὴ ταύτην σώζουσαν τὴν ἀρετὴν, τὴν ἠθῶν τε καὶ παθῶν μίμησις. διήρηται τὴν ἀρετὴν ταύτην οἱ συγγραφεῖς. Θουκυδίδης μὲν γὰρ, τὰ πάθη δηλῶσαι κρείττων· Ἡρόδοτος δὲ, τάχα ἤθη ἐξεργάσασθαι δυνάτερος, μὴ ταῦτα αἰ τὸ μέγα καὶ θαυμαστὸν ἐπιφαίνουσαι τῶν κατασκευῶν ἀρεταί. ἴσοι καὶν ταύταις οἱ συγγραφεῖς. ἐποίησαν ταύτας αἰ τὴν ἰσχὺν καὶ τὸν τόνον καὶ τὰς ὁμοιοτέλευτους δυνάμεις τῶν φράσεως ἀρεταὶ ἐξεπέχουσαι. κρείττων ἐν ταύταις Ἡρόδοτος Θουκυδίδου. ἡδονὴν δὲ καὶ πειθὼ καὶ τέρψιν καὶ τὰς ὁμοιοκρύους ἀρετὰς εἰσφέρεται μακρῷ Θουκυδίδου κρείττονας Ἡρόδοτος. τὸ δὲ φράσεως τῆς ὀνομάτων τὸ μὲν καθ' φύσιν Ἡρόδοτος ἐζήλωκε, τὸ δὲ δεινὸν Θουκυδίδης, ὁμοιοδὴς πᾶς ὢν ἐν λόγοις. ἀρετῶν ἡ κυριωτάτη τὸ πρέπον. ταύτῃ ὁ Ἡρόδοτος ἀκριβοῖ μᾶλλον ἢ Θουκυδίδης. ὁμοιοδὴς γὰρ ἔστος ἐν πᾶσι, καὶ ταῖς δημηγορίαις μᾶλλον ἢ ταῖς διηγήσεσιν. ἐμοὶ μέντοι καὶ τῷ φιλτάτῳ Καικιλίῳ δοκεῖ τὰ ἐνθυμήματα αὐτοῦ μάλιστά γε καὶ ζηλῶσαι Δημοσθένης ἵνα δὲ σωφελῶν εἴπω, καλὰ μὲν αἱ ποιήσεις ἀμφότεραι· ἐγὼ δὲ αἰσχυνθείην ποιήσεις αὐτὰς λέγων· διαφέρουσι δὲ καὶ τοῦτο μάλιστα ἀλλήλων, ὅτι τὸ μὲν Ἡροδότου κάλλος ἱλαρὸν ὄζει, φοβερὸν δὲ τὸ Θουκυδίδου. ὑπόκεινται οὖν τοῖς εἰρημένοις περὶ τούτων τῶν συγγραφέων, πολλῶν καὶ ἄλλων ἐνόντων λεχθῆναι, περὶ ὧν καὶ ἕτερος ἔσται καιρός.

Sequitur in eodem Dionysio, de Xenophonte κείνοις· vbi inter alia.

Xenophõ enim, HERODOTVM in vtroq; genere, tũ in eo quod in materia cernitur, tũ quod in elocutione, imitatur, &c. Nõ solũ vero ob materiã in cæsũ ferẽdus est, (in qua HERODOTVM sequitur) sed etiã propter dispositionẽ suspiciendus, &c. Atq; hęc quidem est forma rei & arguméti eius. Forma vero elocutionis, partim similis HERODOTO, partim nõ adeo redundãs & fluens. Purus quidẽ satis in verbis, & apertus; quemadmodũ & HERODOTVS: delegit autẽ verba vsitata, & rebus ipsis à natura insita: quæ omnino nõ minus suauiter & iucunde quã HERODOTVS ipse cõponit. Excellẽtiã vero & splendorẽ, amplitudinẽ iucũdã, & suauẽ cõformationẽ historicã, quẽadmodũ HERODOTVS, nõ habet. non modo .n. hoc ab ipso mutuari nõ potuit, sed etiã si aliquãdo voluit suã excitare elocutionẽ, paululũ inspirãs, veluti * terrena aura extemplo langueſcit & exstinguitur. In multis enim plus æquo longior fit; nec adeo feliciter vt HERODOTVS personarũ dignitatẽ attingit & exprimit: sed in multis, siquis rectè consideret & perpendat, eum negligentiorem reperiet.

* Vnã hanc non in rebus ponimus nom.

* Aberranea aura, id est, quę à terra cõsurgens, per altũ pergit: quos altanos ventos Latine nominari docet Plin. l. 2. c. 43.

Ξενοφῶν μὲν γὰρ, Ἡροδότου ζηλωτὴς ἐγένετο καὶ ἀμφοτέρους τοὺς χαρακτῆρας, τόν τε πραγματικὸν καὶ τὸν λεκτικόν, &c. ἐ μόνον δὲ τῆ τῶν ὑποθέσεων χάριν ἄξιος ἐπαινεῖσθαι, ζηλωτὴς Ἡροδότου γενόμενος, ἀλλὰ καὶ τῆ οἰκονομίας. &c. καὶ ὁ μὲν πραγματικὸς τύπος αὐτῷ τοιοῦτος. ὁ δὲ λεκτικὸς, πῇ μὲν ὅμοιος Ἡροδότου, πῇ δὲ ἕτερος. καθαρὸς μὲν γὰρ τοῖς ὀνόμασιν ἱκανὸς, καὶ σαφὴς, καθάπερ ἐκεῖνος· ἐκλέγει δὲ ὀνόματα συνήθη τε καὶ προσφυῆ τοῖς πράγμασι, καὶ συντίθησιν αὐτὰ ἡδέως πάνυ καὶ κεχαρισμένως, οὐχ ἧττον Ἡροδότου. ὕψος δὲ καὶ κάλλος καὶ μεγαλοπρέπειαν καὶ τὸ λεγόμενον ἰδίως πλάσμα ἧττον εἰκὸς [1] Ἡρόδοτος ἐζήλωσε· τὸ δὲ μόνον οὐκ ἔχυσε τοῦτο παρ' αὐτοῦ λαβεῖν, ἀλλὰ κἂν ποτε διεγείρῃ βουληθείη τὸ φράσιν, ὀλίγον ἐμπνεύσας ὥσπερ ἀπόπνοος αὔρα, ταχέως σβέννυται μακρότερος [2] δὲ γίνεται τὸ δεινὸς ἐν πολλοῖς καὶ τὸ πρέπων, καὶ οὐχ ὡς Ἡρόδοτος, ἐφάπτεται τὸ προσώπων δυτυχῶς, ἀλλ' ἐν πολλοῖς ὀλιγωρός ἐστιν, αὖ τις ὀρθῶς σκοπῇ.

1 Stephano videtur legendum Ἡροδότου ἐκ τοῦ vel ὅσον, Ἡροδότου, ἐκ τοῦ. nisi mauis, inquit, particulã, quæ ex aduerso respõdeat τῇ ἔνθεν, reponere. Sed siue hoc, siue illo modo legas, desideratur negatio. F.S.

2 Prorsus aptius fortassis legeris N. F.S.

EX EIVSDEM DIONYSII CAPITE

περὶ τ῀ τῶν λόγων ἐξετάσεως· siue παλαιῶν χαρακτῆρας, vel ἀρχαίων κρίσιν cum Sylburgio nominare placet.

ΗΡΟΔΟΤΟΣ καὶ Θουκυδίδης.

ΤΩΝ μὲν τοι συγγραφέων Ἡρόδοτος μὲν ἐξεργάσατο τὸ βέλτιον, τὸ [1] πραγματικὸν εἶδος· τῆς δὲ λεκτικῆς ποτὲ μὲν ὁ Θουκυδίδης, ποτὲ δὲ ἐμπαλιν ἔστι σφ' ἐν οἷς ἐξισοῦνται. τῇ μὲν ἀκριβείᾳ τῶν ὀνομάτων, ἐν οἷς ἑκάτεροι πρόχειροι διαλόγοις, διαπρέπουσι τὸ ἴδιον· τῇ δὲ σαφηνείας ἀναμφισβητήτως Ἡροδότῳ τὸ κατόρθωμα δέδοται. καὶ τὸ μὲν αὐτομόλους ὧδε ὁ Θουκυδίδης, τὸ δὲ ἐναργὲς παρ' ἀμφοτέροις. ἐν μὲν τοῖς ἠθικοῖς κρατεῖ Ἡρόδοτος, ἐν δὲ τοῖς παθητικοῖς ὁ Θουκυδίδης. πάλιν καλλιλογίᾳ καὶ μεγαλοπρεπείᾳ διαφέρουσιν οὐδὲν ἀλλήλων, ἀλλ' ἑκάτεροι τούτων τε καὶ τῶν τοιούτων ἀρετῶν κρατοῦσι. ῥώμῃ δὲ καὶ ἰσχύϊ καὶ πόνῳ καὶ τῷ πρέποντι καὶ πολυσχηματίστῳ παρηυδοκίμησε Θουκυδίδης· ἡδονῇ δὲ καὶ πειθοῖ καὶ χάριτι καὶ τῷ ἀφελεῖ αὐτοφυεῖ ἀβασανίστῳ, μακρῷ διενεγκόντα τὸν Ἡρόδοτον εὑρίσκομεν· καὶ μὴν τόν γε τρόπον, πραγματείαν καὶ προσωποποιΐαν μᾶλλον ἐτηρήκει.

HERODOTVS & THVCYDIDES.

EX iis qui res gestas litterarum monumẽtis mandarunt, HERODOTVS optime omnium eam partem historiæ quæ res continet, elaborauit atq. expressit: ea vero parte quę elocutionem continet, nonnunquam superior Thucydides, nonnunquam è diuerso HERODOTVS. Est etiam vbi pares inueniuntur. Accurata enim verborum electione in his sermocinationibus, in quibus ambo tractandis occupantur, vterque suam quandam proprietatem seruat. cetérum perspicuitatis laudem omnes sine controuersia HERODOTO deferunt. Ac breuitas quidem familiaris & propria est Thucydidi: euidentia autem & illustratio, vtrique communis. In moribus exprimendis primas fert HERODOTVS; in affectibus autem, Thucydides. Rursum dictionis elegantia ac magnificentia nihil alter ab altero differt; sed in his & huiusmodi virtutibus ambo excellunt. Viribus, robore, neruis, & orationis grauitate, ac figuratum varietate, Thucydides HERODOTVM superauit: suauitate verò, ac persuadendi facultate, iucunditate, & sponte nata simplicitate, non elaborata, longe præstare HERODOTVM inuenimus. atque nullam compositionem & personarum confictionem minus seruauit, quam hanc morum & ingenij simplicitatem. Interpr. Stanist. Iouio.

Quæ sequitur Philisti Xenophontis comparatio, paria plane inspersa habet de nostro cum ijs quæ ante retulimus ex epistola ad Pompeium.

Ὁ αὐτὸς Διονύσιος περὶ τοῦ Θουκυδίδου χαρακτῆρος.

Idem Dionysius in iudicio de Thucydidis historia.

Ὁ δὲ Ἁλικαρνασσεὺς Ἡρόδοτος, ὠφελόμενος ὀλίγῳ πρότερον τῶν Περσικῶν, παρεκτείνας δὲ μέχρι τοῦ Πελοποννησιακοῦ, τοῦ τε πραγματικοῦ προῃρέσιν ὅπερ τὸ μεῖζον ἐξήνεγκε καὶ λαμπρότερον, ὅτε πόλεως μιᾶς, ὅτ' ἔθνους ἑνὸς ἰσορίαν προελόμενος ἀναγράψαι· πολλὰς δὲ καὶ διαφόρους πράξεις ἐκ τε τῆς Εὐρώπης, ἔκ τε τῆς Ἀσίας, εἰς μίαν περιγραφὴν πραγματείαν ἀγαγεῖν. ἀρξάμενος οὐδὲν ἀπὸ τῶν Λυδῶν δυναστείας, μέχρι τοῦ Περσικοῦ πολέμου κατεβίβασε τὴν ἱστορίαν, πάσας τὰς ἐν τοῖς τεσσαράκοντα καὶ διακοσίοις ἔτεσι γενομένας πράξεις ὑπερφανεῖς Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων. μίαν συντάξει περιλαβών· καὶ τῇ λέξει προσεπέδωκε τὰς [1] ὑπὸ τῆς προτέρας συγγραφέων ἀρετάς.

Interp. A. Dudithio

HERODOTVS autem Halicarnassæus, qui ad Peloponnesiaca tempora vitã perduxit, cum paulo ante Persica natus esset, tum materiam historiæ paulo altius extulit, atque illustrauit; neq; vnius vrbis, aut vnius gentis, sed Europæ Asiæque res gestas, & multas & varias, vno libro complexus est: (nam à Lydorũ imperio exorsus, ad vsq; bellũ Persicũ opere perducto, quæcumque per annos CCLX. gesta à Græcis & à barbaris erant, ex iis illustriora quæque delegit, & in vnum quasi corpus historiæ contulit) tum omissas à superioribus dicendi virtutes ad suam orationem adiunxit.

His subijcit de Thucydidis historia, eiusq. consilio in rebus, quas describeret, deligendis, inter alia quod nihil fabulosi inserat, nec deos deasq. mixtas narret, & portentosa alia: quæ tamen se non adferre vt nostro ideo impingat dicam vel alijs antiquioribus, qui eiusmodi historiæ suæ inspersere. eorum enim facti rationem constare, quam ipse eleganter exponit: ταῦτα δ' εἰπεῖν προήχθην, οὐχ ὅπως μέμφωμαι ἐκείνοις τοῖς ἀνδράσιν, ἀλλὰ καὶ πολλὰ ἔχων συγγνώμην, εἰ καὶ τῶν μυθικῶν ἥψαντο πλασμάτων, ἐθνικὰς καὶ τοπικὰς ἐπιφέροντες ἱστορίας. ἐν ἅπασι γὰρ ἀνθρώποις, καὶ κοινῇ κατὰ πόλεις ἰδίᾳ, μνήμαί τινες ἐσώζοντο καὶ τῶν τοιούτων ἀκουσμάτων, ὥσπερ ἔφην. αἷς δεχόμενοι παῖδες παρὰ πατέρων, ὅπως μελὲς ἐποιοῦντο παραδιδόναι τοῖς ἐκγόνοις· καὶ τοὺς βουλομένους αὐτὰς εἰς τὸ κοινὸν ἐπιφέρειν, ὅπως ἐξῇν συγγράφειν, ὡς παρὰ

1 ms. Pompil. Amasæi πρακτικὸν. F.S. 1 Dudithius maluit ὠφελημένας, omissas. videtur tamen & hæc ferri posse lectio: sicut scilicet infra dicit auctor, σωιδὲ ὡς ἕκαστος αὐτῶν ἔσχεν ἀφετάς. F.S.

παρ

τῶν ἀρχαίων ἐδέξαντο. ἐπείνοις μὴν οὐδ' τοῖς ἀνδράσιν ἀναγκαῖον ἦν ποικίλλειν τοῖς μυθώδεσιν ἐπεισοδίοις τὰς τοπικὰς ἀναγραφάς. i. interprete A. Dudithio, Neque vero vt hæc dicerem, eo fum adductus, quod illos viros accuſem; quibus etiam veniæ multum tribuo, ſi, cum in explicanda nationum & locorum hiſtoria verſarentur, fabuloſa figmenta receperunt: quandoquidem apud omnes homines, tum communiter de locis, tum proprie de vrbibus, monumenta quædam ſeruabantur huiuſmodi, quas dixi, rerum, auditione perceptarum: quas filij à patribus acceptas ſuis deinde poſteris vt traderent, elaborarunt. quod ſiqui litteris eas conſignare vellent, ab his vt ita plane exponerentur quo modo de veteribus acceperant, dignum putabant. quapropter illos viros, vt locorum deſcriptiones fabuloſis additamentis variarent, atque diſtinguerent, neceſſitas compulit. Interpr. Staniſl. Iocuio.

Et iterum eodem libro.

Scriptores autem qui ante Peloponneſiacum bellum fuerunt, atq; ad Thucydidis vſque ætatem peruenerunt, omnes propemodum idem conſilium ſecuti ſunt. quos quidem aut Ionica lingua, vt quę illis temporibus maxime omnium floreret, aut Attica illa vetus, non admodũ ei diſſimilis, oblectauit. Hi ſane omnes, vt eſt ante dictum, ſermonis proprietatem magis, quam dicẽdi tropos adamauerunt; tropos vero velut condimenta orationi inſperſerunt: verborum autem compoſitionem omnes eandem ferè affectarunt, ſimplicem, minimeq; affectatam. Neq; vero in ſententiis figura aliqua exornandis tantum diligentiæ poſuerunt, vt ſupra communem vulgoq; tritam, atq; ab omnibus vſurpatam dicendi rationem efferrent. Itaq; eas virtutes quas neceſſarias vocauimus, illorum omnium habet dictio. eſt enim & pura, & perſpicua, & breuis, ſatis proprium cuiuſq; dialecti characterem ſeruans. eas autem dicendi virtutes quas adiectitias nominauimus, quib. omnis oratoria vis maxime fit perſpicua, neq; omnes, neq; ſummas adhibuerũt, ſed paucas, ac modice: ſublimitatem videlicet, elegantiam, grauitatem, magnificentiam: neque τόνον item, neq; βάρος; quæ nos neruorum contentionem, & pondus poſſumus appellare; neq; πάθος vllum, quo animi affectiones excitarentur; neq; ſpiritus illos magnos & certaminibus aptos, ex quibus illa dicendi ſpecies conformatur, quæ Græce δεινότης dicitur; Latine vim in dicendo poſſis nominare. Vnum HERODOTVM excipio. is enim & in verborũ delectu, & compoſitione, atque in ipſa figurarum varietate, longè ceteris antecelluit, & ita ſuam orationem inſtituit, vt vel optimæ poeſi ſoluram orationem ſimilem faciat, propter ſuadelam illam & venuſtatem, ac ad ſummum vſque perductam voluptatem. qui ne illas quidem maximas, quas diximus, & præclariſſimas dicendi virtutes omiſit, præter genus illud certaminibus aptum: idque ſiue quod natura ab eo dicendi genere abhorrebat, ſiue quod ſuis quibuſdam rationibus adductus, ſponte illud, tamquam hiſtoriis minime accommodatum, contempſit. is enim, neque concionibus multis, neque aliis ad contentionem accommodatis orationibus vtitur; neque vllam ad concitandos animorum motus, & res augendas amplificandaſque vim habet. Interp. A. Dudithio

Καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ.

Οἱ δὲ πρὸ τοῦ Πελοποννησιακοῦ γενόμενοι πολέμου, καὶ μέχρι τοῦ Θουκυδίδου παρεκτείναντες ἡλικίας, ὁμοίας ἔχων ἅπαντες ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ προῃρέσεις· οἵ τε τὴν Ἰάδα προελόμενοι διάλεκτον, τῷ τε τοῖς τότε χρόνοις μάλιστα ἀνθοῦσαν, καὶ οἱ τὴν ἀρχαίαν Ἀττικίδα, μικρὰς πινὰς ἔχουσαν διαφορὰς πρὸς τὴν Ἰάδα. πάντες δὲ ἦσαν, καθάπερ ἔφην, περὶ τὴν κυρίαν λέξιν μᾶλλον ἐσπουδακότες, ἢ περὶ τὸ τροπικὸν· ταύτην δὲ ὥσπερ ἥδυσμα παρελάμβανον. συνθέσεώς τε ὀνομάτων ὁμοίων ἅπαντες ἐπεμελήθησαν, τὴν ἀφελῆ καὶ ἀνεπιτήδευτον, καὶ οὐδὲ ἐν τῷ χαριεντίζεσθαι τὰς λέξεις, τὰς νοήσεις ἐξέβησαν ὅλως πολὺ τῆς τετραμμένης καὶ κοινῆς καὶ συνήθους ἅπασι διαλέκτου. τὰς μὲν οὖν ἀναγκαίας ἀρετὰς ἡ λέξις αὐτῶν πάντων ἔχει· καὶ οὐδὲ καθαρὰ, καὶ σαφὴς, καὶ συντομός ἐστιν, ἀποχρώντως σώζουσα τὸ ἴδιον ἑκάστης διαλέκτου χαρακτῆρα· τὰς δὲ ἐπιθέτους, ἐξ ὧν μάλιστα δῆλός ἐστι τὸ ῥητορικὸν γένεται δύναμις, οὔτε ἁπάσας, οὔτε εἰς ἄκρον ἠκούσας, ἀλλ' ὀλίγας καὶ ἐπὶ βραχὺ· ὑψος λέγω, καὶ καλλιρρημοσυνίαν, καὶ σεμνολογίαν, καὶ μεγαλοπρέπειαν· οὐδὲ δὴ τόνον, οὐδὲ βάρος, οὐδὲ πάθος, διεγείροντα τὸν νοῦν· οὐδὲ τὸ ἐρρωμένον καὶ ἀναγώνιον πνεῦμα, ἐξ ὧν ἡ καλουμένη γίνεται δεινότης, πλὴν ἑνὸς Ἡροδότου. ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο ἐκλογὴ τῶν ὀνομάτων, καὶ καὶ τοῦ συνθέσεως, καὶ κατὰ τὴν τῶν σχημάτων ποικιλίαν, μακρῷ δή τινι τοὺς ἄλλους ὑπερβάλλετο, καὶ παρεσκεύασε τῇ κράτιστα ποιήσαι τοῦ πεζοῦ φράσιν ὁμοίαν γενέσθαι, πειθοῦς τε καὶ χαρίτων, καὶ εἰς ἄκρον ἡδονῆς ἡκούσης ἕνεκα· ἀρετάς τε τὰς μεγίστας καὶ λαμπροτάτας ἐξ ὧν τὴν ἀναγωνίων οὐδὲν ἐν τούτοις ἐνέλιπεν. εἴτε οὐκ εὖ πεφυκὼς πρὸς αὐτὰς, εἴτε καὶ λογισμόν τινα ἑκουσίως ὑφιείς. ὡς ἐγὼ ἁρμοττόντων ἱστορίας. οὐδὲ γὰρ δημηγορίαις πολλαῖς ὁ ἀνὴρ, οὐδὲ ἀναγωνίοις κέχρηται λόγοις, οὐδὲ ἐν τῷ παθαίνειν, καὶ δεινοποιεῖν τὰ πράγματα, τοῖς ἄλλοις ἔχει.

---

1 τῷ post articulum τοῦ rectius expungetur. 2 ſcriptus cod. h. καλλιῤῥημοσυνίῳ vno λ. contra morem. F.S.

ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ.

Οὔτε τοῖς τόποις, ἐν οἷς αἱ πράξεις ἐπετελέσθησαν, ἀκολουθῶν ἐμέρισε τὰς διηγήσεις, ὡς Ἡρόδοτός τε καὶ Ἑλλάνικος, καὶ ἄλλοι τινὲς πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων ἐποίησαν.

Eodem libro.

Narrationes enim ita disposuit (*Thucydides*) vt neq; loca persequeretur, vbi gestæ res erant; quod HERODOTVS, Hellanicusq;, & alij nonnulli ante illius ætatem historici fecerant.

ὁ αὐτὸς Διονύσιος Ἁλικαρνασεύς, ἐν ᾧ περὶ συνθέσ. ὀνομ.

Idem Dionysius Halicarnasseus de vocum structura.

Ἡ δέ τοι Θουκυδίδου λέξις, καὶ ἡ Ἀντιφῶντος τοῦ Ῥαμνουσίου, καλῶς μὲν σύγκειται νὴ Δία, εἴπερ τινὲς καὶ ἄλλαι, καὶ μὲν ἡδέως γε πάνυ· ἡ δέ γε τοῦ Κνιδίου συγγραφέως Κτησίου, καὶ ἡ τοῦ Σωκρατικοῦ Ξενοφῶντος, ἡδέως μὲν ὡς ἔνι μάλιστα, καὶ μὲν καλῶς γε ἐφ' ὅσον ἔδει. λέγω δὲ κοινότερον, ἀλλ' οὐχὶ καθάπαξ· ἐπεὶ καὶ παρ' ἐκείνοις ἥρμοσταί τινα ἡδέως, καὶ ὧδε μὲν τούτοις καλῶς. ἡ δὲ Ἡροδότου σύνθεσις, ἀμφότερα ταῦτα ἔχει· καὶ γὰρ ἡδεῖά ἐστι καὶ καλή.

DIctio autem Thucydidis, & Antiphontis Rhamnusij, quod ad compositionẽ attinet, meherclè pulcra est, si vllę etiam aliæ, non tamen vbiq; suauis: Ctesiæ autẽ historici Cnidij, & Xenophontis Socratici, suauis quidẽ est quam maximè, sed non quantum oportebat etiam pulcra. In commune autem ita pronuncio, non quod prorsus ita se res habeat. quippe & apud illos quędam suauiter composita inueniuntur, & apud hoc pulcrè. HERODOTI autem compositio vtrumq; obtinet. Nõ iucunda enim solùm est, sed & pulcra.

καὶ μετ' πολλά.

Et longe post.

Τῶν δ' ἄλλων ὅσοι τῷ αὐτῷ ἐκείνῳ (Ὁμήρῳ) μεσότητα ἐπετηδεύσαν, [1] ὕστερον μὲν ἐκεῖνοι μακρῷ παρ' Ὅμηρον ἐξεταζόμενοι φαίνοιντ' ἂν· μαθεῖν ἑαυτοὺς δὲ εἰ θεωρήσῃ τις αὐτούς, ἀξιοθέατοι· μελοποιῶν μὲν, Στησίχορός τε καὶ Ἀλκαῖος· τραγῳδοποιῶν δ', Σοφοκλῆς· συγγραφέων δ', Ἡρόδοτος· ῥητόρων δὲ, Δημοσθένης.

Ceteri quicumq; eundẽ quem ille (Homerus) medium characterẽ in compositione fuere sectati, si cum Homero eos compares, longo illũ sequuntur interuallo: singulos vero si consideret quis seorsim, eximij hi: inter melicos quidem, Stesichorus & Alcæus: inter tragicos autem Sophocles: inter historicos autem HERODOTVS: inter oratores Demosthenes.

τὸν αὐτὸν τρόπον ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ μετ' ὀλίγα φησί.

Eodem modo & ibidem post initium libri ait.

Λαμβανέσθω δὲ ποιητὴς μὲν, Ὅμηρος· συγγραφέων δὲ, Ἡρόδοτος. ἀπόχρη γὰρ ἐκ τούτων καὶ περὶ τῶν ἄλλων εἰκάσαι.

Sumatur è poëtis, Homerus, ex historicis vero HERODOTVS. Satis enim ex his coniicere de aliis possumus.

καὶ πάλιν μετ' πολλά.

Et iterum post multa.

Ὅτι γὰρ ἥδιστόν τε καὶ κάλλιστον ἐν λόγοις ἡ μεταβολὴ, πάντας εἰδέναι πείθομαι. ὑπόδειγμα δὲ αὐτῆς ποιεῖσθαι πᾶσαν μὲν τὴν Ἡροδότου λέξιν, πᾶσαν δὲ τὴν Πλάτωνος, πᾶσαν δὲ τὴν Δημοσθένους. ἀμήχανον γὰρ εὑρεῖν τούτων ἑτέρους ἐπεισοδίοις τε πλείοσι, καὶ ποικιλίαις [2] διεξοδικωτέραις, καὶ σχήμασι πολυειδεστέροις χρησαμένους. λέγω δ', τὸν μὲν ὡς ἐν ἱστορίας σχηματισμοῦ· τὸν δὲ, ὡς ἐν διαλόγων χάριτι· τὸν δὲ, ὡς ἐν λόγων ἀγωνίων χρείᾳ.

Quod verò res suauissima & pulcerrima in dicendo vicissitudo sit, credo ignorare neminem. eius exemplum vero propono totã HERODOTI dictionem, totam Platonis, toramq; Demosthenis. Non possibile enim est inuenire alios qui crebrioribus episodiis, & variationibus quæ pulcrius fluant, figurisq; magis diuersis fuerint vsi. Hunc dico, velut in historiæ cultu: illum, velut in dialogorum venustate: istum vero, vt in sermonis forensis vsu.

1 Fortasse rectius ὕστεροι, *posteriores, inferiores.* F. Sylb.

2 διεξοδικωτέραις ferri potest. potest tamen admitti etiam διεξοδικαιτέραις· illud pulchrius fluentes, hoc elegantius coloratas significat. F. S.

Ὁ αὐτὸς

Idem Dionysius Halicarnasseus de Demosthenis in dicendo vehementia: si modo hic liber titulus.

Ὁ αὐτὸς Διονύσιος Ἁλικαρνασσεὺς περὶ τῆς Δημοσθένους δεινότητος· εἴγε αὐτὴ τοῦτο τὸ βιβλίον ἐπιγραφή.

QVod ad tertium vero compositionis in oratione genus attinet, quod dixi mistũ ex ambobus esse (αὐστηρᾶς nimirum & γλαφυρᾶς) & commodissima ab vtroque excerpere, huius nullus proprius est character: sed vt illis, qui eum sibi proponunt, lubet, vtve possunt ista quidem vitare, hæc vero consequi, ita miscere solent, non secus ac in arte pingendi mixturæ solent. Huius structuræ norma optima exstitit Homerus poëtarum eximius, nec aliquis proferat dictionem concinniorem quod ad vtrumq; istorum attinet: suauitatem dico, & grauitatem. Et æmuli eius exstitere poëtarum complures tam epici quam melici; præterea tragici & comici, ac historici etiam prisci, philosophi atq; oratores. Quorum omnium mentionẽ facere infinitus foret labor. Satis erit illorũ qui in dicendo exstiterunt principes, quos esse præstantissimos mihi persuadeo, proponere duos: ex historicis nimirum HERODOTVM; è philosophis verò, Platonem. dignitas enim & gratia in ipsorũ compositionibus vbiq; occurrit. An vero ego re examinata rectè vtq; par est de iis statuam, considerare potest quicunq; voluerit. Age igitur, quis negabit inter horridiorem & iucundiorem compositionem hanc mediam esse dictionem, & optima quæq; desumpsisse ex vtraque ista, hanc qua vtitur HERODOTVS vbi Xerxi attribuit sermonem quum deliberaret de expeditione cõtra Græcos suscipienda: translata vero est oratio in Atticam dialectum: Viri Persæ, &c.

Τῆς δὲ τρίτης ἁρμονίας, ἣν ἔφην [1] μικτὸν ἐξ ἀμφοῖν εἶναι, τὰ χρησιμώτατα ἐκλέγεσθαι ἀφ' ἑκατέρας, οἶδεν ὅστις χαρακτὴρ ἴδιος· ἀλλ' ὡς ἂν οἱ μεπόντες [2] αὐτῆ προαιρέσεως ἔχωσιν ἢ δυνάμεως, τὰ μὲν φυγεῖν, τὰ δὲ λαβεῖν, ὅπως κίρνανται, καθάπερ ἐν τῇ ζωγραφίᾳ τὰ μίγματα. ταύτης τῆς ἁρμονίας κράτιστος μὲν ἐγένετο κανὼν ὁ ποιητὴς Ὅμηρος, καὶ ἐκ αὐτῆς εἰπεῖν λέξιν ἄμεινον ἡρμοσμένην τῆς ἐκείνου πρὸς ἀμφω ταῦτα· λέγω δὲ τήν τε ἡδονὴν, καὶ τὸ σεμνόν. ἐζήλωσαν δ' αὐτὴ ἐπῶν τε πολλοὶ ποιηταὶ καὶ μελῶν, ἔτι δ' τραγῳδίας τε καὶ κωμῳδίας· συγγραφεῖς τε ἀρχαῖοι καὶ φιλόσοφοι καὶ ῥήτορες· ὧν ἁπάντων μεμνῆσθαι πολὺ ἂν ἔργον εἴη. ἀρκέσει δ' τι ἐν λόγοις δυνάστας δυσαὶ τῶν, οὓς ἐγὼ κρατίστους εἶναι πείθομαι, δύο προβαλέσθαι μόνους· συγγραφέων μὲν Ἡρόδοτον, φιλοσόφων δὲ, Πλάτωνα· καὶ γὰρ ἀξίωμα καὶ χάρις αὐτοῖς [3] ὑπάρχει ταῖς ἁρμονίαις· εἰ δὲ ὀρθῶς ἐγὼ καὶ εἰκότα ἔγνωκα περὶ αὐτῶν ἐξετάσας, τῷ βουλομένῳ σκοπεῖν ἔξεστιν. φέρε δή τίς ἐκ αὐτῶν ὁμολογήσειε τῆς τε αὐστηρᾶς καὶ τῆς [4] ἡδείας ἁρμονίας μέσην εἶναι τήνδε τὴν λέξιν, καὶ τὰ κράτιστα εἰληφέναι παρ' ἑκατέρας, ἣ κέχρηται Ἡρόδοτος Ξέρξῃ προτιθεὶς τὸν λόγον ὅτε [5] ἐβουλεύετο περὶ τῆς ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας στρατείας; μετακεκόμισται δ' εἰς τὴν Ἀττίδα διάλεκτον ἡ λέξις· Ἄνδρες Πέρσαι. &c.

I make the middle kind of composition to be mixt of both the former, and to choose the most commodious out of either: what character it hath of its own, is known to all men: but as they that temper colours, have a purpose and power, some to shadow, some to lighten, some to dye, as in painting: so this kind of composition was most exactly tempered by Homer, who hath left the best example of speech, that is fitted to both these purposes. I mean, for delight, and for state. Many poets, both of verse and song, have followed this kind, as tragedy and comedy, and many historians, philosophers, and orators: to mention all which, were infinite labour. It shall be enough to name two principal masters of speech, which I am persuaded, are the best: Herodotus among historians, and Plato among philosophers. For both their dignity and their grace is in the mixture of their style. But if I have rightly and truly considered of these things, it is in the power of any man to examine. Come then, who will deny, that the middle kind of speech is mixt of the austere and pleasant, and that it hath taken the best out of either? Herodotus hath used it, when he brings in Xerxes deliberating of the war against Greece. It is translated into the Attic dialect. Viri Persæ, &c.

Apud Dionysium Longinum de sublimi genere dicendi.

Παρὰ Διονυσίῳ τῷ Λογγίνῳ ἐν τῷ περὶ ὕψους.

Solus HERODOTVS proximè ad Homeri exemplar accessit.

Μόνος Ἡρόδοτος Ὁμηρικώτατος ἐγένετο.

Ex Hermogenis opere quod inscribitur περὶ ἰδεῶν parte II.

Ἐκ τοῦ Ἑρμογένους περὶ ἰδεῶν τόμ. β.

DE HERODOTO.

ΠΕΡΙ ΗΡΟΔΟΤΟΥ.

IN panegyricis itaq; quę in historia vsuenirunt, omnium maximè excellit Herodotus. Causa est: præter quod purus iuxta ac disertus est, multum & in delectando occupatur. Etenim notionibus fabulosis propemodum omnibus, dictioneque poëtica vtitur vbique. Amplitudinem verò sæpe habet & quod circa sententias versatur. certè accuratione sua & ornatus apparatu vtrumque consequitur tam voluptatem quam amplitudinem in dictione.

Ἐν τοίνυν τοῖς καθ' ἱστορίαν πανηγυρικοῖς πανηγυρικώτατός ὅστιν ὁ Ἡρόδοτος. τὸ δ' αἴτιον ὅτι μὴ τὸ καθαρεῦον, καὶ δυκίνοις, πολύ ὅστι ταῖς ἡδοναῖς. καὶ γὰρ ταῖς ἐννοίαις μυθικαῖς χρῆται σχεδὸν ἁπάσαις, καὶ τῇ λέξει ποιητικῇ κέχρηται διόλου. μέγεθος δὲ πολλαχοῦ μὲν ἔχει καὶ τὸ καθ' ἕννοιαν, καὶ μέν τοι ὅτι μέλεται καὶ τὸ πολὺ τὸ κόσμου τὸ συναμφότερον, καὶ τέλειον ἡδονὴν ἔχει, καὶ τὸ μέγεθος.

---

1 μικτὸν substantiue accipiendum pro μικτόν τι, seu μίγμα, vt supra vocat. nisi μικτὸν communi genere vsurpatum hic velis, vt Antiq. Rom. l. 3. συμφορητὸς πόλις. communis enim loquendi ratio postulat feminino fine μικτὴν. F.S. 2 Pro αὐτῇ sensus & structura postulant αὐτῶν, vel αὐτῶν· vel saltem αὐτῶν. F.S. 3 Post αὐτῷ perperam in exemplari ex præcedentibus repetitum ἢ πλάσεως F.S. 4 Pro ἡδίας perperam habet exemplar ἰδίας. F.S. 5 In exemplari est ἐζήλωτο· parum congruenter. Ego Stephanum Herodoti edit. sequi malui. F.S.

οἱ γὰρ πολεῖσι τὴν ῥυθμὸν αὐτῶν κατά τε τὰς συνθήκας, καὶ τὰς βάσεις, δακτυλικοί τέ εἰσι καὶ ἀναπαιστικοὶ, σπονδειακοί τε καὶ ὅλως σεμνοί. ἤθη δὲ καὶ πάθη προσώπων, εἴπερ τις ἄλλος, κάλλιστα καὶ ποιητικώτατα μεμίμηται. διὰ δὲ τούτων καὶ πολείονι τῷ μεγέθει πολλαχοῦ κέχρηται, ὡς ἔν τε ἄλλοις, καὶ ἐν τῇ ἑβδόμῃ τῆς ἱστορίας καὶ τοῖς Ξέρξῃ πρὸς Ἀρτάβανον, κἀκείνῳ πρὸς Ξέρξην περὶ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων λόγοις. τοσαῦτα καὶ περὶ Ἡροδότου.

Plerique enim numeri ipsius in compositionibus & pedibus dactylici sunt & anapæstici, & spondaici, prorsusq; graues. Mores verò & affectus personarum, si vllus alius, pulcherrimè & poëtico more quàm maximè imitatur. Ob eas vero & maiori amplitudine sæpissime vtitur, vt alibi, & septimo historiarum, in Xerxis ad Artabanum, & illius ad Xerxem de rebus humanis sermonibus. Et hæc de HERODOTO dicta sint.

Ἐκ τῶν Μαρκελλίνου περὶ τοῦ Θουκυδίδου βίου.

Ex Marcellino, de Thucydidis vita.

Τῶν δὲ πρὸ αὐτοῦ (Θουκυδίδου) συγγραφέων τε καὶ ἱστορικῶν ἀψύχους ὥσπερ εἰσαγόντων τὰς συγγραφὰς, καὶ ψιλῇ μόνῃ χρησαμένων διηγήσει, προσώποις δὲ οὐδεμίαν λόγους τινὰς, οὐδὲ ποιησάντων δημηγορίας, ἀλλ' Ἡροδότου μόνου ἐπιχειρήσαντος, καὶ μόλις ἐξισχύσαντος (διὰ ὀλίγων γὰρ ἐποίησε λόγων, ὡς προσωποποιίας μᾶλλον ἢ περ δημηγορίας) μόνος ὁ συγγραφεὺς ἐξεῦρέ τε δημηγορίας, καὶ τελείως ἐποίησε μὴ κεφαλαίων καὶ διαιρέσεως, ὥστε καὶ σάσαι ὑποπίπτειν τὰς δημηγορίας.

Cum autem scriptores, ac historici, qui eum (*Thucydidem*) ætate præcesserunt, historias anima (vt ita loquar) carentes conscripserint, & nuda, simpliciq́ue rerum narratione vbique sint vsi, nec vllis personis vllam orationem attribuant, nec vllas conciones fecerint, cumque HERODOTVS rem tentarit, nec voti compos fieri potuerit (HERODOTVS enim conciones paucis verbis expressas fecit, personarum fictionibus similiores, quam concionibus) vnus hic historiæ conditor conciones & inuenit, & perfectè composuit, ita vt earum vnaquæque sua capita, & partitiones habeat, & ad certum statum reuocari possit.

Καὶ πάλιν.

Et iterum.

Ἵνα δὲ μηδὲ τοὺς ἄλλως ἀγνοῇς χαρακτῆρας, ἴσθι ὅτι μέσῳ μὲν Ἡρόδοτος ἐχρήσατο· (ὃς οὔτε ὑψηλός ἐστιν, οὔτε ἰσχνός) ἰσχνῷ δὲ ὁ Ξενοφῶν. διὰ γε δὴ τὸ ὑψηλὸν ὁ Θουκυδίδης καὶ ποιητικαῖς πολλάκις ἐχρήσατο λέξεσι, καὶ μεταφοραῖς τισί.

Sed vt reliquas dicendi formas cognoscas, scias HERODOTVM quidem media esse vsum (quæ neque sublimis, neque tenuis est) Xenophontem verò tenui. Thucydides igitur, vt sublimem faceret orationem, sæpe & poëticis dictionibus, & quibusdam translationibus est vsus.

Sed abrumpere cogimur hanc telam. exstant alias hinc inde alia eiusmodi, vt apud eundem Hermogenem, Phalereum Demetrium, alios. Sic & elogia alia, quale illud vel ab inimico, quem se scripto contra Herodotum professus est, Plutarcho: γραφικὸς, ait de Herodoto, ἀνὴρ, καὶ ἡδὺς ὁ λόγος, καὶ χάριτος ἔμπλεως, καὶ δεινότητος οὐ σμικρᾶ τοῖς διηγήμασι. Herodotus autem, ait Diodorus Siculus, ὁ πολυπράγμων, εἰς καί τις ἄλλος, γεγονὼς, καὶ πολλῆς ἱστορίας ἔμπειρος. Aristides vocat κάλλιστον λογοποιὸν. θαυμασιώτατον καὶ μελίγηρυν, Athenæus. Ἡρόδοτος ὁ σοφώτατος, inquit Cedrenus: ὁ γλυκὺς Ἡρόδοτος, Eustathius. Alia eiusmodi, quæ sibi quis notauerit plenius & melius. Nos, quod vnum adhuc possumus, è Cicerone & Quinctiliano testimonijs aliquot præclaris additis, subijciemus dein aliquot epigrammata in Herodoti laudem à veteribus scripta, & plura noua H. Stephani, contra eos qui Herodoti historiam fabulositatis accusant.

Ex Cicerone lib. II. De orat.

Apud Græcos autem eloquentissimi homines remoti à caussis forensibus, cùm ad ceteras res illustres, tum ad scribendam historiam maximè se applicauerunt. Nanque & HERODOTVM illum qui princeps genus hoc ornauit, in caussis nihil omnino versatum esse accepimus. Atqui tanta est eloquenti vt me (quantum ego Græcè scripta intelligere possum) magnopere delectet.

Ex eodem in Orat.

Quo magis sunt HERODOTVS Thucydidesque mirabiles, quorum ætas quum in eorum tempora quos nominaui accidisset, longissimè tamen ipsi à talibus deliciis vel potius ineptiis abfuerunt. Alter enim sine vllis salebris, quasi sedatus amnis, fluit: alter incitatior fertur, & de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum. primisque ab his (vt ait Theophrastus) historia commota est, vt auderet vberius quam superiores & ornatius dicere.

Ex eodem in Hortensio, apud Nonium.

Quid enim aut HERODOTO dulcius, aut Thucydide grauius? *&c.*

Idem libro de legibus I,

Patrem historiæ *eundem vocat: atque hoc referendum videtur ad illa verba quæ ex secundo* H. Steph. *de oratore libro allata paulo antè fuerunt*, HERODOTVM illum qui princeps genus hoc ornauit. *nam de historiæ scriptione loquitur.*

Ex M. Fabio Quinctil. lib. IX.

Vbi de compositione loquitur.

Itaque vt confiteor, pænè vltimam oratoribus artem compositionis quæ perfecta sit, contigisse: ita illis priscis habitam inter curas, in quantum adhuc profecerant, puto. Neque enim mihi quamlibet magnus autor Cicero persuaserit, Lysiam, HERODOTVM, Thucydidem, parum studiosos eius fuisse.

Aliquanto pòst.

In HERODOTO verò cùm omnia (vt ego quidem sentio) leniter fluunt, tum ipsa ἁδιάλεκτος habet eam iucunditatem vt latentes etiam numeros complexa videatur.

Idem lib. X.

Historiam multi scripsere præclarè: sed nemo dubitat duos longè ceteris præferendos: quorum diuersa virtus laudem pænè est parem consequuta. Densus & breuis, & semper instans sibi Thucydides: dulcis & candidus & fusus HERODOTVS. Ille concitatis, hic remissis affectibus melior: ille concionibus, hic sermonibus: ille vi, hic voluptate.

Addamus & hoc ex A. Gellij Noct. Attic. lib. XV. cap. XXIII.

Hellanicus, HERODOTVS, Thucydides, historiæ scriptores in iisdem temporibus ferè laude ingenti floruerunt; & non nimis longè distantibus fuerunt ætatibus. nam Hellanicus initio belli Peloponnesiaci fuisse quinque & sexaginta annos natus videtur, HERODOTVS tres & quinquaginta, Thucydides quadraginta, scriptum hoc est in libro vndecimo Pamphilæ.

EPIGRAMMATA IN HERODOTVM, QVORUM prima tria veterum sunt, reliqua H. Stephani.

ΧΡΙΣΤΟΔΩΡΟΥ ποιητοῦ Θηβαίου Κοπτίτου.

Antho-log. li. V.

Οὐδ' Ἁλικαρνασσέ με πρέσβαμε θεσπις ἀοιδὸς
Ἡρόδοτος πολύιδρις, ὃς Ὠγυγίων κλέα φωτῶν
Ὅσσα τε πρὶν ἠπείρων δυσὶ ἤγαγεν, ὅσσα τε μετὰ
Ἕδρακεν ἑρπύζων, ἐνάτας αἰνέθηκατο Μούσας
Μίξας δὲ πίηρον Ἰωνίδος αὐθεα φωνῆς.

CHRISTODORI POETÆ THEBANI COPTITÆ.

Interprete Cl. SALMASIO.

Nec te Alicarnasso vates diuine silebo
HERODOTE *ô sapiens, quo fortia facta virorum,*
Quidquid in Europa atque Asia labentibus annis
Tempora prisca tulere, nouem sacrante Camœnis
Iuncta Iadi certat florens facundia linguæ.

Α' ΔΗΛΟΥ.

apud Stephan. voce Θήκη.

Ἡρόδοτον Λύξεω κρύπτει κόνις ἥδε θανόντα
Ἴαλος ἀρχαίης ἱστορικῆς σοφίαν,
Δωριέων πάτρης βλάσαντ' ἀπὸ. τῶν γὰρ ἄπλητον
Μῶμον ὑπεκπροφυγών, Θούριον ἔσχε πάτρην.

INCERTI.

Eodem interprete.

Lyxidæ HERODOTI *cineres humus ista recondit*
Historiæ antiquæ patris Ioniacæ.
Quem Doris patria extulerat, patria altera posthæc
Thurias excepit, dum fugit inuidiam.

Fuit hoc epigramma & supra allatum ab auo meo, cum eiusdem interpretatione, pag. 8. Monuit me etiam SALMASIVS noster ὁ πάνυ, in tertio versu, vbi vulgo habetur Δωριέων πάτρης, Palatinos codices habere Δωριδος ἐκ πάτρης, quod ipsum tamen vulgato melius non esse censet.

Α'ΛΛΟ.

Ἡρόδοτος Μούσας ξβνίσατο· τῷ δ' ἀρέσκῃ
Ἀνδὶ φιλοξενίης βίβλον ἔδωκε μίαν.

ΕΡΡΙΚΟΥ ΤΟΥ ΣΤΕΦΑΝΟΥ ΕΙΣ Ἡρόδοτον.

Ἡρόδοτος λιγυρῶν οὐ μούσησιν ἄξια Μουσῶν,
Τῶδε βίβλοις σφετέρας δῶκεν ἐπωνυμίας.

ΕΙΣ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ.

Ἡροδότου τὸ φόρημα μελισσαγὲς εἶπεν ἀκούσας,
Οὐ δεῖ Μουσάων, ὦ λαλὴ Ἡρόδοτος.

Ἡ ὕπο, Καλλίσπε σίγα, ὦ λ.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ.

Ἡροδότου λαλέοντος ἀκὴν ἔσο Μοῦσα σιωπῇ,
Ὄφρα σε μὴ εἴπω Μοῦσαν ἀμοῦσον ἐμήν.

Ἡ ὕπο, Μὴ σοῖς τόσδ' ἀκοῖς Μῦσα ἄμουσος ἐμήν.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ.

Οὐχ Ἑλικωνιάδων τάδε ἰῶ, ἀλλ' Ἡροδότοιο,
Φοίβῳ ἅτ', ἐν μέσῳ τῷ Ἑλικωνιάδων.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ.

Ἡροδότου λεγόμεσθα πόνος θ' ἅμα σύνεσα Μουσῶν·
Κλέμμα γ' Μουσάων κάλλιον ἄμμε λέγειν.
Εἰ δέκα δ' ἰῶ γε γράφως, δεκάτην ὡς αὖ ἔπλασε Μῶσθν,
Ὄφρα μὴ ἡ δεκάτη βίβλος ἄμουσος ἔοι.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ.

Ἔστι μοῦ, ἔστιν Ἰὰς λιγυρὴ Ἁλικάρνασσος ἀπασῶν
Ἔξοχα, καὶ μαλακοὺς ἔθρεψε θεούς·
Ἀλλὰ γὰρ ὅσσον Ἰὰς πασῶν περιφερεστάτη ἐστί,
Τόσσον Ἰὰ ζόντων Ἡρόδοτος περιφέρει.

ALIA EIVSDEM H. STEPHANI EPIGRAMMATA, PARTIM GRÆCA, PARTIM LATINA, QVÆ iis qui HERODOTVM accusant fabulositatis, respondent: è quibus primum quod incipit Ἄφρων omisimus hîc, quum id supra iam pag. 34. habueris.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΗΡΟΔΟΤΟΝ ὡς ἀπ' αὐτοῦ.

Θαύματα πολλὰ λέγων, δοκέω πολλοῖσιν ἄπιστος·
Σοὶ γ' ἄπιστος ἔην ὅς μὲ ἄπιστον ἔρεξ.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ὡς ἀπ' αὐτοῦ.

Μυθικὴ ἰσοεἰη φθονερῶν τῷδ' ἡ τῷδε καλεσμη.
Φεῦ πόσον ἰοβόλων ὁ τόμα τῶν φθονερῶν.
Ἀλλὰ γεφύρῃ τῷδ' ἄδοξα πολλοὶ μὲ λέγουσι καὶ ἄλλοι.
Ἦ τῷδ' ἄδοξα γεφύρη, μυθικὰ ὅσ' γεφύρη;
Ἴσοεικοὶ πολέες τῷδ' ἄδοξα γεφύροισι καὶ ἄλλοι,
Καὶ τῶν δ' ἃ λέγεται μυθικὴ ἰσοεἰη.
Οὐ σοὶ σοῖς τῷδ' ἄδοξα δοκεῖ, δοκεῖ ὅπῃ πᾶσι.
Καὶ τὴν ἄπιστα δοκεῖ σήμερον, αὔριον ὅ.
Ἦ ἐμὴ ἰσοεἰη, τῷδ' ἄδοξα γεφύσα, καλείσθω
Ἦ τῷδ' ἀδοξογεφύρος, μὴν ὁ μυθογεφύρος

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ, ΩΣ ΑΠ' ΑΥΤΟΥ.

Ἔκλυον εἶν αἴδεω ὅτι πολλοὶ πολλάκι ἄνδρες
Ἰσοείης κατ' ἐμῆς πολλὰ κακηγόρεον.
Πλούταρχος, Βοιωτὸς ἀνὴρ, σοφὸς ἄρχος ἁπάντων,
Καὶ κακόηθες ἐμῦ φησὶ τὸ ἰσοεικόν.
Ἀλλ' εἰ κ' εἶν αἴδεω παρρησίη ἔστι μοι οἴκῳ,
Ἡδὺς ὁ βύηθες, κ' ὐ κακόηθες ἐμοί.

SEQVVNTVR LATINA, IN EIVSDEM HERODOTI PERSONA SCRIPTA.

I.


MENDACEM *historicum quonam me teste probabis,*
Qui nostros libros non reuerenter habes?
Dicere non satis est, Nimis hæc mihi mira videntur.
Mira nimis seclis haud ea visa suis.
Illa hoc in seclum secla vt reuocentur oportet,
Si mendacem aliquo teste probare voles.
Non reuocare potes? peto tantùm quod potes, vt non
Me, quæ visa mihi, visa negare velis.

II.

Quisquis is est, vel quisquis erit, quo iudice mendax
Dicar, vel nimium vel nihil ille sapit.
Nil sapit, hoc vulgo qui dicere credulus audet,
Atque leui famæ pondus ineſſe putat:
At si quis lectis hoc ausit dicere musis,
Quum sapit has vltra, plus satis ille sapit.

III.

Quod mihi narranti non credis, fabula dici
Protinus hoc dignum est, liuide, iudice te.
Quod quis non credit, si sic vocitare licebit,
Historicos multos fama sinistra manet.
Credulus haud volo sis, incredulus & volo non sis:
Hîc volo tu discas posse tenere modum.



BABELIS DESCRIPTIO EX HERODOTO, CVM ALI

Ante omnia notandum est, Cubitum Regium 27. partes capere (quas digitos vocant) pedem 16. digitos, & stadium sexcentos pedes: quas mensuras in tam exiguo spatio hic exacte seruare non licuit.

Extra vrbem occidentem versus, Regina Nitocris fossam quadratam effoderat, cuius longitudo ab vnoquoque latere 100. erat stadiorum RQ. RS. ST. TQ. profunditas 35. pedum. Murus v. lateribus bitumine conglutinatis coagmentatus erat. In hanc deriuauit Euphraten, cum in vrbe pontem illi superstrueret. Idem & Cyrus præstitit, cum fluuium exarefacere conaretur, vt vrbe, quam obsidebat, potiretur. Ductus fluuij in vrbis fossam vsque. V. V. V.

Claustrum lateritium. X.

Vrbis conseptum erat quadratum, totumque la... itium, V
AB. BC. CD. DA.

Muri 200. cubitos alti erant. EB. 50. cubitos lat... pr.

In muro varia erant domorum (sed vnius tabula... nodo...
topere distabant, vt latitudo currui vno satis ... et.

Euphrates fluuius vrbē in æquales partes duas d... ideba...

Fossæ amplitudo & profunditas ante muros. G.

Fluuius hinc inde humili muro septus erat. H.

Pons ligneus supra fluuium extractus, cuius de... scripti...

SEPTENTRION.



M ALIQVO DIODORI SICVLI COMPLEMENTO.

que lartium. Vnum vero latus 120. ſtadia continebat.

os lat BF.

abul: modo) ædificia. Hæc ſibi inuicem oppoſita tan-
ſatisſet.

uas ide bat, extremis à ſe inuicē 200. ſtadiis diſiũctis,
s.
t. I
us dr iptio eſt apud Diod. I.

Omnes plateæ ad lineam rectam erant protenſæ, & ideo ſe ad angulos rectos ſecabant: tranſuerſæ vero alias numero excedebant, nimirum illæ quæ trans fluuium diductæ erant, ſiue ad aggerem hincinde erectum pertingebant, & vadum inter domos & fluuium erant. K.


Quæuis platea ad aggerem terminans portam habebat æneam, in ſuperiori parte planam. L.

Turris ab vna vrbis parte ſita. M. Palatium Regis ab altera. N. Horti penſiles. O. Vrbs 100. portas habebat æqualiter à ſe inuicem diſſitas. Inter cæteras vna reliquas apparatu ſuperabat. Illic ſepulchrum Nitocris erat, cum hac inſcriptione, Rex qui pecunia egens eſt, aperiat me, & quantum volet ſumat. P.

Vallum ponè muros 200. pedes latum erat. Y.







DESCRIPTIO PONTIS BABYLONICI.

ntem hunc (ſecundum Diodorum) 2. ſtadiorum longitudine & 30. edum latitudine, G H ſic conſtruxit Semiramis.
n ſubiecerat arcus, ſed columnas mira in profundum arte iactas, extruxit lapides vt firmius inter ſe connecterentur, vncis ferreis di-ſtrinxit, & plumbo compages illiquato expleuit. Columnis verò antequam latera fluuium exciperent, angulos (qui rotundum & paulatim vſque ad columnæ latitudinem refrenatum haberent a-quarum decurſum) præſtruxit. F C.

Columnæ erant duodenum pedum interſtitio. D E.

Hæ prægrandibus trabibus obtectæ erant, & iis ſuperimpoſiti aſſeres tranſuerſi. A.




SEMIRAMIDIS ARCIS DESCRIPTIO.

ias duas ex vtraquè pontis Regione ad fluuium magnis impen-is magnificentiſſimas extruxit.
ad occidentem ſita erat, prout Diodorus Siculus recenſuit, tres ambat ambitus.
ambitus, 60. ſtadiorum & 50. orgyarum altis & ſumptuoſis ri-bus ex cocto latere conſtructus erat. A D. Lateres 300. latus. D E. Turres ad 70. orgyas ſurgebant, F G.
4. ſtadia longus erat, in cæteris primo æqualis, præterquam quod ii crudis adhuc lateribus omnis generis animantia, colorum artificio ad veritatis ſimilitudinem efficta, continebat, B.

Tertius tandè murus & intimus arcem circumdans, litera C. notatus 30. ſtadia complexus, tum longitudine, tum latitudine medij ſtructuram operis ſuperabat. Imprimis venatio illic erat variorum plena animantium, quæ magnitudine 4. cubitos excedebant. Et inter hæc Semiramis conſpiciebatur ex equo Pardalim iaculans, & prope vir eius Ninus, lancea cominus feriens leonem. I. H.

Interior arcis ſtructura à Diodoro & Herodoto ſimul omiſſa, hic ad pictoris placitum eſt ſubſtituta.





DESCRIPTIO HORTORVM SEMIRAMIDIS, QVI PENSILES DICTI SVNT.

vno latere ciuitatis erant horti ſuſpenſi, fere coniuncti fluuio Euphrati, qui inter ſeptem miracula Mundi numerabantur.

ius eorum erat figuræ quadratæ, quadringentorum pedum, per quemlibet angulum, quibus correſponderent ſecundus & tertius. A B. A C. &c.

tus erant quatuor Atria vel Areæ, quadringentorum pedum longitudinis, & centum latitudinis, ita vt vna ſupra aliam emineret. E F G H.

ima eleuabatur à terra duodecim cubitos cum dimidio. E.

cunda, viginti cubitos. F.

ertia, triginta ſeptem cubitos cum dimidio. G.

uarta proxima Euphrati, quinquaginta cubitos. Illic extrahebatur aqua ab Euphrate certis quibuſdam machinis, ad irrigandos hortos. H.

ota hæc ſtructura ſuſtinebatur fornicibus latericiis, ſibi cohærentibus lato interſtitio ſecundum proportionem arearum, quorum quilibet habebat 12. pedes diametri. N O.

Diſtabat itaque vnus ab altero fornix pedes 22. O. P.

Et hoc quidem tam pro firmatione intermedia, quam pro commoditate manſiuncularum quarundam ibi exſtructarum.

Superiora harum tabernarum primo erant inſtrata magnis lapidibus, longitudinis 16. pedum, & 4. latitudinis vt in prima area videre eſt E.

Secundo, totum illud erat coopertum magnis arundinibus, vt in ſecunda area obſeruatur. F.

Tertio, omnes illæ arundines erant obtectæ magnis laminis plumbeis, quæ defenderent fornices ab humiditate terræ. G.

Quarto, tandem, erat ſuper omnia hæc optima terra, exculta exquiſitis floribus & plantis. H.

Gradus à Diodoro non referuntur, ſed ex Architecturæ regulis à nobis ita ſunt concinnati, & literis I K L M. deſignati.

Feneſtræ litera R notatæ, tot erant aperturæ, per quas in ſingulas areas viſere dabatur.



DESCRIPTIO TVRRIS
BABYLONICÆ.

In medio alterius vrbis partis alia erat planities, duo complectens ſtadia. In hac turris illa ab Herodoto tantopere celebrata, ſita erat.

Hoc ædificium 8. turribus ſibi inuicēm ſuperſtructis conſtabat, & in harum ſummitate Belis templum erat. Eas verò numeris diſtinximus, 1.2.3.4.5.6.7.8.

Prima & infima ſtadium vnum continebat, id eſt 600. pedes orbiculatim. C. D.

Æquabatur ipſi ſummitas.

Cæteræ pro ſtructuræ ratione erant inæquales.

Scalæ extrinſecus patebant, vt ex hac pictura clarum eſt, G O.

In quauis ſcala erant apta ſedilia, per literas E F hic notata.

DESCRIPTIO TVRRIS
BABYLONICÆ.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΟΣ ΙΣΤΟΡΙΑ· Η' ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΟΙ Θ', ΕΠΙ. ἐπιγεγραμμέναι ΜΟΥΣΑΙ.

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIA: SIVE HISTORIARVM LIBRI NOVEM, MVSARVM nominibus inscripti.

LIBER PRIMVS, *qui inscribitur* CLIO.

HERODOTI Halicarnassei [1] historiæ explicatio hęc est: vt neque ea quæ gesta sunt, ex rebus humanis oblitterentur [2] ex æuo, neque ingentia & admiranda opera vel à Græcis edita vel à barbaris, [3] gloria fraudentur, cum alia, tum vero [4] qua de re isti inter [1] se belligerauerunt. Persarum [5] eximij memorant dissensionum autores extitisse Phœnices, qui à mari quod rubrum vocatur, in hoc nostrum [6] proficiscentes, & hanc incolentes regionem quam nunc quoq; incolunt, longinquis continuo nauigationibus incubuerunt: faciendísque Ægyptiarum & Assyriarum mercium vecturis, cum in alias plagas, tum etiam Argos peruenerunt. Argos etenim ea tempestate omnibus ciuitatibus regionis quæ nunc Græcia nominatur, antecellebat. Huc porro appulsos Phœnices mercimonia exposuisse: & quinto sextove quam appulissent die, cunctis fere diuenditis, feminas ad mare veniſſe cum alias multas, tum vero regis

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΠΡΩΤΗ, ἐπιγεγραμμένη ΚΛΕΙΩ.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ Ἁλικαρνασσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε· ὡς μήτε τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων τῷ χρόνῳ ἐξίτηλα γένηται, μήτε ἔργα μεγάλα τε καὶ θωυμαστὰ, τὰ μὲν Ἕλλησι, τὰ δὲ βαρβάροισι ἀποδεχθέντα, ἀκλεᾶ γένηται· τά τε ἄλλα, καὶ δι' ἣν αἰτίην ἐπολέμησαν ἀλλήλοισι. Περσέων μὲν νυν οἱ λόγιοι Φοίνικας φασὶ γενέσθαι τῆς διαφορῆς αἰτίους. Τούτους γὰρ ἀπὸ τῆς Ἐρυθρῆς καλεομένης θαλάσσης ἀπικομένους ἐπὶ τήνδε τὴν θάλασσαν, καὶ οἰκήσαντας τὸν περ καὶ νῦν οἰκέουσι χῶρον, αὐτίκα ναυτιλίῃσι μακρῇσιν ἐπιθέσθαι. ἀπαγινέοντας δὲ Αἰγύπτιά τε καὶ Ἀσσύρια, τῇ τε ἄλλῃ χώρῃ ἐσαπικνέεσθαι, καὶ δὴ καὶ ἐς Ἄργος. Ἦν δὲ Ἄργος τότε τὸν χρόνον τοῦτον προέχον ἅπασι τοῖσι ἐν τῇ νῦν Ἑλλάδι καλεομένῃ χώρῃ. ἀπικομένους δὲ τοὺς Φοίνικας ἐς δὴ τὸ Ἄργος τοῦτο, διατίθεσθαι τὸν φόρτον. πέμπτῃ δὲ ἢ ἕκτῃ ἡμέρῃ ἀπ' ἧς ἀπίκοντο, ἐξεμπολημένων σφι τὰ δὴ πολλὰ τῶν, ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν θάλασσαν γυναῖκας, ἄλλας τε πολλὰς, καὶ δὴ καὶ τοῦ βασιλέος

ἐπολέμ. μεν.

1 2 3 4 5 Historiæ editio. *Totum hoc principium posset ita reddi*, Hæc est historia ab Herodoto Halic. edita: vt nec ea quæ facta sunt, ex hominum memoria temporis longinquitate deleantur, neque magnorum & admirandorum facinorum, quæ partim Græci partim barbari ediderunt, fama extinguatur, cum circa alia *quæ de ijs cognitu digna sunt*, tum vero *circa hoc*, quænam belli inter eos causſa fuerit. Persarum quidem certè sermones memorant diss. *Legit autem hic interpres* λόγιοι *pro* λόγοι. 6 Profecti, & positis sedibus in ea regione quam, &c.

θυγατέρα. Ὃ δὲ οἱ οὔνομα ἦν) κατ' τὠυτὸ ὃ καὶ Ἕλλησες λέγουσιν, Ἰοῦν τ' Ἰνάχου. Ταύτας φάσας κατ' εὐρύμενιν τ' νηὸς, ὠνέεσθαι τῶν φορίων τῶν σφὶν ἐπιθυμὸς μάλιστα· καὶ τὰς Φοίνικας ἀναθαρσήσαντας ἐπιβαλέσθαι τὴν ἁρπαγήν. Ταῦτα μὲν δὴ πλοῦνας τῶν γυναικῶν ἀποφυγέειν, τὴν δὲ Ἰοῦν σὺν δεήσιον ἁρπασθῆναι. ἐσβαλλομένους δὲ ἐς τὴν νέα, οἴχεσθαι ἀποπλέοντας ἐπ' Αἰγύπτου. Οὕτω μὲν Ἰοῦν ἐς Αἴγυπτον ἀπικέσθαι λέγουσι Πέρσαι, οὐκ ὡς Ἕλλησες· καὶ τῶν ἀδικημάτων τοῦτο ἄρξαι πρῶτον. Μετὰ δὲ ταῦτα, Ἑλλήνων τινὰς (οὐ γὰρ ἔχουσι τοὔνομα ἀπηγήσασθαι) φασὶ τῆς Φοινίκης ἐς Τύρον πρῶτον ἀρπάσαι τὴν βασιλέος τὴν θυγατέρα Εὐρώπην. (Εἶησαν δ' ἂν οὗτοι Κρῆτες) ταῦτα μὲν δὴ ἴσα σφι πρὸς ἴσα γενέσθαι. μετὰ δὲ ταῦτα, Ἕλληνας αἰτίους τῆς δευτέρης ἀδικίης γενέσθαι. καταπλώσαντας γὰρ μακρῇ νηῒ ἐς Αἶάν τε τὴν Κολχίδα καὶ ἐπὶ Φᾶσιν ποταμόν, ἐνθεῦτεν, διαπρηξαμένους καὶ τἆλλα τῶν εἵνεκεν ἀπίκοντο, ἁρπάσαι τὴν βασιλέος τὴν θυγατέρα Μηδείην. πέμψαντα δὲ τὸν Κόλχων βασιλέα ἐς τὴν Ἑλλάδα κήρυκα, αἰτέοντά τε δίκας τῆς ἁρπαγῆς, καὶ ἀπαιτέοντα τὴν θυγατέρα· τοὺς δὲ ὑποκρίνασθαι ὡς οὐδὲ ἐκεῖνοι Ἰοῦς τῆς Ἀργείης ἔδοσάν σφι δίκας τῆς ἁρπαγῆς· οὐδὲ ὧν αὖτοὶ δώσειν ἐκείνοισι. Δευτέρῃ δὲ λέγεσι γενεῇ μετὰ ταῦτα Ἀλέξανδρον τὸν Πριάμου, ἀκηκοότα ταῦτα, ἐθελῆσαί κ τῆς Ἑλλάδος δι' ἁρπαγῆς γυναῖκα, εἰδότα ἁρπάσαντα πρήτων ὅτι οὐ δώσει δίκας· οὐδὲ γὰρ ἐκείνους διδόναι. οὕτω δὴ ἁρπάσαντος αὐτὸν Ἑλένην, τοῖσι Ἕλλησι δόξαι, πρῶτον πέμψαντας ἀγγέλους, ἀπαιτέειν τε Ἑλένην, καὶ δίκας τῆς ἁρπαγῆς αἰτέειν. τοὺς δὲ, προφερόμενον ταῦτα, προφέρειν σφι Μηδείης τὴν ἁρπαγήν. ὡς οὐ δόντες αὖτοὶ δίκας, οὐδὲ ἐκδόντες ἀπαιτεόντων, βουλεύεσθαι τὸ σφι πάρα ἄλλων δίκας γίνεσθαι; Μέχρι μὲν ὦν τούτων, ἁρπαγὰς μούνας εἶναι παρ' ἀλλήλων, τὸ δὲ ἀπὸ τούτου, Ἕλληνας δὴ μεγάλως αἰτίους γενέσθαι. πρότερος γὰρ ἄρξαι στρατεύσασθαι ἐς τὴν Ἀσίην, ἢ σφέας ἐς τὴν Εὐρώπην. Τὸ μὲν νῦν ἁρπάζειν γυναῖκας, ἀνδρῶν ἀδίκων ἔργον νομίζειν εἶναι· τὸ δ' ἁρπασθεισέων σπουδὴν ποιήσασθαι τιμωρέειν, ἀνοήτων· τὸ μὲν γὰρ μηδεμίην ὥρην ἔχειν ἁρπασθεισέων, σωφρόνων. δῆλα γὰρ δὴ ὅτι εἰ μὴ αὐταὶ ἐβουλέατο, οὐκ ἂν ἡρπάζοντο. σφέας μὲν δὴ τοὺς κ τῆς Ἀσίης λέξασθαι Πέρσαι ἁρπαζομένων τῶν γυναικῶν λόγον οὐδένα ποιήσασθαι.

filiam, cui nomen esset idem quod Græci tradunt, Io filiam Inachi. Dumque hæ feminæ puppi nauis assistentes ea mercarentur quę cuiusque auiditas maximè ferebat, in eas Phœnices sese adhortatos impetum fecisse: & ipsarum plerisque aufugientibus, Io cum aliis aliquot raptam fuisse: eisque in nauem impositis Phœnices in Ægyptum vela fecisse. Hunc itaque in modum Io in Ægyptum peruenisse memorāt Persæ, non quemadmodum [1] Græci: & hoc iniuriarum principium extitisse. Post hæc Græcorum quosdam, quorum nomina non possunt dicere, Tyrum appulsos, filiam regis rapuisse Europam: (fuerunt autem isti Cretenses) [2] illisque par pari repensum. Verum postea Græcos secundæ iniuriæ autores extitisse. longa enim naue [3] in ora Colchidis & ad Phasim fluuium, quū cetera transegissent quorum gratia venerant, illinc rapuisse filiam regis Medeam. Ad quam reposcendam, pœnasque de raptu petendas, quum rex Colchorum caduceatorem misisset, Græcos respondisse, vt illi de rapta Io Argiua pœnas sibi non dedissent, ita ne se quidem illis daturos. Secunda dehinc ætate, ferunt, Alexandro Priami filio, quum ista audisset, cupidinem incessisse vxoris sibi per rapinam è Græcia comparandæ, certum habenti omnino se pœnas non pensurum, quas nec illi pependissent. Ita quum is Helenam rapuisset, visum esse Græcis, primum missis illuc nunciis & Helenam repetere, & pœnas de raptu petere. Illos vero [4] tergiuersantes mentionem fecisse de raptu Medeæ: & qui nec pœnas dedissent, nec rapinā reposcentibus reddidissent, quomodo vellent ab aliis sibi pœnas dari. Hactenus igitur inter eos mutuis solis rapinis actum. Eorum autem quæ deinceps extiterunt, Græcos prę cipue autores extitisse, qui priores in Asiam quam ipsi in Europam copias ducere incepissent. Se quidem sentire iniuriorum virorum factum esse rapere feminas: amentium vero, raptis vlciscendis operam dare: prudentium autem, [5] pro nulla habere raptarum pulchritudinem: quippe quæ, nisi voluissent, haud dubie raptæ non fuissent. [6] Eoque suarum feminarum ex Asia raptarum Persæ negant vllam se habuisse rationem:

I. II. III. IV.

1 Phœnices. *Sed alteram lect. sequitur.* 2 Et ista quidem parî compensatione inter eos esse facta. 3 Æam Colchicam aduectos. 4 Medeæ raptum ipsis obiecisse, ista prætexendo, quum nec ipsi pœnas, &c. 5 Raptas nihil curare. 6 Se itaque Asianos raptarum mulierum nullam rationem habuisse dicunt Persæ: Gr.

Græcos

Græcos autem Lacedæmoniæ mulieris gratia ingentem comparasse classem, deinde in Asiam profectos, imperium Priami euertisse: atque ex eo tempore semper existimasse sibi hostes esse Græcos. Siquidem Asiam & barbaras gentes quæ illam incolunt, [1] putant Persæ sibi necessitudine coniunctas, Europam ve-
V ro & Græcos à se esse disiunctos. Hunc in modũ Persæ rem gestam esse memorant, & Ilii excidium sibi discordiæ cum Græcis extitisse principium comperiunt. Cum quibus nõ consentiunt de Io Phœnices, quam negant se in Ægyptum abduxisse raptu vsos, sed eam apud Argos cum nauclero nauis ipsorum rem habuisse: & quum se grauidam esse comperisset, veritam parentes, [2] sic voluntariam cum Phœnicibus nauigasse, ne detegeretur. Et hæc quidem Persæ Phœnicesque referunt: ego vero, vtrum sic gesta sint necne, [3] non pluribus persequar. Ceterum quem ipse noui primum cœpisse inferre Græcis iniuriam, [4] hunc indicabo, longius oratione pergens, tam paruas vrbes ciuitatesque commemorando quam magnas. Nam quæ olim magnæ erant, earũ permultæ factę sunt paruę: rursus, quę mea memoria magnæ fuerunt, prius fuerant paruæ. Igitur quũ sciam humanam felicitatem nequaquam in eodem tenore perstare, [5] vtriusq; fortunæ mentionem habebo.

VI CROESVS genere quidem fuit Lydus, patre autem Alyatte: eatum vero nationum [6] tyrannus quæ intra Halym amnem sunt, qui à meridie Syros ac Paphlagones interfluens, contra ventum Aquilonem, in mare quod vocant Euxinum euoluitur. Hic Crœsus, è barbaris quos cognitos habemus primus Græcorum [7] alios ad tributum pendendum adegit, alios sibi amicos conciliauit. Subegit quidem Iones, Æoles, & qui sunt in Asia Dores: amicos autem sibi fecit Lacedæmonios, quum ante eius imperium vniuersi Græci liberi fuissent. Nam Cimmeriorum aduersus Ioniam expeditio, vetustior illa quidem Crœso extitit, non tamen [8] vrbes expugnauit, sed per incursiones prędas abegit. Ceterum principatus quum esset Heraclidarum, ad genus Crœsi,
VII qui vocabantur Mermnadæ, sic peruenit: CANDAVLES, is quem Græci Myrsilum nominant, Sardium fuit [9] tyrannus,

Ἕλλωας ὁ Λακεδαιμονίης ἕνεκεν γυναικὸς ἀνδρὸς στρατὸν μέγαν συναγείρας, καὶ ἔπειτα ἐλθόντας ἐς τὴν Ἀσίην, τὴν Πριάμου δύναμιν κατελεῖν. ἀπὸ τούτου τε ἀεὶ ἡγήσασθαι τὸ Ἑλληνικὸν σφίσι εἶναι πολέμιον. τὴν γὰρ Ἀσίην καὶ τὰ ἐνοικέοντα ἔθνεα βάρβαρα οἰκειεῦνται Πέρσαι, τὴν δὲ Εὐρώπην καὶ τὸ Ἑλληνικὸν ἄζηλα κεχωρίσθαι. Οὕτω μὲν Πέρσαι λέγουσι γενέσθαι, καὶ περὶ τοῦ Ἰλίου ἄλλοσι ἐξισχουσι σφίσι ἐόδσαν τὴν ἀρχὴν τῆς ἔχθρης τῆς ἐς τοὺς Ἕλληνας. περὶ δὲ τῆς Ἰοῦς οὐκ ὁμολογέουσι Πέρσῃσιν οὕτω Φοίνικες. οὐ γὰρ ἁρπαγῇ σφέας χρησαμένους λέγουσιν ἀγαγεῖν αὐτὴν ἐς Αἴγυπτον, ἀλλ' ὡς ἐν τῷ Ἄργει ἐμίσγετο τῷ ναυκλήρῳ τῆς νηός· ἐπεὶ δὲ ἔμαθεν ἔγκυος ἐοῦσα, αἰδεομένη τοὺς τοκέας, οὕτω δὴ ἑκοῦσαν τὴν αὐτὴν τοῖσι Φοίνιξι συνεκπλῶσαι, ὡς ἂν μὴ κατάδηλος γένηται. Ταῦτα μὲν νυν Πέρσαι τε καὶ Φοίνικες λέγουσιν. ἐγὼ δὲ περὶ μὲν τούτων οὐκ ἐρχόμενος ἐρέων ὡς οὕτως ἢ ἄλλως πως ταῦτα ἐγένετο· ὃν δὲ οἶδα αὐτὸς πρῶτον ὑπάρξαντα ἀδίκων ἔργων ἐς τοὺς Ἕλληνας, τοῦτον σημήνας, προβήσομαι ἐς τὸ πρόσω τοῦ λόγου, ὁμοίως σμικρὰ καὶ μεγάλα ἄστεα ἀνθρώπων ἐπεξιών. Τὰ γὰρ τοπάλαι μεγάλα ἦν, τὰ πολλὰ αὐτῶν σμικρὰ γέγονε· τὰ δὲ ἐπ' ἐμεῦ ἦν μεγάλα, πρότερον ἦν σμικρά. τὴν ἀνθρηπίνην ὦν ἐπίστατο ἀνολβον οὐδαμονίην οὐδαμὰ ἐν τωὐτῷ μενόυσαν, ἐπιμνήσομαι ἀμφοτέρων ὁμοίως.

ΚΡΟΙΣΟΣ ὦν Λυδὸς μὲν ἦν τὸ γένος, παῖς δὲ Ἀλυάττεω τύραννος ἔθνεων τῶν ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ, ὃς ῥέων ἀπὸ μεσαμβρίης μεταξὺ Σύρων καὶ Παφλαγόνων, ἔρχεται πρὸς Βορέην ἄνεμον ἐς τὸν Εὔξεινον καλεόμενον πόντον. Οὗτος ὁ Κροῖσος, βαρβάρων τοῦτος τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, οὗτος μὲν κατεστρέψατο Ἑλλήνων ἐς φόρου ἀπαγωγήν, τοὺς δὲ, φίλους ποιησάμενος, κατεστρέψατο μὲν Ἴωνας τε καὶ Αἰολέας, καὶ Δωριέας τοὺς ἐν τῇ Ἀσίῃ· φίλους δὲ προσεποιήσατο Λακεδαιμονίους. πρὸ δὲ τῆς Κροίσου ἀρχῆς πάντες Ἕλληνες ἦσαν ἐλεύθεροι. Τὸ γὰρ Κιμμερίων στράτευμα τὸ ἐπὶ τὴν Ἰωνίην ἀπικόμενον, Κροίσου ἐὸν πρεσβύτερον, οὐ κατεστροφὴ ἐγένετο τῶν πολίων, ἀλλ' ὅσον ἐπιδρομῆς ἁρπαγή. Ἡ δὲ ἡγεμονίη οὕτω περιῆλθεν, ἐοῦσα Ἡρακλειδέων, ἐς τὸ γένος τὸ Κροίσου, καλεομένους δὲ Μερμνάδας. ἦν Κανδαύλης, τὸν Ἕλληνες Μυρσίλον καλέουσι, τύραννος Σαρδίων,

1 *Vel*, in necessitudinem suam recipiunt: cum Europa vero & Græcis nullam sibi societatem intercedere existimant. *Vel*, nihil sibi esse commune. 2 Tum demum vltro cum Ph. 3 Dicere non cõstitu. *Q.d.* non me comparo ad dicendum. 4 Hunc vbi indicauerim, vlterius progrediar, tam p. 5 De vtrisque ment. 6 Regnator. *Vel* rex. *aut*, dominator. *Sic & alijs in locis.*
7 *Vel*, Alios subactos, *siue* (subiugatos) pendere sibi tributum coegit. 8 Vrbes subiugauit. *Vel*, pati iugum coegit. 9 *Subaudi* *statue eandem interpretationem quam paulo ante.*

χ. Ἄργων. ἀπόγονος ὁ Ἀλκαίου τοῦ Ἡρακλέος. " Ἄργων μὲν γὰρ ὁ Νίνου, τοῦ Βήλου, τοῦ Ἀλκαίου, πρῶτος Ἡρακλειδέων, βασιλεὺς ἐγένετο Σαρδίων· Κανδαύλης ὁ Μύρσου, ὕστατος. οἱ δὲ πρότερον " Ἄργωνος βασιλεύσαντες ταύτης τῆς χώρης, ἦσαν ἀπόγονοι Λυδοῦ τοῦ Ἄτυος· ἀπὸ τοῦ ὁ δῆμος Λυδὸς ἐκλήθη ὁ πᾶς ἔθνος, πρότερον Μῆων καλεόμενος. παρὰ τούτων δὲ Ἡρακλεῖδαι ὑπεξαφθέντες, ἔσχον τὴν ἀρχὴν ἐκ θεοπροπίου, ἐκ δούλης τε τῆς Ἰαρδάνου γεγονότες καὶ Ἡρακλέος· ἄρξαντες ὑπὲρ δύο καὶ εἴκοσι γενεὰς ἀνδρῶν, ἔτεα πέντε τε καὶ πεντακόσια, παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεκόμενος τὴν ἀρχήν, μέχρι Κανδαύλεω τοῦ Μύρσου. Οὗτος δὴ ὦν ὁ Κανδαύλης ἠράσθη τῆς ἑωυτοῦ γυναικός· ἐρασθεὶς δέ, ἐνόμιζε ἑωυτῷ (εἶχε γὰρ) γυναῖκα πολλὸν πασέων καλλίστην. ὥς τε δὴ ταύτα νομίζων· ἦν γάρ οἱ τῶν ἀρχμοφόρων Γύγης ὁ Δασκύλου ἀρεσκόμενος μάλιστα· τούτῳ τῷ Γύγῃ καὶ τὰ " πρωτοδαμέστερα τῶν πρηγμάτων ἐπέτρεπε ὁ Κανδαύλης, καὶ δὴ καὶ τὸ εἶδος τῆς γυναικὸς ὑπερεπαινέων. χρόνου δὲ οὐ πολλοῦ διελθόντος (χρῆν γὰρ Κανδαύλῃ κακῶς ἔσεσθαι) ἔλεγε πρὸς τὸν Γύγην τοιάδε, Γύγη, οὐ γάρ σε δοκέω πείθεσθαί μοι λέγοντι περὶ τοῦ εἴδεος τῆς γυναικός· (ὦτα γὰρ τυγχάνει ἀνθρώποισι ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν) ποιέειν ὅκως ἐκείνην θηήσεαι γυμνήν. ὁ δέ, μέγα ἀμβώσας, εἶπε, Δέσποτα, ἵνα λέγεις λόγον οὐκ ὑγιέα, κελεύων με δεῖνα δὴ τὴν ἐμὴν θηήσασθαι γυμνήν; ἅμα δὲ κιθῶνι ἐκδυομένῳ συνεκδύεται καὶ τὴν αἰδῶ γυνή. πάλαι δὲ τὰ καλὰ ἀνθρώποισι ἐξεύρηται, ἐκ τῶν μανθάνειν δεῖ. ἐν τοῖσι ἓν τόδε ἐστί, " τὴν ἑωυτοῦ σκοπεῖν. ἐγὼ δὲ πείθομαι ἐκείνην ὑπερφέρειν (εἶχε γὰρ) πασέων γυναικῶν καλλίστην· καὶ σέο δέομαι μὴ δέεσθαι ἀνόμων. Ὁ μὲν δὴ, λέγων τοιαῦτα, ἀπεμάχετο, " ἀρρωδέων μή τι ἐξ αὐτέων γένηται κακόν. ὁ δὲ " ἀμείβεται τοιάδε, Θάρσει Γύγη, καὶ μὴ φοβέο μήτε ἐμέ, ὡς σέο " πειρώμενον λέγω λόγον τόνδε· μήτε γυναῖκα τὴν ἐμήν, μή τι τοι ἐξ αὐτῆς γένηται βλάβος. ἀρχὴν γὰρ ἐγὼ μηχανήσομαι οὕτως ὥς τε μηδὲ μαθεῖν μιν ὀφλεῖσαν τοὐμόν. ἐγὼ γάρ σε ἐς τὸ οἴκημα ἐν τῷ κοιμώμεθα, ὄπισθε τῆς ἀνοιγομένης θύρης θήσω. μετὰ δὲ ἐμὲ ἐσελθόντα, παρέσται καὶ ἡ γυνὴ ἡ ἐμὴ ἐς " κοίτην.

ab Alcæo Herculis filio oriundus. Siquidem Heraclidarũ primus, Sardium rex extitit Argon, Nini filius, Beli nepos, Alcæi pronepos: nouissimus, Candaules Myrsi filius: quum ante Argonem qui in ea regione regnauerãt, fuissent oriũdi à Lydo Atyis filio, à quo totus is populus cognominatus est Lydius, quum Meon antea vocaretur. Ab his [1] succedentes Heraclidæ, imperium ex oracvlo adepti sunt, Iardanæ ancilla & Hercule geniti: idq; per quingentos & quinque annos, duas & viginti virorum ætates, tenuerunt, filius patri deinceps succedens, vsque ad Candaulem Myrsi filium. Hic igitur Candau- VIII. les vxorem adamabat, eamque præ amore arbitrabatur omnium feminarum esse pulcherrimam. Hoc ita esse sibi persuadens, apud Gygem, Dascyli filiũ, ex satellitibus suis (erat enim is maxime ipsi acceptus, [2] eoque ministro in rebus magis arduis vtebatur) speciem vxoris supra modum extollebat. Ad quem non multo interiecto tempore (necesse nanque erat ei male euenire) inquit his verbis, Gyges, [3] neque enim videris mihi fidem habere referenti de coniugis specie: (quod magis incredulæ sunt hominibus aures quam oculi) fac illam conspicias nudam. Hic autem vehementer exclamans, Quemnam, inquit, here sermonem profers haudquaquam sanum, qui me iubes inspicere heram meam nudam? Mulier exuta tunica, & verecundiam pariter exuit. Iam olim hominib⁹ sunt honesta excogitata, [4] vnde discere debemus: ex quibus hoc vnũ est, Quæ sua sint, quemque inspicere debere. Ego vero tibi fidem habeo, illam esse feminarum omnium speciosissimam, teq; oro ne me ores illicita. Atque hæc dicendo Gyges IX. repugnabat, pertimescens nequid sibi ex ea re mali contingeret. Cui vicissim ille his verbis, Fidens, inquit, esto Gyges: caue timeas aut me, tanquam hoc te sermone tentantem, aut vxorem meam, nequid tibi ex ea detrimenti creetur. Principio enim [5] sic ego machinabor, vt illa ne deprehẽdere quidẽ possit se abs te fuisse inspectam. Te nanque secundũ fores cubiculi in quo cubamus, quum apertæ fuerint, collocabo. Vbi ergo fuero ingressus, aderit & vxor mea in cubiculum: iuxta cuius introitum

1 Autem educati Heracl. 2 Eique res magis serias communicabat) spec. 3 Quia non videris m. 4 Vnde discere oportet. Q. d. *Iam olim compertum fuit quanam honestati essent consentanea, & inde nobis petenda disciplina est. Vnum autem eorum est.* 5 Tali artificio vtar, vt.

sella

sella posita est, super quam vestes illa (vt quamque exuet) reponet, sese per multum otium spectandam præbens: quæ quum à sella cubitum perget, [1] ostendens inuicem terga, curæ tibi sit deinceps ne te per fores abeuntem conspiciat. Gyges igitur, vbi effugere non potuit, fuit paratus: quem Candaules, postea quam hora cubandi visa est adesse, in cubiculum duxit: statimque post & vxor adfuit. quam introeuntem ac vestimenta deponentem Gyges intuitus, vbi auersa fuit illa cubitum vadens, ipse è loco prorepens foras abiit: & inter exeundū à muliere conspectus est. [2] Hæc, vt didicit à viro quid actum esset, neque præ pudore exclamauit, neque visa est percepisse, habens in animo Candaulem vlciscī. Apud Lydos enim, & fere apud ceteros quoque barbaros, magno probro est etiam virum conspici nudum. Ita tunc nihil aperiens mulier, silentium tenuit: mox autem vbi dies illuxit, quos domesticorum maxime sibi fideles intelligebat esse, quum præparasset, Gygem accersit. Hic eam nihil suspicans scire eorum quæ acta erant, accersitus venit: quippe qui antea solitus esset ad reginā concedere, quoties ab ea vocaretur. Vt venit, ad eum his verbis mulier inquit, [3] Nunc duabus tibi præsentibus viis, Gyges, offero electionem, in vtram malis diuertere. Aut enim me paritet ac regnum Lydorum habe, vbi Candaulem interfeceris, aut teipsum continuo occumbere sic oportet: ne in omnibus Candauli obsequendo, [4] posthac scias quę te scire non decet. sed aut illum qui ista consuluit, interire opus est: aut te, qui nudam me es conspicatus, & illicita fecisti. Ad hæc verba Gyges primum obstupefactus, postea obsecrare illam ne se ad talem necessitatem adigeret alterutrum eligendi. Vbi non persuadet, sed vtique propositam sibi necessitatem cernit aut interimendi herum, aut per alios pereundi, elegit vt ipse superesset: atque ita percontans illam, inquit, Quandoquidem me adigis inuitū ad herum meum occidendū, age, audiam quo pacto illū adoriemur. Excipiens illa, Ex eo, inquit, loco adoriendus erit vnde ille me nudam ostendit. in sopitum autem impetus dabitur. Posteaquā igitur insidias instruxerunt,

ἐσόδου θρόνος· ὅπῃ τοῦτον τὸν ἰμαλιὸν καὶ ἐν ἕ- cc
κασον ἐκδιδύουσα θήσει, καὶ κατ' ἡσυχίην πολ- cc
λὴν παρέξει τοι θεήσασθαι. ἐπεὰν δ' ἀπὸ τοῦ cc
θρόνου στείχῃ ὅπῃ τὴν θύρην, καὶ νόῳ τε αὐτῆς cc
ἧσσον, σοὶ μελέτω ὅκως μή σε ὄψεται ἰόν- cc
τα ἔμπροσθεν τῶν θυρέων. Ὁ μὲν δὴ, ὡς οὐκ ἐδύνα- cc
το ἀλαφυγέειν, ἕτοιμος. ὁ δὲ Κανδαύλης, ἐπεὶ
ἐδόκεεν ὥρη τε κοίτης εἶναι, ἤγαγε τὸν Γύγεα ἐς τὸ οἴ-
κημα· καὶ μετὰ ταῦτα αὐλίκα παρῆν καὶ ἡ γυνή.
ἐσελθούσης δὲ καὶ τιθείσης τὰ εἵματα ἐθήητο ὁ Γύ-
γης. ὡς δὲ κατὰ νόον ἐγένετο, ἰούσης τῆς γυναι-
κὸς ἐς τὴν κοίτην, ἐκδὺς ἐχώρεεν ἔξω. καὶ ἡ
γυνὴ ὁρᾷ μιν ἐξιόντα. μαθοῦσα δὲ τὸ ποιηθὲν ἐκ γρ. ἐπέθεκε
τοῦ ἀνδρὸς, οὔτε ἀνέβωσεν, αἰσχυνθεῖσα, ὅτε ἐδό-
ξε μαθέειν, ἐν νόῳ ἔχουσα ἀμύνασθαι τὸν Κανδαύ-
λεα. πάρα γὰρ τοῖσι Λυδοῖσι, σχεδὸν δὲ καὶ πᾶσι
τοῖσι ἄλλοισι βαρβάροισι, καὶ ἀνδρὸς ὀφθῆναι
γυμνόν, αἰσχύνης μεγάλης φέρει. Τότε μὲν γρ. ἐσιδεῖν
δὴ οὕτως, σιγῇ ἐν δηλώσασα, ἡσυχίην εἶχε· ὡς γρ. ἦγε.
ἡμέρη τάχιστα ἐγεγόνεε, τῶν οἰκετέων τοὺς μάλι-
στα ἑωρα πιστοὺς ἑωυτῇ ἐπιμιξ ποιησαμένη,
ἐκάλεε τὸν Γύγεα. ὁ δὲ, οὐδὲν δοκέων αὐτίκα τῶν
πρηχθέντων ὑπίσω θαι, ἦλθε καλεόμενος. ἐνθεῦ
γὰρ καὶ πρόσθεν, ὅκως ἡ βασίλεια καλέοι, φοιτᾶν.
ὡς δὲ ὁ Γύγης ἀπίκετο, ἔλεγε ἡ γυνὴ τάδε, Νῦν cc
τοι δυοῖν ὁδοῖν παρεουσέων, Γύγη, δίδωμι αἵρεσιν, cc
ὁκοτέρην βούλεαι τραπέσθαι. ἢ γὰρ Κανδαύλεα cc
ἀποκτείνας, ἐμέ τε καὶ τὴν βασιληίην ἔχε τὴν Λυ- cc
δῶν, ἢ αὐτίκα σε αὐτὸν οὕτως ἀποθνήσκειν δεῖ· ὡς cc
ἂν μὴ πάντα πειθόμενος Κανδαύλῃ, τὰ λοιπὰ ἴ- cc
δῃς τὰ μή σε δεῖ. ἀλλ' ἦτοι κεῖνόν γε τὸν ταῦτα βου- cc γρ. βουλεύσαντα
λευσάμενον δεῖ ἀπόλλυσθαι, ἢ σε τὸν ἐμὲ γυμνὴν θη- cc γρ. θεήσαντα
σάμενον, καὶ ποιήσαντα οὐ νομίζομεν. ὁ δὲ
Γύγης τέως μὲν ἀπεθώυμαζε τὰ λεχθέντα· με-
τὰ δὲ, ἱκέτευε μή μιν ἀναγκαίῃ ἐνδεῖν δεινῇ-
ναι τοιαύτην αἵρεσιν. οὐκων δὴ ἔπειθεν, ἀλλ' ἑώρα
ἀναγκαίως ἀληθέως προκειμένῳ, ἢ τὸν δεσπότεα
ἀποκτεῖναι, ἢ αὐτὸν ὑπ' ἐκείνων ἀπόλλυσθαι. αἱ- γρ. ἀπολλέσθαι,
ρέεται αὐτὸς τὸν ἐκείνην. ἐπειρώτα δὴ λέγων τά- ναι,
δε, Ἐπεί με ἀναγκάζεις δεσπότεα τὸν ἐμὸν κτεί- cc
νειν, σὸν ἐθέλοντα, φέρε ἀκούσω τέῳ καὶ τρόπῳ cc
ὁπιχειρήσωμεν αὐτόν. ἡ δ', ὑπολαβοῦσα ἔφη, Ἐκ cc
τοῦ αὐτοῦ μὲν χωρίου ἡ ὁρμὴ ἔσται ὁθεν περ καὶ ἐκεῖνος ἐ- cc
μὲ ἐπεδέξατο γυμνήν· ὑπνωμένῳ δέ οἱ ἡ ὁπιχεί- cc
ρησις ἔσται. Ὡς δὲ ἧρτυσαν τὴν ὁπιβουλήν,

1 Et ei fueris à tergo, curæ ti, 2 *Vel*, Hæc vt animaduertit quod à viro factum erat, neque exclamauit, vtpote pudore retenta, neque præ se tulit animaduertisse. 3 Nunc quum duæ viæ in tua sint potestate, G. 4 Posthac videas quæ te videre non decet.

νυκτὸς γινομένης, (οὐ γὰρ μέλλοντα τὸν Γύγην, οὐδὲ ⓐ ἐκ τοῦ παραυτίκα ἐκφεύγειν ἐξεῖναι, ἀλλὰ ἔδεε ἢ αὐτὸν ἀπολωλέναι, ἢ Κανδαύλεα) εἵπετο ἐς ⓦ θάλαμον τῇ γυναικί. καὶ μὲν καὶ ἐκείνη, ἐπεὰν δοκήσῃ ἀρχήσιον δόξαν, καὶ ταχὺ ἔκρυψε ὑπὸ τὴν αὐτὴν θύρην. καὶ μετὰ ταῦτα, ἀναπαυομένου Κανδαύλεω, ὑπαείσεισί τε καὶ ἀποκτείνας αὐτὸν, ἔσχε καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὴν βασιληίην Γύγης· τῷ καὶ Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος, κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γνώμενος, ἐν ἰάμβῳ τριμέτρῳ ἐμνήσθη. Ἔσχε δὴ τὴν βασιληίην, καὶ ἐκράτυνθη ἐκ τοῦ ἐν Δελφοῖσι χρηστηρίου. ὡς γὰρ δὴ οἱ Λυδοὶ δεινὸν ἐποιεῦντο τὸ Κανδαύλεω πάθος, καὶ ἐνόπλοι ἦσαν, συνέβησαν ἐς τοῦτο οἵ τε τοῦ Γύγεω στασιῶται καὶ ⓐ λοιποὶ Λυδοὶ, ἢν μὲν δὴ τὸ χρηστήριον ἀνέλῃ μιν βασιλέα εἶναι τῶν Λυδῶν, τόνδε βασιλεύειν· ἢν δὲ μή, ἀποδοῦναι ὀπίσω ἐς Ἡρακλείδας τὴν ἀρχήν. ἀνείλε τε δὴ τὸ χρηστήριον, καὶ ἐβασίλευσε οὕτω Γύγης. τὸν δὲ μύθοι εἶπεν ἡ Πυθίη, ὡς Ἡρακλείδῃσι τίσις ἥξει ἐς ⓦ τέμπτον ἀπόγονον Γύγεω. τούτου δὲ ἕνεκα Λυδοί τε καὶ οἱ βασιλέες αὐτῶν λόγον οὐδένα ἐποιεῦντο, πρὶν δὴ ἐπετελέσθη. Τὴν μὲν δὴ τυραννίδα οὕτως ἔσχον ⓐ Μερμνάδαι, τὸν Ἡρακλείδας ἀπελόμενοι. Γύγης δὲ τυραννεύσας ἀπέπεμψε ἀναθήματα ἐς Δελφοὺς οὐκ ὀλίγα· ἀλλ' ὅσα μὲν ἀργύρου ἀναθήματά ἐστιν οἱ πλείσια ἐν Δελφοῖσι πάρεξ δὲ τοῦ ἀργύρου, χρυσὸν ἄπλετον ἀνέθηκε, ἀλλον τε, καὶ τοῦ μάλιστα μνήμην ἀξιον ἔχει ἐστί, κρητῆρες οἱ ἀριθμὸν ἓξ χρύσεοι ἀνακέαται. ἑστᾶσι δ' οὗτοι ἐν τῷ Κορινθίων θησαυρῷ, σταθμὸν ἐχοντες τριήκοντα τάλαντα. ἀληθείῃ δὲ λόγῳ χρεωμένοισι οὐ Κορινθίων τοῦτο τὸ δῆμου ἐστὶν ὁ θησαυρός, ἀλλὰ Κυψέλου τοῦ Ἠετίωνος. οὕτω δὴ ὁ Γύγης, πρῶτος βαρβάρων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, ἐς Δελφοὺς ἀνέθηκε ἀναθήματα, μετὰ Μίδεω ⓦ Γορδίεω, ⓦ Φρυγίης βασιλῆα. ἀνέθηκε γὰρ δὴ καὶ Μίδης τὸν βασιληίον θρόνον, ἐς ⓦ πρόκειται θεώμενον ἐστὶ καλλίζωον ἐόντα ἀξιοθήητον. κεῖται δὲ ὁ θρόνος ἔστι ἐν θησαυρῷ ⓐ τοῦ Γύγεω κρητῆρες. ὁ δὲ χρυσὸς ἔστι καὶ ὁ ἄργυρος τὸ ὁ Γύγης ἀνέθηκεν, ἐπὶ τοῦ Δελφῶν καλέεται Γυγάδας, ἐπὶ τοῦ ἀναθέντος ἐπωνυμίην. ἐσέβαλε μέν νυν ἐς ἔτη τρία ἐπὶ τε ἦρξεν, ἐς τε Μίλητον καὶ ἐς Σμύρνην, καὶ Κολοφῶνος τὸ ἄστυ εἶλε· ἀλλ' ὅδεν γε μέγα ἔργον ἀπ' αὐτοῦ δηλο ἐγένετο, βασιλεύσαντος δυῶν δέοντα τεσσεράκοντα ἔτεα. τοῦτον μὲν

& nox aduenit, Gyges[1] nihil cunctatus est: quippe cui nulla deuitandi facultas esset, sed necesse aut perire, aut Candaulem perimere. mulierem in thalamum sequitur, quem illa, dato pugione, subter easdem fores occulit. Vnde postmodum iste procedens, quiescentem Candaulem obtruncat, vxoreque eius & regno potitus est.[2] Cuius *rei* meminit & Archilochus Parius, qui per idem tempus fuit, in iambo trimetro. Obtinuit autem regnum Gyges XIII & in eo fuit confirmatus ex Delphico oraculo. nam quum Lydi indigno animo ferrent Candaulis casum, atque in armis essent, conuenit inter hos ac factionem Gygianam, vt, si oraculum respondisset hunc esse regem Lydorum, ipse regnaret: sin minus, principatum Heraclidis restitueret. Accepto igitur oracculo Gyges ita regnauit. [3] Sed demum Pythia loquuta, Heraclidarum vltionem in atnepotem Gygis esse venturam. quod carmen neque Lydi neque ipsorum reges vllius momenti fecerũt, priusquam exitu comprobatum est. Hunc in modum obtinuere tyranni- XIV dem Mermnadæ, sublatis Heraclidis. Gyges,[4] tyrannide occupata, Delphos donaria misit non pauca, [5] vbi quæ ex argento donata visuntur, eorum pleraque istius sunt. Et præter argentum, immensam vim auri dedicauit: posuitque cum alia, tum vero (quod præcipua mentione dignum est) pateras aureas, numero sex, pondo triginta talentorum: quæ in Corinthiorum thesauro collocata sunt. licet is thesaurus (si vera loqui volumus) non Corinthii populi sit, sed Cypseli Eetionis filii. Ita Gyges, barbarorum quos ipsi nouimus primus, munera apud Delphos posuit, secundum Midam Gordii filium, Phrygiæ regem. Nam & Midas obtulit regiam sellam, in qua sedens iura solitus dicere erat, rem spectaculo dignam:[6] quod tribunal eodẽ quo Gyges obtulit loco, vocitatur à Delphis Gygadas, eius *videlicet* qui obtulit cognomine. Is igitur postquam imperio potitus est, arma intulit Mileto & Smyrnæ, vrbemque Colophonem vi cepit. Nec aliud vllum præclarum facinus ab eo gestum est, quum duodequadraginta annos regnauerit. Et hunc quidem nos,

1 Vt qui non dimitteretur, nec vllam effugiendi facultatem haberet, sed cui necesse esset aut per. 2 Cuius, *videlicet*, *Gygis*, mem. 3 Sed id demum tamen Pythia erat loquuta. 4 regno occupato. 5 Sed cum alia plurima ex argento Delphis sunt ab eo posita, tum vero etiam præter arg. 6 Quæ sella eodem loco posita est quo Gygis pateræ: vocaturque à Delphis hoc aurum & argentum à Gyge oblatum, Gygæum, eius *videl.*

his dun-

his duntaxat de eo commemoratis, missum facimus. ¶ ARDYIS autem eius filii faciemus mentionem, qui post Gygem regnauit. Hic Prienenses expugnauit, & Miletum inuasit: quo [1] Sardium tyrãnidem obtinente, Cimmetii à Scythis Nomadibus eiecti è sedibus suis, in Asiam transierunt, Sardisque præter arcem ceperunt. Quum autem vn-
duntaxat prodituras quæ illi quam plurimo constiterunt labore, suntque memoria dignissima. Quum igitur Cyrus continentem vniuersam suæ ditionis fecisset, Assyriis bellum intulit. ¶ ASSYRIÆ autem cum alia multa sunt magna oppida, tum vero celeberrimi nominis ac validissimum est BABYLON, vbi post euersam ab ipsis Ninum, regia erat. quod oppidum situm est in planitie ingenti, forma quadrata, magnitudine quoquouersus centenûm vicenûm stadiorum, in summa quadringentorum & octoginta, in circuitu quatuor laterum vrbis. Tanta est Babylonici oppidi magnitudo: quod ita exornatũ est vt aliud nullum eorum quæ nos nouimus. Iam primum fossa ambit alta atq; lata, aquæ plena. Deinde murus quinquaginta cubitorum regiorum crassitudine, ducentorum celsitudine. Est autem regius cubitus, quàm is quo pro mensura vtimur, tribus digitis maior. Operæ pretiũ certe est me præter hęc [1] disserere in quem vsum sit consumpta terra ex fossa egesta, & quomodo fuerit murus conditus. Vt quidque terræ [2] in deprimenda fossa efferebant, ex eo lateres ducebant: quorum postquam magnam vim duxissent, eos in fornacibus coquebant. Postea cœno vtentes, asphalto feruenti per tricesimum quemque laterum ordinem [3] summitates arundinum instipatas conglutinabant. & primum labra fossæ, deinde ipsum murum ad eundem modum ædificarunt: super quem circa oras extruxerunt domunculas vnius contignationis inter se obuersas: inter quas tantum intercapedinis relinquebatur vt quadriga interagi posset. Eius per ambitum centum portæ stabant, æreæ omnes, cum cardinibus itidem postibusq;. Babylone octo dierum itinere abest alia vrbs nomine Is, vbi fluuius est haud magnus, eiusdem nominis, qui se deuoluit in flumen Euphratem. Hic itaq; fluuius Is, vna cum aqua permultos reddit asphalti bituminis grumos, quæ asphaltus ad murum Babylonis cõportabatur. Hunc autẽ in modũ Babylon extructa est. Eius duæ sunt [4] plagæ, quas interfluit fluui[9] nomine Euphrates, qui magnus & altus & celer, ex Armeniis in rubrũ mare decurrit. In hũc vterq; murus lacertos exporrigit, eiusq; [5] incuruę vtrinq; ripæ

CLXXIII

CLXXXII

CLXXIX

CLXXX

1 Exponere vbi sit cons. 2 In effodienda ad fossam faciendam terra, effer. 3 *Quas vocat* summitates arundinum, *quidam ex Corintho interpr.* areolas arundinum, *siue* arundineas. *Super his autem lateres siccabantur.* 4 Portiones, *siue* partes. 5 Incuruæ ripæ, *pro* ὀκαμπαί. *qua vox sonat q. d.* incuruaturæ. *sed esse irreptitia videtur.*

coctilibus

coctilibus lateribus pro maceria prætexuntur. Ipsa vrbs plena domibus est ternarum quaternarumque contignationum, secta in vias cum rectas tum vero transuersas, quæ ad flumen pertingunt: ad quarum singulas pro numero vicorum portulæ factæ sunt in maceria quæ flumen sepiebat, & ipsæ æreæ, & ad flu-
CLXXXI men idem ferentes. Et hic quidem murus lorica est. Alius vero intus non multo quàm hic debilior, sed exilior: inque vtriusq; ciuitatis plagæ medio murus est erectus, quorum hic regiam cõprehendit ambitu prægrandi atque valido: in altero vero Iouis Beli templum æreis portis, id quod mea etiam nunc ætate existit, duorum vndecunque stadiorum amplitudine, figura quadrata.
1 In sacri medio turris solida, crassitudine simul & altitudine stadii, cui alia rursus superimposita turris & huic subinde alia, ad octauam vsque. His forinsecus scalæ sunt in circuitu adhibitę, per quas ad singulas conscenditur turres.
2 In mediis gradibus ductus, sellæque in hoc factæ, in quibus 3 ascensuros liceat sedere ac conquiescere. In postrema turri sacellum est aliud, in quo lectus est splendide stratus, & appositа mensa aurea. Statua tamen in hoc sacello nulla est: neque hîc noctu cubat hominum aliquis, præter mulierem vnam ex indigenis, quam ex omnibus deus delegerit, vti narrant Chaldæi huius dei
CLXXXII sacerdotes. Narrant enim illi (tametsi mihi parum credibilia referre videntur) deum ipsum ingredientẽ templum, in hoc cubili conquiescere, perinde atque Thebis Ægyptiacis, vt ferunt Ægyptii. Ibi enim in Thebani Iouis fano mulier quoque cubat: 4 quæ vtraque mulier cum viris putatur non habere consuetudinem: sicut etiam dei antistita Pataris Lyciæ ciuitate, 5 quando ita accidit. Neque enim oraculum ibi celebratur perpetuo: vbi autem id futurum est, antistita noctu in templum
CLXXXIII concluditur. 6 Porro in Babylonis templo aliud etiam est sacellum inferius, quod 7 magnam habet Iouis statuam, eamque auream, 8 ponè mensam, & ipsam auream, simul & sustentaculum cum sella, omniaque aurea: adeo vt Chaldæi octingentorum talentorũ auri opus æstiment. Extra sacellum altare est, & ipsum aureum: atq; præter hoc,

ἀμμασιὴ πλίνθων ὀπτέων περιβεβλημένη. ἔστι δὲ ἐν αὐτῷ τῷ πλήρεσι οἰκιέων τριωρόφων τε καὶ τετρωρόφων, κατατέτμηται δὲ αἱ ὁδοὶ ἰθεῖαι, τάς τε ἄλλας, καὶ τὰς ἐπικαρσίας τὰς ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἀγούσας. αἱ δὲ ὧν ἑκάστην ὁδὸν ἐν τῇ ἀμμασιῇ τῇ πρὸς τὸν ποταμὸν πυλίδες ἐπήεσαν, ὅσαπερ λαῦραι, τοσαῦται καὶ τὸν ἀριθμόν. ἦσαν δὲ καὶ αὗται χάλκεαι, φέρουσαι δὲ αὐτὰς ἐς αὐλὸν τὸν ποταμόν. Τοῦτο μὲν δὴ ὁ τεῖχος, θωρηξ ὀστί. ἕτερον δὲ ἔσωθεν τείχεος περιβέβληται, ὁ πολλῷ τέῳ ἀσθενέστερον τὸ ἑτέρου τείχεος, στενότερον δέ. ἐν δὲ θατέρῳ ἑκατέρῳ τ πόλιος ἑτετείχιστο ἐν μέσῳ, ἐν τῷ ἦν τὰ βασιλήια, περιβόλῳ τε μεγάλῳ καὶ ἰσχυρῷ. ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ, Διὸς Βήλου ἱερὸν χαλκόπυλον, καὶ ἐς ἐμὲ τοῦτο ἔτι ἐόν, δύο σταδίων, πάντη ἐὸν τετράγωνον. ἐν μέσῳ δὲ τῷ ἱερῷ πύργος στερεὸς οἰκοδόμηται, σταδίου καὶ τὸ μῆκος καὶ τὸ βάθος· καὶ ἐπὶ τούτῳ τῷ πύργῳ ἄλλος πύργος ἐπιβέβηκε, καὶ ἕτερος μάλα ἐπὶ τούτῳ, μέχρις οὗ ὀκτὼ πύργων. ἀνάβασις δὲ ἐς αὐτοὺς ἔξωθεν κύκλῳ πρὸς πάντας τοὺς πύργους ἔχουσα ἐποίηται. μεσοιῶλι δέκου τῆς ἀναβάσιος, ἔστι καταγωγή τε καὶ θῶκοι ἀμπαυστήριοι, ἐν τοῖσι καθίζοντες ἀμπαύονται καὶ ἀναβαίνοντες. ἐν δὲ τῷ τελευταίῳ πύργῳ νηὸς ἔπεστι μέγας· ἐν δὲ τῷ νηῷ κλίνη μεγάλη κεῖται εὖ ἐστρωμένη· καὶ πρὸ τράπεζα παράκειται χρυσέη. ἄγαλμα δὲ οὐκ ἔνι οὐδὲν αὐτόθι ἐνιδρυμένον, οὐδὲ νύκτα οὐδεὶς ἀναυλίζεται ἀνθρώπων, ὅτι μὴ γυνὴ μούνη τῶν ἐπιχωρίων, τὴν αὐτὸς θεὸς ἕλληται ἐκ πασέων, ὡς λέγεσι οἱ Χαλδαῖοι, ἐόντες ἱρέες τούτου τοῦ θεοῦ. Φασὶ δὲ οὗτοι (ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες) τὸν θεὸν αὐτὸν φοιτᾶν τε ἐς τὸν νηόν, καὶ ἀμπαύεσθαι ἐπὶ τῆς κλίνης, κατάπερ ἐν Θήβῃσι τῇσι Αἰγυπτίῃσι, τῇ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὡς λέγουσι οἱ Αἰγύπτιοι. καὶ γὰρ δὴ ἐκεῖθι κοιμᾶται ἐν τῷ τοῦ Διὸς τοῦ Θηβαίεος γυνή. ἀμφοτέρας δὲ αὐτὰς λέγονται ἀνδρῶν οὐδαμῶν ἐς ὁμιλίην φοιτᾶν· καὶ κατάπερ ἐν Πατάροισι τῆς Λυκίης, ἡ προφῆτις τοῦ θεοῦ ἐπεὰν γένηται· ἔστι δὲ οὐ μὲν ἀεί ἐστι χρηστήριον αὐτόθι· ἐπεὰν δὲ γένηται, τότε ὦν συγκαπακλῄεται τὰς νύκτας ἔσω ἐς τὸν νηόν. Ἔστι δὲ τοῦ ἐν Βαβυλῶνι ἱεροῦ καὶ ἄλλος κάτω νηός, ἔνθα ἄγαλμα μέγα τοῦ Διὸς ἔνι κατήμενον χρύσεον. καὶ τράπεζα μεγάλη παράκειται χρυσέη, καὶ ὁ βάθρον καὶ ὁ θρόνος χρύσεός ἐστι· καὶ, ὡς ἔλεγον οἱ Χαλδαῖοι, τάλαντων ὀκταχοσίων χρυσίου πεποίηται ταῦτα. ἔξω δὲ τοῦ νηοῦ, βωμός ἐστι χρύσεος. ἔστι δὲ καὶ

1 In templi m. *vt in præced.* 2 In med. gr. statio. 3 Ascendentes 4 Quarum mulierum vtraque cum v. 5 *Intelige, Quando contigit vt antistita debeat fungi munere.* 6 Porro illo Bab. 7 Magnum hab. Iouis simulacrum sedens. *Vel* sedentis, *legendo* καθημένου. 8 Et illi magna mensa adiacet aurea: cuius scamnum & sella sunt ex auro.

ἄλλος βωμὸς μέγας, ὅπου θύεται τὰ τέλεα τῶν προβάτων. ἐπὶ γὰρ τοῦ χρυσέου βωμοῦ οὐκ ἔξεστι θύειν οὐδὲ μὴ γαλαθηνά μοσχα. ἐπὶ δὲ τοῦ μέζονος βωμοῦ καταγίζουσι λιβανωτοῦ χίλια τάλαντα ἔτεος ἑκάστου ⓐ Χαλδαῖοι, ὁκότε ἐπιτελέουσι τὴν ὁρτὴν ἄγοντες τῷ θεῷ τούτῳ. ἐν δὲ τῷ τεμένεϊ τούτῳ ἔτι ⓦ κέεται ἕτερον ἔξωθεν καὶ ἀνδριὰς δυώδεκα πήχεων, χρύσεος, στερεός. ἐγὼ μὲν νυν οὐκ εἶδον· τὰ δὲ λέγεται ὑπὸ Χαλδαίων, ταῦτα λέγω. τοῦτο τὸν ἀνδριάντα Δαρεῖος μὲν ὁ Ὑστάσπεος ἐπιβουλεύσας, οὐκ ἐβούλετο λαβεῖν· Ξέρξης δὲ ὁ Δαρείου ἔλαβε, καὶ ⓦ ἱρέα ἀπέκτεινε, ἀπαγορεύοντα μὴ κινέειν ⓦ ἀνδριάντα. ὁ μὲν δὴ ἱερὸν τοῦτο οὕτω κεκόσμηται. ἔστι δὲ καὶ ἴδια ἀναθήματα πολλά. Τῆς δὲ Βαβυλῶνος ταύτης πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι ἐγένοντο βασιλῆες, (τοὺς ἐν τοῖσι Ἀσσυρίοισι λόγοισι μνήμην ποιήσομαι) οἳ τά τε τείχεα ἐπεκόσμησαν καὶ τὰ ἱερά· ἐν δὲ δὴ καὶ γυναῖκες δύο· ἡ μὲν πρότερον ἀρξάσα, τῆς ὑστέρον γενεῆσι πέντε πρότερον γενομένη, τῇ οὔνομα ἦν Σεμίραμις. αὕτη μὲν ἀπέδεξε χώματα ἀνὰ τὸ πεδίον ἐόντα ἀξιοθέητα· πρότερον δὲ ἐῶντα ὁ ποταμὸς ἀνὰ τὸ πεδίον πᾶν ἐπελαγίζειν. Ἡ δὲ δὴ δευτέρην γενομένη ταύτης βασίλεια, τῇ οὔνομα ἦν Νίτωκρις (αὕτη δὲ σιωπητοτέρη γενομένη τὴν πρότερον ἀρξάσης) τοῦτο μὲν, μνημόσυνα ἐλίπετο τὰ ἐγὼ ἀπηγήσομαι· τοῦτο δέ, τὴν Μήδων ὁρέαν ἀρχὴν μεγάλην τε καὶ οὐκ ἀτρεμίζουσαν, ἀλλά τε ἀραιρημένα ἄστεα ἀπίστοισι, ἐν δὲ δὴ καὶ τὴν Νῖνον, ὡς ἐφυλάξατο ὅκα ἐδόκεε μάλιστα· πρῶτα μὲν ⓦ Εὐφρήτεϊ ποταμόν, ῥέοντα πρότερον ἰθὺν, ὃς σφι διὰ τοῦ πόλιος μέσης ῥέει, τοῦτον, ἀνωθεν διορύξας ὀρύξασα, ὕστω δή οἱ ἐποίησε σχολιόν, ὥστε δὶς τρίς ἐς τὴν κώμην τὴν ἐν τῇ Ἀσσυρίῃ ἀπικνέεσθαι ῥέων. τῇ δὲ οὔνομα κώμῃ ἐστὶ ἐς τὴν ἀπικνέεσθαι ὁ Εὐφρήτης, Ἀρδερικά. καὶ νῦν οἱ αὖ κομίζοντες ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἐς Βαβυλῶνα, καταπλέοντες ἐς τὸν Εὐφρήτεϊ ποταμὸν, τρὶς τε ἐς τὠυτὸ τοῦτο κώμιον ἀφίκνεονται, καὶ ἐν τρισὶ ἡμέρῃσι. τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτο ἐποίησε. χῶμα παρέχωσε παρ' ἑκάτερον τὸν ποταμὸν ὑψηλόν, ἄξιον θώματος, μέγαθος καὶ ὕψος ὅσον τι ἐστί. κατύπερθε δὲ πολλῷ Βαβυλῶνος ὤρυξε ἕλυτρον λίμνης, ὁλίγον τι πλατύνουσα ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ, βάθος μὲν ἐς ὕδωρ ἀεὶ ὀρύσσουσα, εὖρος δὲ τὸ περίμετρον αὐτοῦ ποιεῦσα, ἑξήκοντά τε καὶ τετρακοσίων σταδίων. ⓦ δὲ ὀρυσσόμενον χειρῶν ὑπῆν τοῦ ποταμοῦ τὰ χείλεα τοῦ ποταμοῦ πλαγίους. ἐπεί τε δὲ ⓐ ὤρυξε,

aliud altare ingens, in quo integræ ætatis[1] hostiæ immolantur: quandoquidem supra aureum illud non licet hostias mactare, præterquam lactentes. Insuper hoc maiusculo altari Chaldæi [2] quotannis centum millia talentorum libanoti adolent, quando huic suo deo [3] sacra faciunt. Eratque in hoc templo etiamdum illo tempore statua duodecim cubitorum è solido auro: quanquam ego hanc non viderim, sed ea referam quæ à Chaldæis referuntur. Hanc statuam Darius Hystaspis filius insidiose captans, non ausus tamen fuit diripere: sed etiam postea Xerxes Darii filius abstulit, sacrificio, qui prohibuerat statuam loco dimouendam, interempto. Atque illud templum hoc pacto constructum fuit ornamentis: etiamsi alia sint peculiaria pleraque eiusdem donaria. ¶ Huius Babylonis multi quo- CLXXXIV
que aliquando reges extitere, (quorum in exponendis rebus Assyriis mentionem faciam) qui & muros ornauerunt & templa: & inter eos duæ feminæ. Harum prior, quæ quinque ætatibus ante posteriorem regnauit, vocata est SEMIRAMIS. Hæc per planitiem aggere extruxit spectaculo dignos, quum antehac flumen eam omnem restagnare solitũ esset. Posterior regina, NITOCRIS nomine, extitit superiore solerti- CLXXXV
or. cui[9] cum alia monumẽta extiterunt, quæ ego cõmemorabo, tum vero hoc, quod animaduertens imperium Medorum ingens ac pacatum, subactaque ab his multa oppida, & inter hæc Ninum, præmuniuit se omnibus quàm potuit maxime. Ante omnia fluuium Euphratem, qui prius mediam ipsorum vrbem interfluens, rectus erat, tortuosum reddidit, fossis superius depressis, adeo vt quendam Assyriæ pagum, nomine Ardericã, ter influat, & qui nunc è mari per Euphratem Babylonẽ versus subuehuntur, ter ad hunc eundem pagum applicent, idque triduo. Et hunc quidem talem reddidit. Aggerem vero ex vtroque fluminis labro aggessit visu mirandum: tãtæ est & magnitudinis & sublimitatis. Multo supra Babylonem, aliquantulum seorsum à flumine, effodit[4] paludis eluuiem, profunditatem quidem[5] ad aquã vsque semper ductã: latitudine vero eius quoquouersus[6] trecentorum viginti stadiorum. Hæc fossitia humus ad fluminis ripas aggesta est. Quem locum

CLXXXVI vbi de-

1 Pecudes imm. 2 *Vel*, Quotannis libanotum ad pondus centum mill. tal. adolent. 3 Festum diem celebrant. 4 Paludis receptaculum. 5 *Id est*, *Quoad aqua fodiendo inueniretur*. 6 Quadringentorum vig.

vbi depressit, crepidinem ambitus eius lapidibus induxit. Hæc duo, vt flumen flexuosum & lacuna tota, fossa esset, ideo fecit vt fluuius per multos anfractus retentus, sedatior mearet, & nauigationes Babylonem versus essent tortuosæ, & ex ipsis nauigationibus longus ambitus lacunæ exciperetur.[1] Ad hæc, quæcunque erat regio ad inuadendum opportuna, & compendiaria ex Medis via, hanc intersepsit, ne Medi commercio Assyriorũ ipsius negotia cognoscerent.

CLXXXVI [2] Et hæc quidem ex profundo circumiecit. Ceterum ex eis talem fecit communitionem, Quum sit vrbs in duas dirempta regiones, fluuio medium tenente, quoties aliquis ex altera in alterã regionem transire volebat sub regibus superioribus, is necesse habebat nauigio transire: quod erat (vt reor) molestum. Huic autem etiam rei ista prospexit. siquidem vbi effodit[3] effluuium paludis, aliud opere eodem monumentum sui reliquit. Lapides prægrandes incîdit, qui vbi parati fuerunt, & locus depressus, in locum ipsum quem depresserat, omnẽ fluminis cursum auertit. Qui locus effossus dum impleretur, interea pristino alueo arefacto, oras fluminis intra vrbẽ, ac descensus qui ex portulis ad flumen ferunt, extruxit coctis lateribus, eadem qua muros ratione. Extruxit item circa mediam ferme vrbem pontem ex iis quos effoderat lapidibus, ferro eos ac plumbo deuinciens. Hunc sublicis quadratis, per quas Babylonii transirent, interdiu cõmittebat, easdẽ noctu tollebat: hac videlicet caussa ne per noctẽ transeuntes mutua furta exercerẽt. Vbi porro lacuna repleta fuit flumine, & opus pontis exornatũ, tunc fluuium Euphratem ex palude in pristinum alueum reuocauit: atque ita palus quam effoderat,[4] visa est necessario facta, & pons in

CLXXXVII vsum ciuium extructus. Eadem autem regina hunc etiam machinata est dolũ: Supraportas vrbis celeberrimas, loco edito atq; conspicuo, sepulcrum sibi extruxit, atq; his litteris inscripsit: SICVI REGVM BABYLONIS POST ME FVTVRORVM FVERIT PECVNIÆ PENVRIA, APERTO SEPVLCRO SVMITO QVANTVNCVNQVE LIBVERIT PECVNIÆ. NE TAMEN NISI INDIGVERIT, ALIOQVI APERITO. NON ENIM IN REM EIVS FVERIT. Hoc se-

ὤρυξε, λίθους ἀγομένη, κρηπῖδα κύκλῳ τῇ αὐτῇ ἧλασε. ἐποίεε δὲ ἀμφότερα τάφρα, τόν τε ποταμὸν σκολιόν, καὶ ὃ ὄρυγμα πρῶ, ἕλος, ὡς ὅ, τε ποταμὸς βραδύτερος εἴη, τρὶς καμπὰς πολλὰς ἀγυρμένος, καὶ ἡ πλόοι ἔωσι σκολιοὶ ἐς τὴν Βαβυλῶνα· ἔκ τε τῆς πλόων ἐκδέκη τὸ τρῖς λίμνης μακρή. κατὰ τοῦτο δὲ ἐργάζεται τῆς χώρης τῇ αἵ τε ἐσβολαὶ ἦσαν, καὶ τὰ σιτώματα τῶν Μήδων ὁδῷ, ἵνα μὴ ἐπιμισγόμενοι οἱ Μῆδοι ἐκμανθάνοιεν αὐτῆς τὰ χρήματα. Ταῦτα μὲν δὴ ἐκ βάθεος τρόπῳ ἐβάλετο. τοιῷδε δὲ ἄλλῳ παρεσκεύασε ἐποιήσατο· τὴν πόλιος ἐούσης δύο φαρσέων, διὰ δὲ ποταμὸς μέσον ἔχοντος, ὅτῳ τὸ πρότερον βασιλέων ὅκως βούλοιτο ἐκ τῆς ἑτέρης φαρσέος ἐς τὴν ἑτέρην διαβαίνειν, χρέωντο πλοίῳ διαβαίνειν. καὶ ἐγὼ (ὡς ἐγὼ δοκέω) ὀχληρὸν τοῦτο· αὐτίκα δὲ καὶ τόδε προσέδε. ἐπεί τε δὲ ὧρυσε τὸ ἔλυ ἔην τῇ λίμνῃ, μνημόσυνον τόδε δὴ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἔργου ἐλίπετο· ἐτάμνετο λίθους τρομεγέας· ὡς δὲ ἡ ἡ λιθοτομὶ ἐτοίμη, καὶ τὸ χωρίον ὠρώρυκτο, ἐκτρέψασα τὸν ποταμὸν τὸ ῥέεθρον παρ' ἐς τὸ ὠ- 48
ρυσε χωρίον, ἐν ᾧ ὑπίμπλατο τάδε, ἐν τούτῳ ἀπεξηραμένου τοῦ ἀρχαίου ῥέεθρου, τάδε μὲν τὰ χείλεα τοῦ ποταμοῦ κατὰ τὴν πόλιν καὶ κατὰ τὰς καταβάσιας τὰς ἐκ τῶν πυλίδων ἐς τὸν ποταμὸν φερούσας, ἀνοικοδόμησε πλίνθοισι ὠμῇσι κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον περ τὸ τεῖχος· τάδε δέ, κατὰ μέσιον κου μάλιστα τὴν πόλιν, τοῖσι λίθοισι τοῖσι ὠρύξατο, οἰκοδόμεε γέφυραν, δέουσα τοῦ λίθους σιδήρῳ τε καὶ μολίβδῳ. ἐπελείνεσκε δὲ ἐπ' αὐτῇ, ὅκως μὴ ἡμέρη γένοιτο, ξύλα τελαίωνα, ἐπ' ὧν τὴν διάβασιν ἐποιεῦντο οἱ Βαβυλώνιοι. λαὶ δὲ νύκτας τὰ ξύλα ταῦτα ἀπαρρέεσκον, τάδε εἵνεκα, ἵνα μὴ φοιτέοντες τὰς νύκτας κλέπτοιεν παρ' ἀλλήλων. ὡς δὲ τὸ, τὸ ὀρυχθὲν λίμνη πλήρης ἐγένετο ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ, καὶ τὰ περὶ τὴν γέφυραν ἐκεκόσμητο, τὸν Εὐφρήτην ποταμὸν ἐς τὰ ἀρχαῖα ῥέεθρα ἐκ τῆς λίμνης ἐξαγαγὼν ὅτῳ τὸ ὀρυχθὲν ἕλος ἑλώμενον, ἐς δέον ἐδόκεε γεγονέναι. καὶ τοῖσι πολίτῃσι γέφυρα ἐὼ κατεσκευασμένη. Ἡ δὲ αὐτὴ βασίλεια καὶ ἀπάτην τοιῷδε ἄλλην ἐμηχανήσατο· κατὰ τὰς μάλιστα λεωφόρους πυλέων τοῦ ἄστεος, πάρον ἐωυτῇ κατεσκευάσατο μετέωρον ὅπῃ πόλης αὐτέων τὰς πυλέων. ἐνεκόλαψε δὲ ἐς τὰ πάρον γράμματα λέγοντα τάδε, ΤΩΝ ΤΙΣ ΕΜΕΥ ΥΣΤΕΡΟΝ ΓΙΝΟΜΕΝΩΝ ΒΑΒΥΛΩΝΟΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, ΗΝ ΣΠΑΝΙΣΗ ΧΡΗΜΑΤΩΝ, ΑΝΟΙΞΑΣ ΤΟΝ ΤΑΦΟΝ, ΛΑΒΕΤΩ ΟΚΟΣΑ ΒΟΥΛΕΤΑΙ ΧΡΗΜΑΤΑ. ΜΗ ΜΕΝΤΟΙ ΓΕ ΜΗ ΣΠΑΝΙΣΑΣ ΓΕ, ΑΛΛΩΣ ΑΝΟΙΞΗ. ΟΥ ΓΑΡ ΑΜΕΙΝΟΝ.

κ. ἀπαίρουσιν

κ. διαφθείροντες

1 Hæc autem extruxit qua parte aditus erant & viæ compendia quæ ex Medis ducit: ne Medi, &c. 2 Et his quidem munitionibus ab imo vsq; vrbem circumdedit. Sed & has munitiones obiter ad hunc vsum accommodauit: Quum sit, &c. 3 Receptaculum. 4 Comperta fuit opportune facta: & pons, &c.

ὁ τάφος ἐὼν ἀκίνητος, μέχρι οὗ ἐς Δαρεῖον τὸν ἐπέλθῃ ἡ βασιληίη. Δαρείῳ δὲ καὶ δι' ὀνείρου ἐδόκεε ἐπὶ τῇσι πύλῃσι ταύτῃσι μηδὲν χρέεσθαι, καὶ χρημάτων κειμένων, καὶ αὐτῶν τῶν χρημάτων ἐπικαλεομένων, μὴ οὐ λαβεῖν αὐτά. τῇσι δὲ πύλῃσι ταύτῃσι οὕνεκα ἐχρᾶτο τοῦδε εἵνεκα, ὅτι ὑπὸ κεφαλῆς ⓐ ἐλύετο ὁ νεκρὸς διεξελαύνοντι. ἀνοίξας δὲ τὸν τάφον, οὐκ εὗρε χρήματα μοῦνον, τὸν δὲ νεκρὸν δὴ, καὶ γράμματα λέγοντα τάδε, ΕΙ' ΜΗ' ΑΠΛΗΣΤΟΣ ΤΕ ΕΗΣ ΧΡΗΜΑΤΩΝ, ΚΑΙ' ΑΙ'ΣΧΡΟΚΕΡΔΗΣ, ΟΥ'Κ Α'Ν ΝΕΚΡΩ͂Ν ΘΗ'ΚΑΣ Α'ΝΕ'ΩΓΕΣ. αὕτη μοῦνον ἡ βασίλεια, τοιαύτη τις λέγεται γενέσθαι. Ὁ δὲ δὴ Κῦρος ἐπὶ ταύτης τῆς γυναικὸς τὸν παῖδα ἐστρατεύετο, ἔχοντά τε τὸ τάγος τὸ ἑωυτοῦ τὸ ἔθνος Λαβυνήτου καὶ τὴν Ἀσσυρίων ἀρχήν. στρατεύεται δὲ βασιλεὺς ὁ μέγας καὶ σιτίοισι εὖ ἐσκευασμένοισι ἐξ οἴκου, καὶ ποτοῖσι· καὶ δὴ καὶ ὕδωρ ἀπὸ τοῦ Χοάσπεω ποταμοῦ ἅμα ἄγεται τὸν πάντα Σοῦσα ῥέοντος, τοῦ μούνου πίνει βασιλεύς, καὶ οὐδενὸς ποταμοῦ. τοῦτο δὲ τοῦ Χοάσπεω τὸ ὕδατος ἀπεψημένου πολλαὶ καὶ ἅμαξαι τετράκυκλοι ἡμιόνοισι χημίζουσαι ἐν ἀργυρέοισι ἀγγείοισι, ἕπονται ὅποι ἂν ἐλαύνοι ἑκάστοτε. Ἐπεί τε δὲ ὁ Κῦρος πορευόμενος ἀπὶ Βαβυλῶνα ἐγίνετο ἀπὶ Γύνδη ποταμῷ, τὰς μὲν πηγὰς ἐν Μανδιηνοῖσι ὄρεσι ῥέθρου ἔχει Δαρδανέων, ἐκδιδοῖ δὲ ἐς ἕτερον ποταμὸν Τίγριν, ὃς, παρὰ Ὦπιν πόλιν ῥέων, ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν ἐκδιδοῖ· τοῦτον δὴ τὸν Γύνδην ποταμὸν ὡς διαβαίνειν ἐπειρᾶτο ὁ Κῦρος, ἐόντα νηποτόρητον, ἐνθαῦτα ⓐ τῶν ἱρῶν ἵππων τῶν λευκῶν ὑποδύεσθαι ἐς ⓦ ποταμόν, διαβαίνειν ἐπειρᾶτο. ὁ δὲ μιν συμφήσας, ὑποβρύχιον οἰχώκεε φέρων. καρτὰ δὲ δὴ ἐχαλέπαινε τῷ ποταμῷ ὁ Κῦρος τούτῳ ὑβρίσαντι, καί οἱ ἐπηπείλησε, οὕτω δή μιν ἀσθενέα ποιήσειν, ὥστε τὸν λοιπὸν καὶ γυναῖκας μιν εὐπετέως, τὸ γόνυ μὴ βρεχούσας διαβήσεσθαι, μή τι ἀπειλέων, μετέης τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνα στρατείην, διαίρεε τὸν στρατὸν δίχα. διελὼν δέ, κατέτεινε σχοινοτενέας ὑποδέξας διώρυχας ὀγδώκοντα καὶ ἑκατόν, ὡς ἐκάτερον τὸ χεῖλος τοῦ Γύνδεω τεταμένας πανταχόσε. διαλάξας δὲ τὸ στράτευμα, ὀρύσσειν ἐκέλευε. οἷα δὲ ὁμίλου πολλοῦ ἐργαζομένου, ἐνίοις μὲν τὸ ἔργον, ὅμως μέντοι τὴν θερείην πᾶσαν αὐτοὶ ταύτην διέτειναν ἐργαζόμενοι. Ὡς δὲ ⓦ Γύνδην ποταμὸν ἐκάλεε Κῦρος, ἐς τεσσερεσκαίδεκα καὶ ἑξήκοντα μὲν διώρυχας διαλαβών, καὶ τὸ δεύτερον ἔαρ ὑπανέλαμπε, οὕτω δὴ ἤλασνε ἐπὶ τὴν Βαβυλῶνα.

pulcrum tam diu fuit immotum dum regnum peruenit ad Darium. Is indignum esse ratus se neque vti quippiam his portis, (ideo autem non vtebatur, [1] quod supra caput ipsius transeuntis mortuus situs esset) neque sumere pecunias repositas, & eas quidem ipsum prouocantes, reserauit monumentum: in quo non quidem pecunias inuenit, [2] sed litteras ita dicentes: NISI PECVNIÆ ESSES INEXPLEBILIS ET TVRPIS LVCRI CVPIDVS, DEFVNCTORVM SEPVLCRA NON APERVISSES. Talis extitisse hæc regina memoratur. ¶ Aduersus cuius filium Labynitum, patris nomen & Assyriæ imperium habentem, Cyrus exercitum duxit. [3] Ducit autem rex magnus exercitum, probe domi comparata re frumentaria atq; pecuaria. Portatur etiam aqua ex flumine Choaspe, Susa præterfluente, ex quo vno ex omnibus fluminibus rex potat. Cuius Choaspis aquam decoctam, & in argentea vasa diffusam, ferentes permultæ carrucæ quatuor rotarum, mulis trahentibus, assidue comitantur quocunque ille proficiscitur. Cyrus igitur Babylonem tendens, vbi venit ad Gyndem amnem (qui in Mantienis ortus montibus, [4] per Dardaneos in Tigrim alterum amnem fluit, qui Opin vrbem præterlabens, rubro infunditur mari) conabatur hunc traiicere, quum non posset nisi nauibus traiici. Interim ei quidam è sacris equis candidis petulanter ingressus fluuium, transire conabatur. Hunc fluuius vorticibus contorquens, submersum abripuit. Cyrus autem perquam ægre ferens hanc fluminis iniuriam, illi comminatus est, se sic redditurum eum tenuem vt in posterum facile vel à mulieribus transiri posset, ne genua quidem tingentibus. Hæc minatus, expeditione in Babylonē intermissa, copias suas bifariam diuisit. Dehinc alueos ad funiculum designauit centenos & octogenos, vtrinque ad Gyndis labra omnino conuersos: quos distributis copiis effodi iussit. Et opus quidem, vt quod à tanta multitudine fieret, perficiebatur: tamen in eo faciendo eam æstatem triuerunt. Cyrus ergo quum Gyndem mulctasset in trecentos & sexaginta riuos diductum, & alterum ver illuxisset, ita porro ire Babylonē pergit,

CXCI CLXXXIX CXCII CXC

1 Quod transiens habiturus esse cadauer supra caput suum situm) 2 Sed cadauer, & litteras quibus hoc dicebatur: 3 *Hæc verba.* Ducit autem rex, &c. *vsque ad*, Cyrus igitur, &c. *paulo inferius videntur collocanda.* 4 Per Darneos. *Darnam enim numerat Ptolemæus inter Assyriæ vrbes mediterraneas.*

Babylo-

Babyloniis eum producto exercitu præstolantibus. Qui, vbi propius vrbem ille promouit, cum eo conflixerunt, prœlioque fugati, in oppidum compulsi fuerunt. Ii tamen, quia Cyrum iampridem animaduerterant inquietum esse, viderantque omnes pariter gentes aggredientem, comportauerant permultorum annorum commeatus: ideoque tunc obsidionem nihili faciebant. Et Cyrus, quum iam longo tempore nihil admodum res ipsius proficerent, inops
CXCI consilii erat. Tandem, siue alius ei anxio suggessit, siue ipsi in mentem venit quid in rem esset, sic statuit faciendum: Instructis vniuersis copiis partim quâ fluuius vrbem ingreditur, partim à tergo quâ egreditur, præcipit vt, quum cernerent alueum posse transiri, illac vrbem inuaderent. Ita instructis atque admonitis suis, cum inutiliori exercitus parte abiit ad paludem. Eo vbi peruenit, quæ Babyloniorum regina fecerat circa flumen & circa paludem, eadem & ipse fecit. [1] Nam reuocato flumine, alueum eius pristinum vado transibilem reddidit. Quod quum ita factum esset, Persæ qui ad hoc ipsum instructi erant, per alueum vnde fluuius EVphrates abscesserat, [2] mediorum fere femorum tenus fortiter Babylonem introierunt. Quos Babyloniis, si factum Cyri prius aut audissent aut sensissent, haud dubie [3] contempto eorum ingressu, pessimo exitio affecissent. Nam obseratis omnibus quæ ad flumen ferunt portulis, conscensisque septis, ipsi pro ripis stantes illos progressos veluti in cauea excepissent. [4] Nunc ex inopinato eis Persæ astiterunt, & quũ capti essent qui media vrbis incolebant Babylonii, propter eius tamen magnitudinẽ nõ sentiebatur (vt fertur) ab iis qui circa extrema habitabant. Sed quod forte dies festus eis esset, exercendis choreis atque oblectationibus operam dabant, donec planè hoc resciuerunt. Atq; ita primò capta est Babylon.
CXCII ¶CVIVS ciuitatis quanta sit potentia, eũ ex aliis multis declarabo, tum vero ex hoc. Quũ regi magno omnis plaga cui imperat, sit [5] distributa in ipsius atque exercitus eius alimentũ, præter tributa, ex duodecim quibus annus cõstat mensibus, quatuor regio Babylonica, octo

Ⓐ ὁ Βαβυλώνιοι ἐκ τρατοῦ ἀθροίσαντες ἐπῆλθον αὐτόν. ἐπεὶ ὁ ἐλήλυθε ἐλαύνων ἀπὸ τ πόλιος, συνέβαλόν τε οἱ Βαβυλώνιοι, καὶ ἐκασωθέντες τῇ μάχῃ, καὶ φληφθησαν ἐς τ ἄστυ. οἷα δὴ ἐξεπισταμένοι ἐπὶ πολὺ τερον Ⓜ Κύρου οὐκ ἀτρεμίζοντα, ἀλλ' ὀρέοντες αὐτὸ πανταχῇ ὁμοίως ὁπλισμένον, τὸν σαξάμενοι σιτία ἐτέων καὶ πολλῶν, ἐνθαῦτα ὅτι μὲν λόγον εἶχον τ πολιορκίης ὀλίγα· Κῦρος δὲ ἀπορέοντι συνέχετο, ἀτε χρόνου τε ἐγγινομένου συχνοῦ, καὶ ὠφελέρως ὁ δὲν τ πρηγμάτων προεκπορισμένων. Εἴτε δὴ ὧν ἄλλος Ⓐ ἐπορέοντι ὑπεθήκατο, εἴτε καὶ αὐτὸς ἔμαθε τὸ ποιητέον οἱ ἐὼν, ἐποίεε δὲ τοιόνδε· τάξας τὸ τρατιὴν ἅπασαν ὀξὺ ἐμβολῆς τ ποταμοῦ, τῇ ἐς τ πόλιν ἐσβάλλει, καὶ ὅπισθε αὐτῆς τ πόλιος τάξας ἑτέρους, τῇ ὀξυηκὲς ἐκ τ πόλιος ὁ ποταμὸς προέρπει τοῖς τρατοῖς, ὅτεῳ διαβαίη τὸ ῥέεθρον ἰδὼν ἡμόρμιον, ἐσιέναι ταύτῃ ἐς τ πόλιν. ὕτω δὴ κ. λλά τάξας, καὶ κατὰ ταῦτα προσχινέας, ἀπῆλαυνε αὐτὸς σὺν τῷ ἀρηίῳ τ τρατ. ἀπικόμενος ὅπι τ λίμνην, τὰ περ ἡ τ Βαβυλωνίων βασίλεια ἐποίησε καὶ τὰ τε τ ποταμοῦ καὶ κατὰ τ λίμνην, ἐποίεε καὶ ὁ Κῦρος ἕτερα τοιαῦτα. τ γὰρ ποταμὸν διώρυχι εἰσαγαγὼν ἐς τ λίμνην ἐξ σμὸν ἕλος, τὸ ἀρχαῖον ῥέεθρον διαβατὸν ἐποίησε, ὑπονοστήσαντος τ ποταμοῦ. ἁλωμένων δὲ τοιούτῳ, οἱ κ. τὰ τὰ Πέρσαι οἱ περ ἐτετάχατο ἐπ' αὐτῷ τούτῳ κατὰ τὸ ῥέεθρον τὸ Εὐφρήτεω τοῦ ποταμοῦ, ὑπονενοστηκότος ἀνδρεῖος ἐς μέσον μηρὸν μάλιστά κη, κατὰ τοῦτο ἐσήεσαν ἐς τ Βαβυλῶνα. Εἰ μὲν νυν προεπύθοντο ἢ ἔμαθον οἱ Βαβυλώνιοι τὸ ἐκ τ Κύρου ποιεύμενον, οὐδ' ἂν παρειδόντες τοὺς Πέρσας ἐσελθόντας τὴν πόλιν, διέφθειραν κάκιστα· καταλαβόντες γὰρ ἂν πάντας τοὺς ἐς Ⓜ ποταμὸν πυλίδας ἐκλῄσαντες, καὶ αὐτοὶ ὅπλα τὰς ἀμάσιας ἀναβάντες τὰς περὶ τὰ χείλεα τοῦ ποταμοῦ ἑλκυσάμενοι, ἔλαβον ἂν σφέας ὡς ἐν κύρτῃ· νῦν δὲ λάθρῃ ἐσδοκήτους σφι παρέσησαν οἱ Πέρσαι. ἦν δὲ μέγαθος τ πόλις, ὡς λέγε) ὑπὸ τ ταύτῃ οἰκημένων, τὰ μὲν τὰ ἔργα τ πόλιος ἐάλω τότε, τοὺς δὲ μέσον οἰκέοντας τ Βαβυλωνίων, ὡς μάθοιεν ἁλόντας, ἐλπὶ τυχθὲν γὰρ σφι ἑόρτιον ἦν) χορεύειν τε καὶ Ⓜ χρόνον, καὶ ἐν ὑπαθείσι εἶναι). ἐς ὃ δὴ καὶ τὰ κατὰ ἐπύθοντο, καὶ Βαβυλὼν μὲν ὕτω πρώτη ἁλίσκετο. Τὼ δὲ δυνάμιν τ Βαβυλωνίων πολλοῖσι μὲν καὶ ἄλλοισι δηλώσω ὅσην τινὰ ἔχει, ἐν δὲ καὶ τῷδε· βασιλέϊ μεγάλῳ ἐς ἐμφανὲς αὐτός τε καὶ τ τραλιῆς διαπαρῆ) παρέχει φόρον γῆς πάσης ὅσης ἄρχει. δυώδεκα μὲν μηνῶν ἐόντων ἐς τ ἐνιαυτόν, ἓξ τεσσάρων τρεφομένη μὲν ἡ Βαβυλωνίη χώρη, ἓξ δὲ ὀκτὼ

1 Nam fluuio in paludem, *siue stagnum*, ducta fossa immisso, pristinum eius alueum, fluuio subsidente, *vel abscedente*, peruiũ reddidit. 2 Mediorum femorum tenus, ad summum, fortit. 3 Ingred. non permisissent, sed pess. 4 Nunc ex inopinato illis Persæ superuenerunt. Tantaq; vrbis erat magnitudo, vt (quemadmodum narrant accolæ) quum capti essent qui extremas vrbis partes incolebant, ii qui mediam vrbem incolerent id nescirent, Sed quod, &c. 5 *Intelligit, singulis regionibus indici solitum quid alendo regi & eius copys persoluerent.*

τῶν μέσων ἡ λοιπὴ πᾶσα Ἀσίη. οὕτω τετιμωρέη ἡ Ἀσσυρίη χώρη τῇ δυνάμει τῆς ἀρχῆς Ἀσίης. καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς χώρης ταύτης, τὴν Ⓐ Γέρρας σατραπήιην καλέουσι, ἔστι ἁπασέων τῶν ἀρχέων πολλὸν τὴ κρατίστη, ἧκου Τεριταίχμη τῷ Ἀρταβάζου ἐκ βασιλέως ἐπέταλτο νόμον τόνδε, ἀρχυρίου μὲν στατῆρι ἑκάστης ἡμέρης ἀρτάβη μέτρη· ἡ δὲ ἀρτάβη, μέζων ἐστὶ Περσικὸν, χωρέον μεδίμνου Ἀττικοῦ πλεῖον ἑβδόμῃσι τρισὶ Ἀττικῆσι. ἵπποι δὲ Ⓑ αὐτοῦ ἦσαν ἰδίη, παρεξ τῶν πολεμιστηίων, οἱ μὲν ἀναβαίνοντες τὰς θηλείας, ὀκτακόσιοι· αἳ δὲ βαινόμεναι, ἑξακισχίλιαι καὶ μύριαι. ἀνέβαινε γὰρ ἕκαστος τῶν ἐρσένων τούτων ἕλκοσι ἵπποις. κυνῶν δὲ Ἰνδικῶν τοσοῦτον δή τι πλῆθος ἐτρέφετο, ὥστε τέσσαρες τῶν ἐν τῷ πεδίῳ κώμῃ μεγάλαι, τῶν φόρων ἐούσαι ἀτελέες, τοῖσι κυσὶ τοσαῦτα μέδιμνα σῖτον παρέχειν. τοιαῦτα μὲν τῷ ἀρχοντι τῆς Βαβυλῶνος ὑπῆρχε ἐόντα. Ἡ δὲ γῆ τῶν Ἀσσυρίων οὐ μέν τι ὀλίγῳ, καὶ ὁ ἀκτερέφων τὸν ῥίζαν τὸν σῖτον, ἐστὶ τοῦτο· ἀρδόμενον μέντοι ἐκ τοῦ ποταμοῦ ἀδρώνεταί τε ὁ λήϊον, καὶ ὥσπερ γίνεται ὁ σῖτος, ἐπὰν ἐπὶ Αἰγύπτῳ, αὐτοῦ τοῦ ποταμοῦ ἀναβαίνοντος ἐς τοὺς ἀρόσεας, ἀλλὰ χερσί τε καὶ κηλωνίοισι ἀρδόμενος. ἡ δὲ Βαβυλωνίη χώρη πᾶσα, καπάρη ἡ Αἰγυπτίη, καταπεπταμένη ἐς διώρυχας· καὶ ἡ μεγίστη τῶν διωρύχων ἐστὶ νηυσὶ πλωτὴς, πρὸς ἥλιον τετραμμένη Ⓒ χειμερινόν. ἐσέχει δὲ ἐς μέζονα ποταμὸν ἐκ τοῦ Εὐφρήτεω, ἐς Ⓓ Τίγρην, παρ' ὃν Νῖνος πόλις οἰκέατο. ἔστι δὲ χωρέων αὕτη ἁπασέων μακρῷ ἀρίστη, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, Δήμητρος καρπὸν ἐκφέρειν· τὰ μὲν δὴ ἄλλα δένδρεα οὐδὲ πρᾶτα ἀρξαμένη φέρειν, οὔτε συκέην, οὔτε ἄμπελον, οὔτε ἐλαίην. Ⓔ τὴν δὲ Δήμητρος καρπὸν ὧδε ἀγαθὴ ἐκφέρειν ἐστὶ, ὥστε ἐπὶ δικόσια μὲν τὸν σπόρον ἀποδιδοῖ· ἐπεὰν δὲ ἄρισα αὐτὴ ἑωυτῆς ἐνείκῃ, ἐπὶ τεικόσια ἐκφέρει. τὰ δὲ φύλλα ἀλφὶ τῶν τε πυρῶν καὶ τῶν κριθέων ὁ πλάτος γίνεται τεσσάρων δακτύλων ὑπερτέων. ἐκ δὲ κέγχρου καὶ σησάμου ὅσον τι δένδρου μέγαθος γίνεται, ἐξεπιστάμενος μνήμην οὐ ποιήσομαι· οὐ εἰδὼς ὅτι τοῖσι μὴ ἀπιγμένοισι ἐς τὴν Βαβυλωνίην χώρην, καὶ τὰ εἰρημένα καρπὸν ἐκφέρειν, ἐς ἄπιστον πολλὸν ἀπῖκται. χρέωνται δὲ οὐδενὶ ἐλαίῳ, ἀλλ' ἐκ τῶν σησάμων ποιεῦντες. εἰσὶ δὲ σφι φοίνικες πεφυκότες ἀνὰ πᾶν τὸ πεδίον, Ⓕ πλεῦνες αὐτέων καρποφόροι· ἐκ τῶν καὶ σῖτα καὶ οἶνον καὶ μέλι ποιεῦνται.

reliquis cum omnis Asia alit. Ita huius regionis potentia tertiam Asiæ partem æquiparat, & eius principatus, (quem satrapiam Persæ vocant) omnium prouinciarum longe est optimus, adeo vt Tritæchmæ Artabazi filio (qui pro rege tributum hoc exigebat) singulis diebus singulæ argenti plenæ artabæ penderentur. Est autem artaba mensura Persica, capacior quam Atticus medimnus, tribus chœnicibus Atticis. Ad hæc erant ei peculiares equi, præter bello destinatos, admissarii octingenti, cum equarum à quibus admittebantur, sexdecim millibus. nam singuli à vicenis admittebantur. Præterea canum Indicorum tanta alebatur multitudò, vt ad præbenda eis cibaria, quatuor in eadem planitie magnivici attributi essent, aliorum tributorum immunes. [2] Atque hæc præsidis Babylonis peculiaria erant. [3] Porro in Assyriorum terra parum pluit. Quod in ea frumenti germinat, id demum est quod ex flumine irrigatur. Irrigatur autem seges prouenitque frumentum, non quemadmodum in Ægypto, flumine sua sponte in arua ascendente, sed manibus atque scrobibus irrigatum. Etenim Babylonica regio omnis (quemadmodum Ægyptiaca) dissecta est in fossas, quarum maxima nauibus transiri potest, [4] ad solem hybernum vergens: [5] exit autem ex Euphrate in Tigrim alterum flumen, ad quod vrbs Ninus sita erat. Hæc regio omnium quas nos vidimus, [6] longe optima est, duntaxat ferendo frumento. Nam in arboribus ferendis, ficu, vite, olea, nequaquã de principatu contendit. Cereris autem fructu procreando adeo ferax est vt nusquam nõ ad ducena reddat: vbi autem bonitate sese ipsa vincit, etiam ad tricena. Quaternûm autẽ digitorum maximorũ latitudo est tritici atq; hordei foliis. [7] Milii vero ac sesami proceritatem instar arborũ, etsi mihi compertam, tamen memorare supersedeo, probe sciens, iis qui nunquam Babylonicam regionem adierunt, quæ de frugiferis dicta sunt, perquam incredibilia visum iri. Oleo autem non vtuntur nisi quod ex sesamis faciunt. Sunt eis passim per omnem regionem palmæ sua sponte nascentes, pleræque fructiferæ: ex quibus & cibos & vinũ & mel cõficiũt,

χ. ἐὸν Π. χωρέη
χ. Ἀττικῆς
χ. στολεμιστήιων,
χ. ἀπιστίαν
χ. ἀρδόμενον
χ. Νινεῖται.

CXCIV
CXCV
CX CIII

1 (Quem rex huic tractui præfecerat) 2 Atq; hæc ad eum qui Babylonis præfectus erat, pertinebant. Porro, &c. 3 Porro in Assyriorum regione parum pluit: & hoc ipsum est quod frumenti radicem alit: seges tamen fluuio rigata fit lætior: prouenitque, &c. 4 *Id est, Ad solstitium hybernum.* 5 Pertingit autem ab Euphrate. 6 Longe præstantissima est ferendo quidem certe frumento. Nam alioqui arbores ne ab initio quidem ferre potest: veluti ficum, vitem, oleam. Cereris, &c. 7 In quam autem altitudinem milium & sesamum arborescant, etsi probe norim, tamen id non referam: quum sciam, iis qui n.

colentes

colentes ficuum more. Harum, vt aliarum arborum, Græci masculas vocant, quarum fructum iis quæ palmulas ferunt alligant, vt illinc prodiens culex, palmulas penetrans cogat matureſcere, alioqui occaſuras. Maſculæ enim in fructu culices[1] ferunt, quemadmodum captrifici. Venio ad id quod ex omnibus quæ ſunt in ea regione, ſecundum ipſam vrbem, mihi ſummo miraculo eſt differendum. ¶ Nauigia illorum quæ per flumen commeant Babylonem, omnia ſunt orbiculata atque coriacea, quæ pecuarii Armenii, qui ſupra Aſſyrios incolunt, ex cæſis ſalicibus faciunt, inſtruuntque pellibus, nudo illarum extrinſecus poſito in modum ſoli: neque puppe diſcreta, neque prora acuminata, ſed in ſpeciem clypei magis orbiculata. Tale nauigium ſtramentis ſtipatum fluuio deferendũ permittunt, cum aliis rebus, tum vero doliis è palmularum vino onuſtum, dirigentibus illud duobus, cum totidem palis: quorũ alter introrſum palum trahit, alter exterius pellit. Fiunt autem nauigia hæc & magna admodum & minora: quorum maxima quæque ferunt pondus quinque millium talentorum, ſingula ſingulos aſinos viuos intus habentia, maiora etiam plures. Poſtquam igitur nauigantes Babylonem peruenerunt, onuſque expoſuerunt, lignis nauigii atque omnibus ſtramentis venundatis, pelles aſinis imponunt, eoſque in Armeniam agitant. aduerſo enim flumine nauigari præ illius rapiditate nullo pacto poteſt. Propterea enim non ex lignis, ſed ex pellibus nauigia fiunt. Iidem, vbi aſinos agitando in Armeniam redierunt, alia ad eundem modum nauigia cõparant. Et naues quidem eorum tales ſunt. ¶ Amictu autem tali vtuntur: Duabus amiciuntur tunicis, vna linea vſque ad pedes demiſſa, cui alteram laneam ſuperinduunt: poſtremo candidam penulam circumiiciunt. Calceos gerunt gentis more, ſoleis Thebanis pæne ſimiles. Capita habentes comata, mitris redimiunt, vnguentis toto corpore delibuti. Anulum ſignatorium ſinguli geſtant, & ſceptrum

CXCIV

CXCV

τοῦ συκέων ξύλου ποιεῦνται· τά τε ἄλλα, καὶ φοινίκων τοῦ ἔρσενας Ἕλλῆνες καλέουσι, τοῦτον τὸν καρπὸν ἐσιδέοισι τῆσι βαλανηφόρῳσι τῶν φοινίκων, ἵνα σφεας παίνηται σφι ὁ ψὴν τὴν βάλανον ἐς δύνων, καὶ μὴ ἀποῤῥέῃ ὁ καρπὸς ὁ τῦ φοίνικος. ψῆνας γὰρ δὴ φέρουσι ἐν τῷ καρπῷ οἱ ἔρσενες, κατὰ ταὐτὰ δὴ οἱ ὄλυνθοι. Τὸ δὲ ἀπόρρητον θῶυμα μέγιστον μοι ὄδι τῶν ταύτῃ, μετά γε τὴν πόλιν αὐτὴν, ἔρχεσθαι φέρουσαν. Τὰ πλοῖα αὐτοῖσι ὅσα κατ' ὦν ποταμὸν σπορυόμενα ἐς τὴν Βαβυλῶνα ἐόντα κυκλοτερέα, πάντα σκύτινα. ἐπεὰν γὰρ ἐν τοῖσι Ἀρμενίοισι τοῖσι κατύπερθε Ἀσσυρίων οἰκημένοισι νομέας ἰτέης ταμόμενοι ποιήσωνται, περιτείνουσι τούτοισι διφθέρας ἐξωθεν, ἐδάφεος τρόπον, οὔτε πρύμνην ἀποκρίνοντες, οὔτε πρῴρην σκυτάλαντες, ἀλλ' ἀσπίδος τρόπον κυκλοτερέα ποιήσαντες, καὶ καλάμης πλήσαντες πᾶν τὸ πλοῖον τοῦτο, ἀπιᾶσι κατ' ὦν ποταμὸν φέρεσθαι, φορτίων πλήσαντες· μάλιστα δὲ, βίκησι φοινικηίοισι καταγεσι οἴνου πλέοις. ἰθυνέει δὲ δύο τε δύο πλήκτρων, καὶ δύο ἀνδρῶν ὀρθῶν ἑστεώτων. καὶ ὁ μὲν ἔσω ἕλκει ὃ πλῆκτρον, ὁ δὲ ἔξω ὠθέει. ποιέεται δὲ καὶ κατὰ μεγάλα πάντα τὰ πλοῖα, καὶ ἐπὶ φορτίῳ· τὰ δὲ μέγιστα αὐτέων, καὶ πεντακισχιλίων ταλάντων γόμον ἔχει. ἐν ἑκάστῳ δὲ πλοίῳ ὄνος ζωὸς ἔνεστι, ἐν δὲ τοῖσι μέζοσι, πλέονες. ἐπεὰν οὖν ἀπικόμενοι πλέοντες ἐς τὴν Βαβυλῶνα, καὶ διαθέωνται τὸν φόρτον, νομέας μὲν τῦ πλοίου καὶ τὴν καλάμην πᾶσαν ἀπεκπέμπουσι· τὰς δὲ διφθέρας ἐπισάξαντες ἐπὶ τοὺς ὄνους, ἀπελαύνουσι ἐς τὴν Ἀρμενίην. αὐτὰ δὲ ποταμὸν γὰρ δὴ οὐκ οἷά τε ἐστὶ πλέειν οὐδενὶ τρόπῳ, ὑπὸ τάχεος τε τοῦ ποταμοῦ. διὰ γὰρ ταῦτα, καὶ οὐκ ἐκ ξύλων ποιεῦσι τὰ πλοῖα, ἀλλ' ἐκ διφθερέων· ἐπεὰν δὲ τοὺς ὄνους ἐλαύνοντες ἀπίκωνται ὀπίσω ἐς τὴν Ἀρμενίην, ἄλλα τρόπῳ τῷ αὐτῷ ποιεῦνται πλοῖα. Τὰ μὲν δὴ πλοῖα αὐτοῖσι ὅδι διαῤῥέει. Ἐσθῆτι δὲ τοιῇδε χρέωνται· χιτῶνι ποδηνεκέι λινέῳ· καὶ ἐπὶ τούτῳ ἄλλον ἐρινεὸν χιτῶνα ἐπενδύτῃ. καὶ χλανίδιον λευκὸν περιβάλλονται, ὑποδήματα τὰ ἐγχώρια, παχέα πλησια τῆσι Βοιωτικῆσι ἐμβάσι. κομῶντες τὰς κεφαλὰς, μίτρῃσι ἀναδέονται, μεμυρισμένοι πᾶν τὸ σῶμα· σφρηγῖδα δὲ ἕκαστος ἔχει, καὶ σκῆπτρον

1 Producunt, 2 *Hunc locum ita vertit Bayf. in lib. De re Nauali.* Nauigia illis ſunt quæ ſecundo flumine deferuntur Babylonem verſus, omnia circulari forma, eaq; ex aluta. Vbi enim Armenii qui ſupra Aſſyrios habitant, ligna circularia è ſalice coaptarunt, obtendunt extrorſus tegumenta è pellibus, quibus ſoli vice vtuntur carinæque loco, nulla neque puppis neque proræ forma diſcreta, verum ſcuti inſtar, in orbem compoſita: deinde ſtipula referciunt, illudq; nauigium fluminis permittunt, mercibus onuſtum: præcipue autem bicos è palmarum foliis comportant vino refertos. Reguntur autem gubernaculis duobus, cum totidẽ hominibus qui ſtant: quorum alter introrſum trahit, alter extrinſecus propellit. Fiuntque hæc nauigia valde magna, nonnulla & minora: eorum autem maxima ferunt onus talentorum quinque millium. Ineſt & in vnoquoque nauigio aſinus viuus, in maioribus etiam plures. *Pro* Bicos è palmarum foliis, *alij* Dolia palmea *interpretantur.*

χειροποίητον· ἐπ' ἑκάστῳ δὲ σκήπτρῳ ἔπεσι ποικιλλόμενον ἢ μῆλον, ἢ ῥόδον, ἢ κρίνον, ἢ ἀετός, ἢ ἄλλό τι. αἰδὼ γὰρ ὀπισθόμου οὐ σφι νόμος ἐστὶ ἔχειν σκῆπτρον. αὕτη μὲν δὴ σφι ἀρτίοις ὧδε τὸ σῶμά ἐστι. Νόμοι δὲ αὐτοῖσι ὧδε κατεστᾶσι· ὁ μὲν σοφώτατος ὅδε, κατὰ γνώμην τὴν ἡμετέρην, τῷ καὶ Ἰλλυριῶν Ἐνετοὶ χρᾶσθαι νομίζουσι κατὰ κώμας ἑκάστας ἅπαξ τοῦ ἔτεος ἑκάστου ἐποίεε τάδε· ὡς αἱ παρθένοι ἡλικίαν γάμων ὡρηΐαι, ταύτας ὅκως συναγάγοιεν πάσας, ἐς ἓν χωρίον ἐσάγεσκον ἀλέας· περὶξ δ' αὐτὰς ἵστατο ὄμιλος ἀνδρῶν. ἀνίστας δὲ κατὰ μίαν ἑκάστην κήρυξ πωλέεσκε, πρῶτα μὲν τὴν εὐειδεστάτην ἐκ πασέων· μετὰ δ', ὅκως αὕτη εὐδόκιμα πολλοῦ χρυσίου πραθείη, ἄλλην ἀνεκήρυσσε, ἥτις μετ' ἐκείνην ἔσκε εὐειδεστάτη. ἐπωλέοντο δὲ ἐπὶ συνοικήσει· ὅσοι μὲν δὴ ἦσαν εὐδαίμονες τῶν Βαβυλωνίων ἐπίγαμοι, ὑπερβάλλοντες ἀλλήλους ἐξωνέοντο τὰς καλλιστευούσας· ὅσοι δὲ τοῦ δήμου ἦσαν ἐπίγαμοι, οὗτοι δὲ εἶδος μὲν οὐδὲν ἐδέοντο χρηστοῦ, οἱ δ' αἰ χρήματά τε καὶ ἀφλοίους παρθένους ἐλάμβανον. ὡς γὰρ δὴ ὁ ἐξελθὼν κήρυξ πωλέων τὰς εὐειδεστάτας τῶν παρθένων, ἀπὸ τούτου ἤδη ἀμορφοτάτην, ἢ εἴ τις αὐτέων ἐμπηρὴς ἦε. καὶ ταύτην ἀνεκήρυσσε, ὅστις θέλει ἐλάχιστον χρυσίον λαβών, συνοικέειν αὐτῇ· ἐς ὅτου τὸ ἐλάχιστον ἐπιφανὲν παρεστήκεισαν. τὸ δὲ ἀπὸ χρυσίον ἐγίνετο ἀπὸ τῶν εὐειδέων παρθένων. καὶ οὕτω αἱ εὔμορφοι τὰς ἀμόρφους καὶ ἐμπήρεις ἐξεδίδοσαν. ἐκδοῦναι δὲ τὴν ἑωυτοῦ θυγατέρα ὅτεῳ βούλοιτο ἕκαστος, οὐκ ἐξὸν οὐδὲ ἀνὴρ ἐνυπτέων ἀπαγαγέσθαι τὴν παρθένον πριάμενον, ἀλλ' ἐγγυητὰς χρῆν καταστῆσαντα, ἢ μιν συνοικήσειν αὐτῇ, ὅτου ἀπάγεσθαι· εἰ δὲ μὴ συμφερόμενοι, ἀποφέρειν τὸ χρυσίον ἔκειτο νόμος. ἐξὸν δὲ καὶ ὃς ἄλλης ἐλθόντα κώμης βουλόμενον ὠνέεσθαι. ὁ μὲν νεωστὶ καλλιστεύσας νόμος, οὗτος σφι ἦν· οὐ μέντοι νεωστὶ γε διετέλεε ἐών. ἄλλο δέ τι ἐξεύρηκαν νεωστὶ γενόμενοι, ἵνα μὴ ἀδικῆσιν αὐτὰς, μηδ' ἐς ἑτέρην πόλιν ἀέκοντας. ἐπεί τε γὰρ ἀλόντες ἐκακώθησαν καὶ οἰκοφθορήθησαν πᾶς τις τοῦ δήμου βίου πανίζων καταπορνεύει τὰ θήλεα τέκνα. Δεύτερος δὲ σοφίῃ ὅδε ἄλλος σφι νόμος κατεστήκεε·

affabrefactum, cui superstat aut malum, aut rosa, aut lilium, aut aquila, aut aliud quippiam. Nam absque insigni gestare sceptrum ipsis nefas est. Atque hic eorum corporis est cultus. ¶ Leges vero quæ constitutæ ab ipsis, hæ sunt: Vna quidem, prudentissima, altera autem (quantum ego sentio) qua Enetos qui sunt ex Illyriis, audio vti per singulos pagos. Semel enim quotannis ista fiebant. Vbi virgines effectæ essent nubiles, eas quum congregassent, vniuersas vnum in locum recipiebant, quas circũsistente virorum frequentia, surgens præco sigillatim vendebat: sed primum pulcherrimam omnium,[1] secundũ hanc (vt quamplurimo venditur auro) aliam euocabat quæ post illam esset speciosissima. Vendebatur autem in cõtuberniũ. Babylonii igitur qui locupletes, & iidẽ cælibes erant, pulcherrimas quasque mercabantur, vt quisque licitando alterum superauerat. At iis ex plebe qui essent cælibes, his non opus erat pulchra forma: ideo turpiores virgines simulque pecunias accipiebant. Nam præco, vbi virginum speciosissimarum peregisset venditionem,[2] excitabat deformissimã, siquis illorum mercari volens existeret: edicebatque quisquis vellet quamminimo auri sumpto eam in matrimonium habere, donec illi qui minimo cõtentus esset, femina addiceretur. Ita aurum ex speciosis virginibus conficiebatur, & sic speciosæ deformes ac[3] debiles collocabant. [4] Quarum nullam cuiq; emptori fas erat sine fideiussoribus abducere, sed datis fideiussoribus de ducenda illa in vxorem, ita demum licebat abducere. Si de hoc non conueniebat, lex lata erat vt aurum illi redhiberet. Quinetiam ex alio pago venientibus licebat vxorem mercari si vellent. [5] Hæc apud eos honestissima lex erat, quæ tamen non perseuerauit. Sed nouissime aliud quiddam excogitauerunt, ne quis feminas iniuria afficiat, neve quis aliam in vrbem abducat. Nam posteaquam expugnati male accepti sunt, remque domesticã absumpserunt, vnusquisq; plebeius qui victus inopia premitur, filias suas adigit ad quæstum corpore faciendum. Alteram item sapienter condiderunt legem,

1 Vbi autem hæc auro multo vendita erat, aliam addicebat, quæ secundum illam esset spec. Vendebantur autem ea conditione vt vxores essent *emptoribus*. Babylonii igitur qui, *&c.* 2 Surgere iubebat 3 Debilitatas aliqua parte corporis. *Vel*, Quæ aliquo vitio corporis laborarent. 4 Nec vero cuique suam filiam collocare licebat cui vellet, neque emptori sine fid. 5 *Videntur in Gr. exemplaribus præposterе collocata esse quædam verba, & esse hic sensus*, Et hæc quidem apud illos honestissima consuetudo erat, ne iniuria illas afficerent, neque in aliam vrbem abducerent. Verum ad hæc vsque tempora non permansit: sed nouiss. aliud q. excogitauerunt. Nam posteaquam in *sua vrbis* expugnatione vexati fuerunt & bonis euersi, vnusquisq.

ægrotos

ægrotos efferendi in forum: (neque enim medicis vtuntur) vt de eorum languore consulant [1] qui eos adeunt, siquis & ipse eundem passus est morbum, aut alium vidit patientem. Hæc viri qui illos adeunt consulunt, hortanturque ad ea quæ ipsi faciendo effugerint similem morbum, aut alium nouerint effugisse. Nec fas est cuiquam ægrotantes præterire silentio, nec antequam exploratierit quonam ille morbo labo-
CXCIIX ret. Sepulcra eisdē in melle sunt: luctus funebres Ægyptiacis persimiles. Quoties autem cum vxore miscetur vir Babylonius, adhibito thymiamati assidet, & ex altera parte mulier idem facit. Quinetiam sub diluculum abluuntur ambo, nullum vas priusquam se abluerint tacturi. Eadē & hæc Arabes faciūt.
CXCIX Vna iisdem Babyloniis lex est omnibus modis fœda, nempe omnibus mulieribus indigenis commune est, semel in vita ad Veneris templum desidentibus, cum externis viris consuetudinem habere. Ceterum quum pleræque sint diuitiis tumentes,[2] quæ sui copiā facere recusent, hæ vehiculis cameratis vectæ, pro templo consistunt, relicta interim à tergo magna famulitii turba. Pleręq; etiam hunc in modum faciunt. Ad templum Veneris sedent nodis corollisque tẽpora reuinctæ multæ mulieres, è quibus aliæ accedunt, aliæ discedunt. Nam diuerticula vndecunque sic funiculis distincta aditum præbent externis ad mulieres illas, quam cuique libuerit deligendam. Porro quum semel illic consederint, non prius domum regrediuntur quam hospitum aliquis pecuniā mulieri in sinum iniecerit; & cum eadem à fano seorsum abducta rē habuerit. Hospitem autem illum qui pecuniam obtulit, dicere oportet, Ego tibi deam Mylittam imploro. Mylittam enim Assyrii Venerem appellant. Ac vero pecuniam illam, quantulacunque sit, non fas est reiicere,[3] siquidem in sacrum conuertitur vsum. Neque mulieri etiam permittitur hospitem aliquem repudiare: sed quicunq; is est qui pecuniam obiecerit primus, hunc illa sequitur citra delectum. Postremo vbi iam congressa fuerit cum externo mulier,[4] dea expiata, domum reuertitur. At deinceps[5] haud ita multo conduxeris. Iam, quæ forma sunt elegantiori, citius discedunt: quæ vero deformes, diutius coguntur desidere pro templo

κὸν κάμωνλας ἐς τὠὐ ἀγορὼ ἐκφορέοισι (οὐ γὰρ δὴ χρέωνται ἰητροῖσι) πρησιόντες ὧν θεὸς (W) κάμωνλα, συμβουλεύοισι τῷ τῆς νούσου, εἴ τις καὶ αὐλὸς τοιοῦτον ἔπαθε οἷον αὐ ἔχει ὁ κάμνων, ἢ δηλον εἶδε παθόνλα. ταῦλα πρησιόντες συμβουλεύοισι, καὶ πρήγματα ἄσα αὐλὸς ποιήλας δίζεφυγε ὁμοίως νοῦσον, ἢ ἄλλον εἶδε ἐκφυγόνλα. σιγὴ δὲ πρὶν ἐξελθεῖν (W) κάμωνλα οὔπω σφι ἔξεσι, πρὶν αὖ ἐπείρηται ἑωὖτινα νοῦσον ἔχει. Ταφαὶ δὲ σφι ἐν μέλιι. θρῄωοι δὲ πρηπλήσιοι τοῖσι ἐν Αἰγύπλῳ. ὁσάκις δ' αὖ μιχθῇ γυναικὶ τῇ ἑωὖτοῦ ἀνὴρ Βαβυλώνιος, πυρείθριμα καταιζόμενον ἵζει, ἑτέρωθι δὲ ἡ γυνὴ τὠὐτὸ τοῦτο ποιέει. ὀρθρευ δὲ γενομένου, λοιῶνται ἀμφότεροι· ἄλλεος γὰρ σώματος ἅπτονται πρὶν αὖ λούσωνται. Ταῦτα ὑπ' ταὐτὰ καὶ Ἀράβιοι ποιέουσι. Ὃ δὲ δὴ αἴσχιςον τῶν νόμων ἐστὶ τοῖσι Βαβυλωνίοισι, ὅδε· δεῖ πᾶσαν γυναῖκα ἐπιχωρίῳ ἱζομένῳ ἐς ἱρὸν Ἀφροδίτης, ἅπαξ ἐν τῇ ζόῃ μιχθῆναι ἀνδρὶ ξείνῳ. πολλαὶ δὲ καὶ οὐκ ἀξιεύμεναι ἀναμίσγεαθαι τῆσι ἄλλῃσι, οἷα πλούτῳ ὑπερφερεύσας, ἐπὶ ζευγέων ἐν καμάρῃσι ἐλάσασαι, πρὸς τὸ ἱρὸν ἑδᾶσι· θεραπίη δέ σφι ἕπεται πολλὴ ὀπιόθεν. αἱ δ' πλεῦνες ποιεῦσιν ὧδε· ἐν τεμένεϊ Ἀφροδίτης κατέαται στέφανον περὶ τῆσι κεφαλῆσι ἔχουσαι θώμιγγες πολλαί γυναῖκες. αἱ μὲν γὰρ πρόσερχονται, αἱ δὲ ἀπέρχονται. φοινικήϊαι δὲ διέξοδοι πολλὰ ζῆπον ὁδὸν ἔχουσι διὰ τῶν γυναικῶν, δι' ὧν (A) ξεῖνοι διεξιόντες σκοπέονται. ἔνθα ἐπεὰν ἵζηται γυνή, οὐ πρόσθεν ἀπαλλάσσεται ἐς τὰ οἰκία, πρίν τις (A) ξείνων ἀργύριον ἐμβαλὼν ἐς τὰ γοῦνα, μιχθῇ ἔξω τοῦ ἱροῦ. ἐμβαλόνλα δὲ δεῖ εἰπεῖν. τόσον δε, Ἐπικαλέω σε τὴν θεὸν Μύλιλλα. Μύλιλλα γὰρ καλέουσι τὴν Ἀφροδίτην Ἀσσύριοι. Τὸ δὲ ἀργύριον, μεγαθός ἐστι ὁσονοῦν. οὐ γὰρ μὴ ἀπώσηται. οὐ γὰρ (A) θέμις ἐστί. γίνεται γὰρ ἱρὸν τοῦτο τὸ ἀργύριον· τῷ δὲ πρώτῳ ἐμβαλόντι ἕπε), οὐδὲ ἀποδοκιμᾷ οὐδένα· ἐπεὰν δὲ μιχθῇ, ἀποσωσαμένη τῇ θεῷ, ἀπαλλάσσεται ἐς τὰ οἰκία· καὶ τὼ πὸ τούτου οὐκ οὕτω μέγα τι (A) δώσεις ὥς μιν λάμψεαι. ὅσαι μὲν νυν εἶδός τε ἐπαγμέναι εἰσὶ καὶ μεγάθεος, ταχὺ ἀπαλλάσσονται· ὅσαι δ' ἂν μορφοὶ αὐτέων εἰσὶ, χρόνον πολλὸν πρόσμενοισι,

---

1 Accedentes igitur ad ægrotum siqui aut eodem morbo laborauerint, aut laborantem alium viderint, de illo consilium dant, hortant. 2 Quæ se aliis immiscere dedignantur, hæ veh. 3 Siquidem illa sit sacra. 4 Rite factis deæ sacris. 5 Nihil tam magnum est quo dato potiri illis possis.

ὑδωρ ἀμφ' αὐτὸν νόμον ἐκπλῶσαι· ἐν δὲ τρίτεα καὶ τεσσαρέτεα μετεξέτερα χρόνον μένουσι. σπανίζῃ δὲ ἡ Κύπρος ὅτι πολυπλάνιος τούτῳ νόμος. Νόμοι μὲν δὴ τοῖσι Βαβυλωνίοισι οἵδε κατεστέασι. Εἰσὶ δὲ αὐτέων πατρηίαι τρεῖς, αἱ δὲ ἐν δηλέονται σιτέον δὲ εἰμὴ ἰχθῦς μοῦνον· τοὺς ἐπεί τε ἂν θηρεύσαντες ἀνήνωσι πρὸς ἥλιον, ποιεῦσι τάδε. ἐσβάλλουσι ἐς ὄλμον, καὶ λειήναντες ἄτερθεν, σῶσι δι' ἰνδύος. καὶ ὃς μὲν ἂν βούληται αὐτέων, ἄρτε μάζαν μάξαμενος ἔχῃ· ὃ δὲ, ἀντὶ τοῦ πυρὸν ὀπτήσας. Ὡς δὲ τῷ Κύρῳ καὶ τοῦτο τὸ ἔθνος κατέργασται, ἐπεθύμησε Μασσαγέτας ὑπ' ἑωυτὸν ποιήσασθαι. τοῦτο δὲ ἔθνος τοῦτο, καὶ μέγα λέγεται εἶναι καὶ δρήικον, οἰκημένον πρὸς ἠῶ τε καὶ ἡλίου ἀνατολάς, πρὸ τοῦ Ἀράξεω ποταμοῦ, ἀντίον δὲ Ἰσσηδόνων ἀνδρῶν. Εἰσὶ δὲ οἱ φασὶ καὶ Σκυθικὸν λέγεσι τοῦτο τὸ ἔθνος εἶναι. Ὁ δὲ Ἀράξης λέγεται καὶ μείζων καὶ ἐλάσσων εἶναι τοῦ Γύρου· νήσους δὲ ἐν αὐτῷ Λέσβῳ μεγάθεα παραπλησίας συχνὰς φασὶ εἶναι. ἐν δὲ αὐτῇσι, ἀνθρώπους οἰκέοντας μὲν ῥίζας τε θηρίων ὀρύσσοντας πρωΐας· καρπούς δὲ ἀπὸ δενδρέων ξυλλεγμένους σφι ἐς φορβιὴν καταθέσθαι ὥραιους, καὶ τούτους σιτέεσθαι τὸν χειμερινόν. δηλα δὲ σφι ξυλλεγομένοισι δένδρεα καρπὸς τοιούς δὲ πίνας φέροντα, τοὺς, ἐπεί τε ἂν ἐς τοῦτο συνέλθωσι καὶ ἕλας, καὶ πῦρ ἀνακαύσαντες, κύκλῳ περιζομένους ὑποβάλλειν ὑπὸ τὸ πῦρ· ὀσφραινομένους δὲ καταγιζομένου τοῦ καρποῦ τὸ ὑποβαλλόμενον, μεθύσκεσθαι τῇ ὀδμῇ, καὶ κατὰ τοῦτο Ἕλληνας τῷ οἴνῳ. πλοῦνος δὲ ὑποβαλλομένου τοῦ καρποῦ, μᾶλλον μεθύσκεσθαι. ἐς ὃ ἐς ὄρχησίν τε αἴρεσθαι, καὶ ἐς ἀοιδὴν ἀπικνέεσθαι. τοῦτον μὲν αὐτὴ λέγεται διαιτᾶσθαι εἶναι. ὁ δὲ Ἀράξης πολλαμοῦ ῥέων μὲν ἐκ Ματιηνῶν Ματιηνῶν, ὅθεν περ ὁ Γυνδης, καὶ ἐς τοὺς διώρυχας τοὺς ἑξήκοντά τε καὶ τριηκοσίους διέλαβε ὁ Κῦρος· τούτοισι δὲ ἐξερεύγεται τεσσεράκοντα, τῶν τὰ πολλὰ πλὴν ἑνὸς, ἐς ἕλεά τε ἐκπίπτει καὶ διζήμενα ἐνδιδοῖ. ἐν τοῖσι αἰνθεσπέσιοι κατοικέαται λέγονται ἄνδρες ὠμοὺς σιτεομένους, ἐσθῆτι δὲ νομίζοντας χρᾶσθαι φωκέων δέρμασι. τὸ δὲ ἓν τῶν στομάτων τοῦ Ἀράξεω ῥέει μάλα καθαροὺς τοὺς Κασπίῳ θαλάσσαν. Ἡ δὲ Κασπίη θάλασσα ἐστὶ ἐπ' ἑωυτῆς, οὐ συμμίσγουσα τῇ ἑτέρῃ θαλάσσῃ. τὴν μὲν δὴ Ἕλληνες ναυτίλλονται πᾶσαν. καὶ ἡ ἔξω στηλέων θάλασσα ἡ Ἀτλαντὶς καλεομένη, καὶ ἡ Ἐρυθρὴ, μία τυγχάνει ἐοῦσα· ἡ δὲ Κασπίη, ἔστι ἑτέρη ἐπ' ἑωυτῆ, ἐοῦσα μήκεος μὲν πλόον, εἰρεσίῃ χρεωμένῳ, πεντεκαίδεκα ἡμερέων· εὖρος δὲ τῇ εὐρυτάτῃ ἐστὶ αὐτὴ ἑωυτῆς, ὀκτὼ ἡμερέων. καὶ τὰ μὲν πρὸς τὸ ἑσπέριον φέροντα τῆς θαλάσσης ταύτης ὁ Καύκασος πρόσ-

antequam legi faciant satis. Fitq; interdum vt vno atq; altero anno aut etiam triennio atque diutius expectare oporteat miseras.[1] Alicubi, nempe in Cypro, similis quædam lex est. Hæc sunt Babyloniorum instituta. quorum tres sunt [2] familiæ, quæ nullo alio nisi piscibus victitant. quos captos vbi arefecerunt ad solem, hoc faciunt: In pilam coniiciunt, ac pistillis pinsunt: [3] deinde linteis conseruant, vnde quisquis vult conspergit, offamque facit quam in modum panis torreat. ¶ CYRO, post hanc gentem ab eo subactam, incessit cupido MASSAGETAS in suam potestatem redigendi. Quæ gens fertur & magna esse & strenua, ad auroram solisque ortum sita, trans Araxem fluuium eregione Issedonorum. Sunt etiam qui eam Scythicæ nationis esse dicant. Araxes Istro maior & idem minor esse memoratur: & in eo frequentes insulæ Lesbo pares magnitudine: & homines qui illas incolunt, æstate vesci radicibus quibuslibet quas ipsi euellunt: arborum autem fructus quos maturos comperiunt, in cibū reponere, quo per hyemem vescantur. Ab illis inuentas etiam esse arbores talem fructū ferentes, qui iactus ab illis in ignē quem turmatim collecti accenderint, odore suo eos circumquaq; considentes perinde inebriat ac vinum Græcos: & eo vehemētius quo plus eius fructus fuerit iectum, donec ad tripudiandum cantandumque consurgant. Atque hæc fertur eorum esse viuendi consuetudo. Araxes porro fluuius à Mantienis quidem, vnde & Gyndes (quem Cyrus in trecentos ac sexaginta diduxit riuos) fluit, sed per sexaginta ora prorumpens, quę, vno excepto, in paludes eluuiesque euoluuntur. vbi feruntur homines habitare qui crudis victitent piscibus, & pro vestibus vtantur vitulorum marinorum pellibus. Reliquum illud per apertum fluit in mare Caspium, quod mare per sese est, nec vllo cum alio commiscetur. Nam & illud quod Græci omne pernauigant, & id quod extra columnas est, Atlanticum dictum & rubrum, idem est mare. Caspium vero est alterum, ac per seipsum, longitudinis quindecim dierum, cursui nauis quæ remis vtatur: latitudinis, vbi spatiosissimum est octo dierum. Est autem, qua ex parte ad vesperum vergit, Caucaso præ-

CC CCI CCII CCIII

11. Mantienum.

[1] Sed & in aliqua Cypri parte simil. [2] Tribus, [3] *Legit* σάξουσι, *quum* τῶσι *vera sit scriptura. id est*, incernunt per linteum.

rentum

quominus inter omnes mulieres teterrima pereas morte. Ladice, quum pernegando nihilo placatiorem redderet Amasin, vouit intra se Veneri, si ea nocte secum coiret Amasis, (hoc enim ipsius fuisse machinamentum aduersus illud malum) statuam Cyrenas se illi missuram. Concepto autem voto, coiit statim cum ea Amasis, ac deinceps quoties adiret, cum ea coibat: ac postmodũ eam perquam valde dilexit. Et Ladice votum deæ persoluit, facta statua Cyrenasque missa, quæ ad meam vsque memoriam incolumis erat, extra vrbem Cyrenensem posita. Hanc Ladicen Cãbyses, posteaquam Ægypto potitus est, cognito quænam esset, Cyrenas illæsam remisit. Donauit item Amasis dona CLXXXII
quæ misit in Græciam: Cyrenas quidẽ, statuam Mineruæ inauratam, & sui imaginem pictura[1] adumbratam: Lindum autem, duo lapidea Mineruæ simulacra, & thoracem lineum spectaculo dignũ: Samum vero, Iunoni bifarias sui imagines, quæ magno in templo erectæ erant post ianuas, ad meam vsque ætatem. Samum quidem, propter hospitium quod inter ipsum erat & Polycratem Æacis filium: Lindum autem, nullius hospitii gratia, sed quia templum quod Lindi est, Mineruæ feruntur extruxisse Danai filiæ,[2] postquam agnitæ sunt quum filios Ægypti fugerent. Hæc quidem donaria dedicauit Amasis, primusque mortalium Cyprum cepit, tributariamque fecit prouinciam.

1 Ad viuum expressam: 2 Eò appulsæ quum f.

HERO-

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARVM LIBER tertius, qui inscribitur THALIA.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΡΙΤΗ, ἐπιγεγραμμένη ΘΑΛΕΙΑ.

ADVERSVS hunc Amasin CAMBYSES Cyri filius, comparato cum ex aliis quibus imperabat, tum ex Græcis Ionibus Æolibusque, exercitu, bellum mouit obhanc causſam: Missō in Ægyptum [1] legato, Cambyses petiit ab Amasi filiam, & petiit consilio cuiusdam Ægyptii, qui Amasi erat infensus quod se potissimum ex omnibus Ægypti medicis Amasis ab vxore & liberis abstraxisset, amandando in Persas, quo tempore Cyrus ad Amasin miserat petitum ocularium medicum, omnium qui in Ægypto essent præstantissimum. Ob id infensus Amasi ille Ægyptius, instituit suadere Cambysi vt ab Amasi filiã peteret: vt ille aut mærore afficeretur data filia, aut non data, Cambysi redderetur inuisus. [2] Amasis eam nec dare audebat, nec abnuere. nam & Cambysem intelligebat non habiturum illam vxoris loco, sed pellicis: & Persarum potentiam grauabatur horrebatque. Hæc reputans, ita sibi faciendum statuit: Erat Apriæ superioris regis filia nomine [3] Nitetis, vnica domi relicta, grandis atque speciosa. Hanc puellam Amasis vestitu pariter & auro exornatam, pro sua in Persas dimittit. Quam quum post aliquantum tempus Cambyses salutasset, filiam Amasis appellans, ipsa ad eum, Rem, inquit, rex, ignoras, ab Amasi elusus, qui me ornatu comptam transmisit, tradens tibi pro sua, quum reuera sim Apriæ filia, quem ille dominum suum cum Ægyptiis rebellans interemit. [4] Hic sermo extitit causſa quæ Cambysem Cyri filium vehementer indignatum induceret aduersus Ægyptum.

Ἐπὶ τοῦτον δὴ τὸν Ἄμασιν Καμβύσης ὁ Κύρου ἐστρατεύετο, ἀγων καὶ ἄλλους τῶν ἤρχε, καὶ Ἑλλήνων Ἴωνάς τε καὶ Αἰολέας, δι' αἰτίην τοιήνδε. πέμψας Καμβύσης ἐς Αἴγυπτον κήρυκα, αἰτέε Ἄμασιν θυγατέρα. αἰτέε δὲ ὧδε βουλῆς ἀνδρὸς Αἰγυπτίου, ὃς μεμφόμενος Ἄμασιν, ἐφρήξε ταῦτα, ὅτι μιν ἐξ ἀπάντων τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἰητρῶν ἀποσπάσας ἀπὸ γυναικός τε καὶ τέκνων, ἔδοσαν ἐποίησε ἐς Πέρσας, ὅτε Κῦρος πέμψας τῷδε Ἄμασιν αἰτέε, ἰητρὸν ὀφθαλμῶν ὃς εἴη ἄριστος τῶν ἐν Αἰγύπτῳ. ταῦτα δὴ ὑπιεμένομενος ὁ Αἰγύπτιος, ἐνῆγε τῇ συμβουλίῃ, κελεύων αἰτέειν Καμβύσεα Ἄμασιν θυγατέρα· ἵνα ἢ δι' ὀδύνης ἀνιῷτο, ἢ μὴ δοὺς, Καμβύσῃ ἀπέχθοιτο. ὁ δὲ Ἄμασις τῇ δυνάμῃ τῶν Περσέων ἀχθόμενος καὶ ἀρρωδέων, οὐκ εἶχε οὔτε δοὺς, οὔτε ἀρνήσασθαι. εὖ γὰρ ἠπίστατο ὅτι οὐχ ὡς γυναῖκά μιν ἔμελλε Καμβύσης ἕξειν, ἀλλ' ὡς παλλακήν. ταῦτα δὴ ἐκλογιζόμενος, ἐποίησε τάδε· ἦν Ἀπρίεω τοῦ προτέρου βασιλέος θυγάτηρ κάρτα μεγάλη τε καὶ εὐειδὴς, μούνη τοῦ οἴκου λελειμμένη. οὔνομα δέ οἱ ἦν Νίτητις. ταύτην δὴ τὴν παῖδα ὁ Ἄμασις κοσμήσας ἐσθῆτι καὶ χρυσῷ, ἀποπέμπει ἐς Πέρσας ὡς ἑωυτοῦ θυγατέρα. μετὰ δὲ χρόνον ὡς μιν ἠσπάζετο, πατρόθεν οὐνομάζων, λέγει πρὸς αὐτὸν ἡ παῖς, Ὦ βασιλεῦ, δεδεγμένος ἐπὶ κακῷ ἀπ' ἐμεῦ Ἄμασιος οὐ μανθάνεις, ὃς ἐμέ σοι κόσμῳ ἀσκήσας ἀπέπεμψε, ὡς ἑωυτοῦ θυγατέρα δίδοι, ἐοῦσαν τῇ ἀληθείῃ Ἀπρίεω τοῦ ἐκγόνου ἐόντα ἑωυτοῦ δεσπότεα, μετ' Αἰγυπτίων ἐπαναστάς ἐφόνευσε. τοῦτο δὴ ὃ ἔπος καὶ αὕτη ἡ αἰτίη ἐγίνομένη ἤγαγε Καμβύσεα τὸν Κύρου, μεγάλως θυμωθέντα, ἐπ' Αἴγυπτον.

1 Caduceatore. *Sic alibi* κήρυκα recte *vertit* caduceatorem, *non* legatum. 2 Amasis, quum Pers. potentiam grauaretur atque exhorresceret, nec dare nec abnuere audebat. nam & Camb. 3 Nitetis, valde procera & formosa, sola ex ea familia relicta. 4 Hic sermo & hæc causſa *vel occasio* interueniens Camb. Cyri fil. veh. stomachatum aduersus Ægyptum impulit.

οὕτω μὲν νυν λέγουσι Πέρσαι. Αἰγύπτιοι δὲ οἰκειοῦνται Καμβύσεα· φάμενοι μιν ἐκ ταύτης δὴ τῆς Ἀπρίεω θυγατρὸς γενέσθαι. Κῦρον γὰρ εἰπεῖν πέμψαντα τὸν Ἄμασιν ὀπτὶ τὴν θυγατέρα, ἀλλ' οὐ Καμβύσεα. λέγοντες δὲ ταῦτα, οὐκ ὀρθῶς λέγουσι. οὐ μὲν οὐδὲ λέληθε αὐτοὺς (εἰσὶ γὰρ ἱκανοὶ καὶ ἄλλοι τὰ Περσέων νόμιμα ὀρθῶς ἐπιστέασθαι, καὶ Αἰγύπτιοι) ὅτι πρῶτα μὲν νόθον οὐ σφι νόμος ἐστὶ βασιλεῦσαι, γνησίου παρεόντος· αὖθις δέ, ὅτι Καμβύσης τ' Φαρνάσπεω θυγατρὸς ἦν παῖς Καμβύσης, ἀνδρὸς Ἀχαιμενίδεω, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῆς Αἰγυπτίης. ἀλλὰ πρηγματεύσαντο λόγον, πρεσποιεύμενοι τῇ Κύρου οἰκίῃ συγγενέες εἶναι. τὰ μὲν δὴ τοιαῦτα ὧδε ἔχει. Λέγεται δὲ καὶ ὧδε λόγος, ἐμοὶ μὲν οὐ πιθανός· ὡς τῶν Περσίδων γυναικῶν ἐσελθοῦσά τις πρώτη τὰς Κύρου γυναῖκας, ὡς εἶδε τὴν Καμβύσεω παρεστεῶσαν τέκνα εὐειδέα τε καὶ μεγάλα, πολλῷ ἐπῃνέσατο τῷ ἐπαίνῳ, ὑπερηυμάζουσα· ἡ δὲ Καμβύσεω, οὖσα τοῦ Κύρου γυνή, εἶπε τάδε·

103 » Τοιῶνδε μέντοι ἐμὲ παίδων μητέρα ἐοῦσαν Κῦρος
» ἐν ἀτιμίῃ ἔχει· τὴν δ' ἀπ' Αἰγύπτου ἐπικτησάμενον,
» ἐν τιμῇ ἄγεται. τὴν μὲν δὴ ἀχθομένην, τῇ Νιτήτι εἰ-
» πεῖν ταῦτα. τῶν δὲ παίδων τὸν πρεσβύτερον εἰ-
» πεῖν Καμβύσεα, Τοιγάρ, ὦ μῆτερ, ἐπεὰν ἐγὼ γενω-
» μαι ἀνήρ, Αἰγύπτου τὰ μὲν ἄνω, κάτω ποιήσω· τὰ δὲ
» κάτω, ἄνω. ταῦτα εἰπεῖν αὐτὸν ἔτεα ὡς δεκαέκου
γεγονότα, καὶ τὰς γυναῖκας ἐν θαύματι γενέσθαι·
τὸν δὲ, μνημονεύοντα, οὕτω δὴ, ἐπεί τε ἀνδρωθῆ, καὶ ἔλαβε τὴν βασιληίην, ποιήσασθαι τὴν ἐπ' Αἴγυπτον στρατηίην. Συνεπείκε δὲ καὶ ἄλλο τι τοιόνδε πρῆγμα γενέσθαι ἐς τὴν στρατηίην ταύτην. ἦν τῶν ὑπηκόων Ἄμασις ἀνὴρ γένος μὲν Ἁλικαρνησσεύς, οὔνομα δὲ Φάνης, καὶ γνώμην ἱκανὸς, καὶ τὰ πολέμια ἄλκιμος. οὗτος ὁ Φάνης μεμφόμενός κου τι Ἄμάσι, ἐκδιδρήσκει πλοίῳ ἐξ Αἰγύπτου, βουλόμενος Καμβύσῃ ἐλθεῖν ἐς λόγους. οἷα δὲ ἐόντα αὐτὸν ἐν τοῖσι ὑπηκόοισι λόγου οὐ μικροῦ, ὑπιστάμενόν τε τὰ περὶ Αἴγυπτον ἀτρεκέα, μεταδιώκει ὁ Ἄμασις, σπουδὴν ποιεύμενος ἑλεῖν. μεταδιώκει δὲ, τὸν δυνούχων πιστότατον ἀποστείλας τριήρει κατ' αὐτὸν, ὃς αἱρέει μιν ἐν Λυκίῃ, ἑλὼν δέ, οὐκ ἀπήγαγε ἐς Αἴγυπτον. σοφίῃ γὰρ μιν ὑπερέβαλε ὁ Φάνης. καταμεθύσας γὰρ τοὺς φυλάκους, ἀπαλλάσσετο ἐς Πέρσας. ὡρμημένῳ δὲ Καμβύσῃ στρατεύεσθαι ἐπ' Αἴγυπτον, ἥκοντί τε ἐς Μέμφιν, ἐποιήσαντο Ἕλληνες τοῦτο τὸ πρότερον οὐδαμοῖσι ἐπιστρατευσαμένοισι.

Atque ita quidem memorant Persæ. Ægyptii autem Cambysem suum vendicant, asserentes ex hac Apriæ filia illum esse genitum. Cyrum enim fuisse qui ad Amasin miserit super filia, non Cambysem. Quod quum dicunt, non recte dicunt: etsi eos hoc non latet. nam siqui alii; profecto & Ægyptii recte norunt mores Persarum: [1] apud quos illud in primis nefas est, illegitimum obtinere regnum, si adsit legitimus. Præterea Cassandanes filius erat Cambyses, Pharnaspe viro Achæmenida genitæ, non mulieris Ægyptiæ. Sed Ægyptii [2] rem gestam transferunt, fingentes sibi cum Cyri familia intercedere cognationem. & hæc quidem ita se habent. Ceterum ille sermo mihi non probatur, quo dicitur mulierem quandam Persidem ad vxores Cyri introgressam, quum liberos Cassandanes assistentes forma ac statura egregia conspicaretur, supramodum admirabundam magnis tulisse illam laudibus: eique Cassandanem (quę Cyri esset vxor) ita dixisse, Me, quæ talium filiorum sum mater, Cyrus contemptui habet, præponens quandam ex Ægypto ancillam. Videlicet infensam Niteti ista dixisse: & ei maximum natu filiorum Cambysem subiecisse, Ego vero tibi mater, quum in virilem ætatem adoleuero, summa Ægypti reddam ima, & ima, summa. idque dixisse circiter decem natum annos, admirantibus mulieribus. Et quum in virilem adoleuisset ætatem, & regnum obtinuisset, huius rei memorem Ægypto bellum intulisse. Accessit huc & aliud quiddam, ad hanc sumendam expeditionem. Erat quidam auxiliariorum Amasis, nomine Phanes, genere Halicarnasseus, vir consilio præstans, & in re bellica strenuus. hic Phanes nescio quid Amasi succensens, nauigio profugit ex Ægypto, volens in colloquutionem venire Cambysis. Eum Amasis (quod inter auxiliares non parui momenti esset, quodque de rebus Ægypti nonnihil compertissimum haberet) insequi statuit, adhibita diligentia assequendi. Itaque ad hominem insequendum mittit cum triremi eunuchorum fidissimum, qui Phanem assequutus in Lycia cepit, sed non reduxit in Ægyptum, [3] ab illo prudentia superatus. Nam Phanes inebriatis custodibus abiit in Persas, Cambysemque molientem aduersus Ægyptum expeditionem,

1 Primum quidem per legem non licere vt illegitimus regnum obtineat, quum legitimus adest: deinde Cassand. filium fuisse Cambysem, Phar. 2 Rem ita narrant vt inuertant. 3 Phanes enim eum astutia circumuenit. Nam inebriat. custod.

& quo

& quo pacto carentia aquis loca transmitteret ambigentem, adiit. Eique cum alias Amasis res exposuit, tum vero quæ ad transmittendum pertinebant, suadens, ad regem Arabum mitteret oratum vt sibi tutum præberet transitum.

v Hâc enim duntaxat patet ingressus in Ægyptum. Nam à Phœnice [1] vsque ad montes Cadytis, quæ est vrbs eorũ Assyriorum qui nunc Palæstini vocantur: ab vrbe Cadyti non minore (vt mea fert opinio) quam Sardis, emporia secundum mare vsque ad vrbem Ienysum, Arabicæ ditionis sunt. Ab vrbe Ienyso rursus Syriacæ, vsq; ad lacum Serbonidis, iuxta quem Casius mons pertingit ad mare. A Serbonidis lacu in quo Typho fertur occultatus, deinceps iam Ægyptus est. Hoc tamen inter capedinis quod est inter vrbem Ienysum & montem Casium & lacum Serbonidis, non exiguus tractus est, sed itineris instar

vi trium dierum, vehementer aridus. Verum quod pauci eorum qui in Ægyptum nauigant, notũ habent, hoc dicere institui. Ex omni Græcia, & præterea ex Phœnice, portatur in Ægyptum bis quotannis [2] vas fictile vini plenum: & tamen ibi ne vnum quidem numero (vt sic dicam) vas vinarium fictile aspici [3] vacuum potest. Vbinam (dicat aliquis) hæc vasa consumuntur? hoc quoque ego depromam. Præfecti prouinciarum necesse habent ex sua quisque vrbe colligere vasa testacea quæ Memphin portentur: eadem è Memphi alii aqua impleta portare in hęc arida Sy-

vii riæ loca. [4] ita hydriæ superuenientes in Ægypto sumptæ, ad veteres, in Syriam portantur. Atq; hunc in modum quem dixi aqua contracta, Persæ vbi fuerunt, qui hoc ingressu apparato quam celerrime Ægypto potiti sunt. Sed tunc, quum in expedito aqua non esset, Cambyses, audito hospitis Halicarnassei cõsilio, missis ad regem Arabum nunciis tutum iter precatus, obtinuit, data ac-

viii ceptaque inuicem fide. Seruant autem fidem Arabes inter homines vt qui maxime, quam hunc in modum dant: Quoties fœdus inire volunt, alius quidam medius inter vtrosque, stans acuto lapide ferit volam, iuxta maiores digitos eorum qui fœdus ineunt. Deinde sumpto flocco ex vtriusq; vestimento,

καὶ ἀπορέοντι τὠι ἐλάσιν ὅκως τὠι αὐυδρον διεκπερᾶ, ἐπελθὼν φράζει μὺ καὶ τἄλλα τὰ Ἀμάσιος πρήγματα· ἐξηγέεται δὲ καὶ τὠι ἐλάσιν, ὧδε παραγγέων· πέμψαντα πρὸς Ⓦ Ἀραβίων βασιλέα, δέεσθαι τὠι διέξοδον Ⓐ ἀσφαλέα σφι σχεῖν. Μοιρὴ ὴ ταύτη θύρη φανεραὶ ἐσβολαὶ ἐς Αἴγυπτον· ἀπὸ γὰρ Φοινίκης μέχρι οὔρων τῶν Καδύτιος πόλιος, ἥ ἐστι Συρίων τῶν Παλαιστινέων καλεομένων· ἀπὸ δὲ Καδύτιος, ἐούσης πόλιος (ὡς ἐμοὶ δοκέει) Σαρδίων οὐ πολλῷ ἐλάσσονος· ἀπὸ ταύτης τὰ ἐμπόρια τὰ ἐπὶ θαλάσσης μέχρι Γαζηνοῦ πόλιος ἐστὶ τῆς Ἀραβίου. ἀπὸ δὲ Γαζηνοῦ, αὖλις Συρίων μέχρι Σερβωνίδος λίμνης, παρ' ἣν δὴ ὁ Κάσιον ὄρος τείνει ἐς θάλασσαν. ἀπὸ δὲ Σερβωνίδος λίμνης, ἐν τῇ δὴ λόγος Ⓦ Τυφὼ κεκρύφθαι, ἀπὸ ταύτης ἤδη Αἴγυπτος. Ὁ δὴ μεταξὺ Γαζηνοῦ πόλιος, καὶ Κασίου τε οὔρεος καὶ τῆς Σερβωνίδος λίμνης, ἐὸν τοῦτο οὐκ ὀλίγον χωρίον. ἀλλ' ὅσον τε ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ὁδόν, αὐυδρόν ἐστι δεινῶς. Τὸ δὲ ὀλίγοι τῶν ἐς Αἴγυπτον ναυλιζομένων ἐνενώκασι, τοῦτο ἐρρήθη φράσων. ἐς Αἴγυπτον ἐκ τῆς Ἑλλάδος πάσης, καὶ δὴ καὶ ἐκ Φοινίκων, κέραμος ἐσάγεται πλήρης οἴνου δὶς τοῦ ἔτεος ἑκάστου. καὶ ἔνι κεράμιον οἰνηρὸν ἀριθμῷ κείμενον οὐκ ἔστι, ὡς λόγῳ εἰπεῖν, εἰδέναι. κοῦ δῆτα (εἴποις ἄν) ταῦτα ἀναιρημένα; ἐγὼ καὶ τοῦτο φράσω. δεῖ Ⓦ μὺ δήμαρχον ἕκαστον συλλέξαντα ἐκ τῆς ἑωυτοῦ πόλιος πάντα Ⓦ κέραμον, ἄγειν ἐς Μέμφιν· τοὺς δὲ ἐκ Μέμφιος ἐς ταῦτα δὴ τὰ αὐυδρα τῆς Συρίης χωρίζειν, πλήσαντας ὕδατος. ὕτω ὁ ὑπὸ Φοινίκεων κέραμος, ὁ ξεσταρέομενος ἐν Αἰγύπτῳ ὑπὸ τῶν παλαιῶν, χωρίζεται Συρίῃ. Οὕτω μὺ νυν Πέρσαι εἰσὶ Ⓐ τὴν ἐσβολὴν ταύτην παρασκευασάμενοι ἐς Αἴγυπτον, καὶ δὴ τότε ἑρπετὰ, ἕλξαντες ὕδατι, ἐπεί τε τάχιστα παρέλαβον Αἴγυπτον. Τότε δὲ ἐκ ἐόντος ἐν ὕδατος ἐπιμοίου, Καμβύσης συνθέμενος τῷ Ἁλικαρνασσέος ξείνου, πέμψας τοῦτον Ⓦ Ἀράβιον ἀγγέλους, καὶ δεηθεὶς τὴν ἀσφαλείης, ἔτυχε· πίστις δοὺς τε καὶ δεξάμενος παρ' αὐτοῦ. Σέβονται δὲ Ἀράβιοι πίστις ἀνθρώπων ὁμοίως σφίσι μάλιστα. ποιεῦνται δὲ αὐτὰς τοιῷδε· τῶν βουλομένων τὰ πιστὰ ποιέεσθαι, ἄλλος αἰὴρ ἀμφοτέρων αὐτῶν ἐν μέσῳ ἑστεὼς, λίθῳ ὀξέι ὃ ἔσω τῶν χειρῶν τοῦτον δακτύλοις τοῦ μεγάλοις ὀπταμνει τῶν τοιβομένων τὰς πίστις· καὶ ἔπειτα λαβὼν ἐκ ἑκατέρου κεκρύλιον,

1 Vsque ad fines Cadytis, quæ est vrbs eorum Assyriorum qui Palæst. 2 *Vel, Amphora vini plena, sic & in sequentibus. Vel potius, Amphoræ vini plena, vt sit positus singul. pro plurali.* 3 *Vox respondens huic in textu Gr. non habetur: sed ex κείμενον, quod ibi legitur, factum fuit κενὸν, id est, vacuum.* 4 Ita amphoræ quæ inueh untur, sumptæ in Ægypto, vltra veteres in Syriam portantur. Et quidem Persæ ij sunt qui hunc in Ægyptum transitum apparârunt, contracta, vt modo dixi, aqua, simulatque occuparunt Ægyptum. *Intellige autem* Vltra veteres, *pro eo quod est, Vltra eas quæ iam antea ibi erant.*

ἀλείφῃ παῖ ἁμάλλῃ ἐν μέσῳ κειμένοις λίθοις ἑπτά.
104 τῶν ὃ ποιέων, ἐπικαλέῃ τόν τε Διόνυσον καὶ τὴν Οὐρανίην. ἐπικαλέσαντες δὲ τούτων ταῦτα, ὁ τῆς πίστις ποιησάμενος τοῖσι φίλοισι, παρεγγυᾷ ξεῖνον, ἢ καὶ ἄστυ, ὦ πρὸς ἀστὸν ποιέηται. οἱ δὲ φίλοι, καὶ αὐλοὶ τῆς πίστις δικαιοῦσι σέβεσθαι. Διόνυσον δὲ θεὸν μοῦνον καὶ τὴν Οὐρανίην ἡγέονται εἶναι· καὶ τὴν τειχέων τὴν κορυφὴν κείρεσθαι φασί, κατάπερ αὐτὸν Διόνυσον κεκάρθαι. κείρονται δὲ κύκλα τὰ περὶ κεφαλῆς, ξυρεόντες τοὺς κροτάφους. ὀνομάζουσι δὲ μιν Διόνυσον, Οὐροτάλτ· τὴν δὲ Οὐρανίην, Ἀλιλάτ. Ἐπεὶ ὦν τὴν πίστιν τοῖσι ἀγγέλοισι τοῖσι παρὰ Καμβύσεω ἀπιγμένοισι ἐποιήσαντο ὁ Ἀράβιος, ἐμηχανᾶτο τοιάδε· ἀσκοὺς καμήλων πλήσας ὕδατος, ἐπισάξε ἐπὶ τὰς ζωὰς τὰς καμήλων πάσας· τοῦτο δὲ ποιήσας, ἤλασε ἐς τὴν ἄνυδρον, καὶ ἐνταῦθα ἵστατο μένων Καμβύσεω στρατόν. ἔστι μὲν ὁ πιθανώτερος τῶν λόγων εἰρῆσθαι. δεῖ δὲ καὶ τὸν ἧσσον πιθανὸν (ἐπείγε δὴ λέγεται) ῥηθῆναι. ποταμός ἐστι μέγας ἐν τῇ Ἀραβίῃ τῷ οὔνομα Κόρης· ἐκδιδοῖ δὲ ἐς τὴν Ἐρυθρὴν καλεομένην θάλασσαν. ἀπὸ τούτου δὴ τοῦ ποταμοῦ λέγεται βασιλεὺς τῶν Ἀραβίων, ῥαψάμενον ὠμοβοέων καὶ τῶν ἄλλων δερμάτων ὀχετὸν μήκεϊ ἐξικνεύμενον ἐς τὴν ἄνυδρον, ἀγαγεῖν διὰ δὴ τούτων τὸ ὕδωρ. ἐν δὲ τῇ ἀνύδρῳ μεγάλας δεξαμενὰς ὀρύξαθαι, ἵνα δεκαημέρους τὸ ὕδωρ σώζωσι. ὁδὸς δὲ ἐστὶ δυώδεκα ἡμερέων ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἐς ταύτην τὴν ἄνυδρον. ἄγειν δέ μιν διὰ ὀχετῶν τριῶν ἐς τρεῖα χωρία. Ἐν ᾧ τῷ Πηλουσιῴῳ καλεομένῳ στόματι τοῦ Νείλου ἐστρατοπεδεύετο Ψαμμήνιτος ὁ Ἀμάσιος παῖς, ἐπεξιόντων Καμβύσεα. Ἀμασιν γὰρ οὐ κατέλαβε ζώοντα Καμβύσης ἐλάσας ἐπ' Αἴγυπτον. ἀλλὰ βασιλεύσας ὁ Ἄμασις τεσσερεσκαίδεκα ἔτεα, ἀπέθανεν.
γρ. ἐστὶν οἱ μέγα ἀνάρ ἐν τοῖσι· τὸν δὲ ἐν ἀνάρσιον τρῆγμα σιωνείσθη. ἀποθανὼν δέ, καὶ ταριχευθείς, ἐτάφη ἐν τῇσι ταφῇσι τῇσι ἐν τῷ ἱρῷ, τὰς αὐτὸς οἰκοδομήσατο. ὑπὸ Ψαμμήνιτον δὲ τὸν Ἀμάσιος βασιλεύσαντος Αἰγύπτου, φάσμα Αἰγυπτίοισι μέγιστον δὴ ἐγένετο. ὕθησαν γὰρ Θῆβαι αἱ Αἰγύπτιαι, οὔτε πρότερον οὐδαμὰ ὑσθεῖσαι, οὔτε ὕστερον, τοσοῦτο ἐμοῦ, ὡς λέγουσι αὐτοὶ Θηβαῖοι. οὐ γὰρ δὴ ὕεται τε ἄνω τῆς Αἰγύπτου τοῦτο γε πρήσσων· ἀλλὰ καὶ τότε ὕθησαν αἱ Θῆβαι ψιχάσι.
Οἱ δὲ Πέρσαι, ἐπείτε διεξελάσαντες τὴν ἄνυδρον, ἵζοντο πέλας τῶν Αἰγυπτίων, ὡς συμβαλέοντες, ἐνταῦτα ἐπίκουροι τοῦ Αἰγυπτίου, ἐόντες ἄνδρες Ἕλληνές τε καὶ Κᾶρες, μεμφόμενοι τῷ Φανῇ ὅτι στρατὸν ἤγαγε ἐπ' Αἴγυπτον ἀλλόθροον,

inungit eo sanguine septem lapides in medio positos, inter inungendum inuocans Dionysum & Vraniam. Hoc acto, idem qui fuit sequester fœderis inter amicos contrahendi, vadatur hospitem, aut forte ciuem, si cum ciue res agitur. Quod fœdus & ipsi qui amicitiam contraxerunt, seruare iustum censent. Dionysum quem Vrotalt, & Vraniam quam Alilat appellant, solos deos esse arbitrantur. [1] Et quemadmodum Dionysum, ita puellarum capillum tondere aiunt. tondentur autem in rotundum, tempora subradentes. Igitur postquam fœdus cum nunciis iniit Arabs, talem rem commentus est: Camelos omnes, posteaquam vtribus camelinis aqua completis onerauit, egitque ad loca humore carentia, ibi Cambysis exercitum præstolabatur. Ex iis quæ narrantur, hoc quod dixi propius fidem est, tamen id quoque quod minus credibile est, quandoquidem refertur, commemorare debeo. Est magnum in Arabia flumen nomine Corys, exiens in mare quod dicitur rubrum: ab hoc flumine fertur Arabum rex canalem ex bouinis aliisq; crudis coriis consutum, tanta longitudine produxisse, vt ad loca arida per illum aquam produceret: inq; ipso arido solo ingentes cisternas fodisse, qua recepta aqua potum suppeditarent. Et quum sit à flumine ad terram aridam duodecim dierum via, per tres aquę ductus in totidē partes aquam deduxisse. ¶ Ceterum apud Nili ostium quod dicitur Pelusium, habebat castra PSAMMENITVS Amasis filius, Cambysem opperiens. Nam Amasin Cambyses in Ægyptum progressus nō viuum nactus est, sed defunctum, quum quatuor & quadraginta annis regnasset: per quos nihil admodum calamitatis est expertus. defunctusque & sale conditus est, & in sepulchris quæ ipse ædificauerat, situs intra templum. Sub eius autem filio Psammenito maximum extitit Ægyptiis portentum: Apud Thebas Ægyptias (quod neque prius vnquam neque postea ad meam vsq; ætatem contigit, vt ipsi Thebani aiunt) pluit. [2] Thebis tamen tunc pluit guttis. Persæ porro vbi siccanea peragrauerūt, subsecere, vicini Ægyptiis, tanquam iam [3] congressuri. Ibi Ægyptiorū auxiliarii Græci & Cares, Phani qui externum exercitum in Ægyptum adduxisset, infensi,

1 Eodemque modo quo tonsus est Dionysus, tonderi se aiunt. tamen, &c. 2 Nam in superiore Ægypto penitus non pluit. Thebis 3 Legit συμβαλέοντες, vt & vet. nostri cod. habent.

hoc rei

hoc rei in illum sunt machinati: Filios qui erant à Phane relicti in Ægypto, in castra perduxerunt, atq; in conspectum patris, positoque in medio duorum exercituum cratere: dehinc productos singulos puerorum super craterem obtruncauerunt. Omnibus interfectis, vinum & aquam in craterem intulerunt: quo sanguine epoto, auxiliares ita conflixerunt. Acri prœlio commisso, perquam multis vtrinque cadentibus, in
XII fugam vertuntur Ægyptii. Ibi ego rem mirandam vidi, ab indigenis edoctus: Ossa eorum qui in acie ceciderunt, quum iacerent fusa, vt ab initio distincta fuerant, seorsum erant Persarum, aliorsum Ægyptiorum: sed Persarum capita adeo fragilia sunt, vt si velis ferire, vel solo calculo perforare possis: Ægyptiorum autem ita firma, vt ea vix ictu lapidis [1] elidas. Cuius rei caussam hanc illi reddebant, (facile mihi persuadentes) quod Ægyptii statim à pueris radere capita incipiũt, & os capitis ad solem redditur compactum. Quæ eadem caussa est non calueſcendi. Nam ex omnibus hominibus pauciſſimos quis Ægyptios caluos videat. His igitur hoc caussę est cur robusta capita gestent. At Persis cur fragilia sint capita, id in caussa est quod à principio assuefiunt operire capita, gestantes pilea tiarasque. [2] Hæc ego huiusscemodi ossa vidi. Vidi item alia
III istis similia in Papremi, eorum qui vna cum Achęmene filio Darii ab Inaro Libie sunt cæsi. Ægyptii quoq; postquam ex acie terga dederunt, nullo ordine fugam capessunt. Ad quos, quum se recepissent Memphin, misit Cambyses aduerso flumine nauim Mitylenæam cum caduceatore viro Persa, qui illos ad deditionem hortaretur. Isti vbi nauim aduentare Memphin vident, frequẽtes ex vrbe effusi, nauim corrumpunt, virosq; frustatim dilaniatos in oppidum afferũt. Et Ægyptii quidem [3] post hæc obsessi aliquamdiu restiterunt. Libyes vero id animaduertentes, eadem sibi quæ Ægypto contigissent veriti, sese citra pugnã dediderunt, tributumq; inter se partiti dona miserunt. Cyrenæi quoq; ac Barcæi itidem vt Libyes timentes, similia & ipsi fecere. Cambyses munera quæ à Libybus venere, perbenigne accepit: quæ autem à Cyrenæis succensens, vt opinor, quod exigua erant. quingentas enim minas argenti miserant, quas

μηχανῶνται τοιόνδε· ἦσαν ἐκ Φάνης παῖδες ἐν Αἰγύπτῳ καταλελειμμένοι· τοὺς ἀγαγόντες ἐς τὸ στρατόπεδον, καὶ ἐς ὄψιν τοῦ πατρός, κρητῆρα ἐν μέσῳ ἔστησαν ἀμφοτέρων τῶν στρατοπέδων· μετὰ δὲ, ἀγχινέοντες καὶ ἕνα ἕκαστον τῶν παίδων, ἔσφαζον ἐς τὸν κρητῆρα, διὰ πάντων δὲ διεξελθόντες τῶν παίδων, οἶνον τε καὶ ὕδωρ ἐσεφόρεον ἐς αὐτόν. ἐμπιόντες δὲ τοῦ αἵματος πάντες οἱ ἐπίκουροι, ὅτω δὴ συνέβαλον μάχης ὁμόμορος καρτερῆς, καὶ πεσόντων ἐξ ἀμφοτέρων τῶν στρατοπέδων πλήθεϊ πολλῶν, ἐτράποντο οἱ Αἰγύπτιοι. Θώυμα δὲ μέγα εἶδον τῶνδε· ὁμόμορος τῶνδε τῶν ὀπισθίων. τῶν μὲν γὰρ ὀστέων διακεχυμένων χωρὶς ἑκατέρων τῶν ἐν τῇ μάχῃ ταύτῃ πεσόντων· (χωρὶς μὲν γὰρ τῶν Περσέων κέεται τὰ ὀστέα, ὡς ἐχωρίθη κατ' ἀρχάς, ἑτέρωθι δέ, τῶν Αἰγυπτίων) αἱ μὲν τῶν Περσέων κεφαλαὶ εἰσὶ ἀθενέες οὕτω ὥστε εἰ θέλεις ψήφῳ μούνῃ βαλέειν, διατετρανέεις· αἱ δὲ τῶν Αἰγυπτίων, οὕτω δὴ ἰσχυραί, ὥς μοι λίθῳ παίσας διαῤῥήξεις. αἴτιον δὲ τούτου τόδε ἔλεγον (καὶ ἐμέ γ' οὐ πετέως ἔπειθον) ὅτι Αἰγύπτιοι μὲν, αὐλίκια ἀπὸ παιδίων ἀρξάμενοι, ξυρῶσι τὰς κεφαλάς, καὶ φανερὸν τὸ ὀστέον. τοῦτο δὲ καὶ τὸ μὴ φαλακρὸν αἴτιόν ἐστι. Αἰγυπτίων δὲ αὖ οἱ ἐλαχίστοις ἴδοις φαλακροὶ πάντων αὐθέφτων. τοῦτοισι μὲν δὴ τοῦτό ἐστι αἴτιον ἰσχυρὰς φορέειν τὰς κεφαλάς. τοῖσι δὲ Πέρσῃσι ὅτι ἀθενέας φορέουσι, αἴτιον τόδε· σκιὴν διὰ φέουσι ἐξ ἀρχῆς, πίλοισι διαφορεόντες. ταῦτα μὲν νυν τοιαῦτα. εἶδον δὲ καὶ ἄλλα ὁμοῖα τούτοισι ἐν Παπρήμι, τὰ ἅμα Ἀχαιμένεϊ τῷ Δαρείου διαφθαρέντων ὑπὸ Ἰνάρου τοῦ Λίβυος. Οἱ δὲ Αἰγύπτιοι ἐκ τῆς μάχης ὡς ἐτράποντο, ἔφυγον οὐδενὶ κόσμῳ. κατειληθέντων δὲ ἐς Μέμφιν, ἔπεμπε ἀνὰ ποταμὸν Καμβύσης νέα Μιτυληναίην κήρυκα ἄγοντα ἀνδρα Πέρσην ἐς ὁμολογίην προκαλεόμενος Αἰγυπτίους. οἱ δέ, ἐπεί τε τὰ νέα εἶδον ἐσελθοῦσαν ἐς τὴν Μέμφιν, ἐκχυθέντες ἀλέες ἐκ τοῦ τείχεος, πλοῖά τε τὰ νέα διέφθειραν, καὶ τοὺς ἄνδρας κρεωργηδὸν διασπάσαντες, ἐφόρεον ἐς τὸ τεῖχος. καὶ Αἰγύπτιοι μὲν μετὰ τοῦτο πολιορκούμενοι, χρόνῳ παρέσχηκαν. οἱ δὲ περιοικέοντες Λίβυες, δείσαντες τὰ περὶ τὴν Αἴγυπτον γενόμενα, παρέδοσαν σφέας αὐτοὺς ἀμαχητί· καὶ φόρον τε ἐτάξαντο, καὶ δῶρα ἔπεμπον. ὡσαύτως δὲ Κυρηναῖοι καὶ Βαρκαῖοι, δείσαντες ὁμοίως καὶ οἱ Λίβυες, τοιαῦτα ἐποίησαν. Καμβύσης δὲ τὰ μὲν παρὰ Λιβύων ἐλθόντα δῶρα, φιλοφρόνως ἐδέξατο· τὰ δὲ παρὰ Κυρηναίων ἀπιχθόμενα μεμφθεὶς, ὡς ἐμοὶ δοκέειν, ὅτι ἦν ὀλίγα. ἔπεμψαν γὰρ δὴ πεντακοσίας μνέας ἀργυρίου οἱ Κυρηναῖοι· ταύτας

φιλοφρόνως.

1 Perfringas. 2 Et hæc quidem ita se habent. 3 Obsessi tandem ad deditionem venerunt. At Libyes vicini eadem, &c.

δεκατεύθυνος, αὐλοχόην διέπειρε τῇ φορμῇ.
Ἡμέρῃ δὲ δεκάτῃ ἀπ' ἧς παρέλαβε ὁ τεῖχος
ὁ ἐν Μέμφι Καμβύσης, καλέσας ἐς ὁ πρόσθεν
ἐπὶ λύμῃ Ⓜ βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων Ψαμμήνιτον, βασιλεύσαντα μῆνας ἓξ, τόδε καλέσας σφι
ἄλλοισι Αἰγυπτίοισι, διεπειρᾶτο αὐτοῦ τῆς ψυχῆς,
ποιέων τάδε. θείλας αὐτοῦ τὴν θυγατέρα ἐσθῆτι δουλητῇ, ἀπέπεμπε ἐπ' ὕδωρ ἐρχομένην ὑδρήιον·
συνέπεμπε δὲ καὶ ἄλλας παρθένους ἀπολέξας ἀνδρῶν τῶν πρώτων, ὁμοίως ἐσταλμένας τῇ τοῦ βασιλέος. ὡς δὲ βοῇ τε καὶ κλαυθμῷ παρῆσαν αἱ
παρθένοι τοὺς πατέρας, Ⓐ μὲν ἄλλοι πάντες ἀνεβόων τε καὶ ἀνέκλαιον, ὁρέοντες τὰ τέκνα κεκακωμένα· ὁ δὲ Ψαμμήνιτος, προεἰδὼν καὶ μαθὼν, ἔκυψε ἐς τὸν γῦρον· παρελθουσέων δὲ τῶν ἀδελφεῶν, δεύτερα Ⓐ Ⓝ παῖδα ἀπέπεμπε μετὰ ἀστῶν Αἰγυπτίων δισχιλίων τῶν αὐτῶν ἡλικίῃ ἐόντων. τοὺς δὲ αὐχένας κάλῳ δεδεμένους ἦγεν, καὶ τὰ στόματα ἐγκεχαλινωμένους. ἄγοντο ἵνα ποινὴν ἔσοντες Μιτυληναίων τοῖσι ἐν Μέμφι ἀποληφθεῖσι σὺν τῇ νηΐ. ταῦτα γὰρ ἐδίκασαν Ⓐ βασιλήιοι δικασταί, ὑπὲρ ἀνδρὸς ἑκάστου δέκα Αἰγυπτίων τῶν πρώτων ἀπαπόλλυσθαι. ὁ δὲ, ἰδὼν παρεξιούσας, καὶ μαθὼν Ⓝ παῖδα ἀγομένην ἐπὶ θάνατον, τῶν ἄλλων Αἰγυπτίων τῶν σὺν αὐτῷ κατημένων αὐτὸν κλαιόντων, τοῦτο ἐποίησε τὸ καὶ ἐπὶ τοῦ πατρός, τῇ θυγατρί. παρελθόντων δὲ καὶ τούτων, συνέβη ὥστε τῶν συμποτέων Ⓐ ἄνδρα ἀπηλικιέστερον ἐκπεπτωκότα ἐκ τῶν ἐόντων, ἐγγύτατά τε οἰκέειν, καὶ μὴ ὄντα πτωχὸν, καὶ προσαιτέοντα τὸν στρατὸν παρεόντα, Ψαμμήνιτόν τε Ⓜ Ἀμάσιος, καὶ οὓς ἐν τῷ προαστείῳ κατημένους Αἰγυπτίων. ὁ δὲ Ψαμμήνιτος ὡς εἶδε, ἀνακλαύσας μέγα, καὶ καλέσας ὀνομαστὶ τὸν ἑταῖρον, ἐπλήξατο τὸν κεφαλόν· ἦσαν δ' ἄρα αὐτοῦ τρεῖς φύλακοι, οἳ τὸν ποιούμενον ἀπ' ἐκείνου ἐς ἑκάστην ἔξοδον, Καμβύσῃ ἐσήμαινον. θωυμάσας ὁ Καμβύσης τὸ ποιούμενον, πέμψας ἄγγελον, ἤρετο αὐτὸν, λέγων τάδε,
"Δεσπότης σε Καμβύσης Ψαμμήνιτε ἐρωτᾷ δι' ὅ-
"τι δὴ τὸν μὲν θυγατέρα ὁρέων κεκακωμένην, καὶ
"Ⓜ παῖδα ἐπὶ θάνατον ἰοῦσαν, οὔτε ἀνέβωσας, οὔτε ἀνέκλαυσας, Ⓜ δὲ πτωχὸν, (τόδε γὰρ
"σοι προσήκοντα, ὡς ἄλλων πυνθάνομαι) ἐτί-
"μησας. ὁ μὲν δὴ ταῦτα ἐπηρώτα. ὁ δ' ἀμείβε-
"ται τοῖσδε, Ὦ παῖ Κύρου, τὰ μὲν οἰκήια ἰὼν μέζω κα-
"κὰ οὐκ ἦν ὥστε ἀνακλαίειν· τὸ δὲ τοῦ ἑταίρου πάθος,

sua manu prehensas, dispersit in milites.
¶ Decimo autē die quàm muros Mem- XLIII
phis cepisset Cambyses, Psammenito Ægyptiorum rege, qui sex omnino regnarat[1] annos, collocato in suburbanis, ignominiæ gratia, cum Ægyptiis aliis, hoc fecit vt eius animum experiretur: Filiam illius, vestitu seruili circumdatam, cum hydria ad aquam emisit: & cū ea similiter indutas alias quas delegerat, primorum virorum filias virgines. Quæ vbi ad patres peruenerunt cum ciulatu ploratuque, ceteri quidem patres conspectis filiabus tam male acceptis, vicissim vociferati sunt atque fleuerunt: Psammenitus autem intuens atque intelligens, humi vultum demisit. Prætergressis puellis aquam ferentibus, secundo loco Cambyses ante oculos Psammeniti misit filium eius cum duobus millibus Ægyptiorum æqualis ætatis, vinctas fune ceruices & frenata ora habentibus. Ducebantur autem luituri pœnas his Mitylenæis qui cum naui fuerant ad Memphin obtruncati. Ita enim censuerant regii iudices, pro singulis suorum interfectis denos primorum Ægyptiorum interficiendos. Psammenitus prætereuntes intuens, & filium animaduertens duci ad mortē, aliis Ægyptiis qui circumsedebant complorantibus, *ac indigne ferentibus*, ipse idem quod erga filiam fecit. His quoq; prætergressis, accidit vt quidam[2] compotorum eius natu grandior, pristinis bonis delapsus, ac nihil habens nisi quæ inops mendicabat, obiret exercitum, necnon Psammenitum alioslque Ægyptios in suburbanis considentes. Quem vt conspexit Psammenitus erumpente ingente fletu, compellans nomine amicum, caput suum cædebat. Aderant autem ei tres obseruatores, qui vt quicquid ab illo fiebat, ex omni viarum exitu Cambysi renunciarent. 3 Ea quæ fiebant admiratus Cambyses, misso nuncio Psammenitum percontatus est, inquiens, Psammenite, herus te Cambyses interrogat quamobrem tu, qui visa filia indigne affecta, viso etiam filio ad mortem eunte, neque eiulasti neque fleuisti, pauperem tanti feceris, tibi (vt ab aliis audiuit) nō propinquum. Et Cambyses quidē ita interrogauit: Psammenitus autē his verbis respondit, Fili "Cyri, domestica mala erant maiora quā vt possem ea deflere: at lamētatio amici

1 Menses. *nam μῆνας & vulg. edit. & in mss. cod legitur.* 2 Conuictorum. 3 Quod factum admir.

digna

digna lacrymis fuit, qui è multis ac fortunatis opibus ad inopiã recidit, in extremo limine senectutis. [1] Hæc vbi responsa ab hoc renunciata sunt, visus est illis Psammenitus, vt ab Ægyptiis fertur, recte respondisse. Crœsusq; dicitur illacrymasse, item qui aderant Persæ, ipsique Cambysi commiserationem subiisse, vt protinus iusserit & filium ex his qui morti adtdicti essent liberari, & patrem è suburbanis excitatum ad se perduci. Sed filium quidem qui adierunt, non iam superstitem inuenerunt, sed primo loco truncatum: ipsum vero Psammenitum excitatũ ad Cambysem perduxerunt: vbi reliquum vitæ vixit, nihil violentum passus. Qui si compertus fuisset non affectasse res nouas, accepisset Ægyptum vt eam procuraret. Nam consueuerunt Persæ in honore habere filios regum: & etiamsi qui ab eis defecerint, tamen illorum filiis restituere principatum. Quod eos ita facere consuesse, cum aliis permultis potest probari documentis, tum vero hoc, quod Thannyra Inari Libyis filius recepit quem pater obtinuerat, principatum: quodque Pausiris Amyrtæi filius & ipse paternum recuperauit imperium. [2] Nec ipsis Inaro & Amyrtæo quicquam amplius à Persis irrogatum est. Nunc Psammenitus male cogitans, mercedem accepit. nam quum ad defectionem Ægyptios induxisset, captus est: ac deinde à Cambyse conuictus, epoto cruore taurino, statim expirauit. Atque hunc in modum iste decessit. ¶ Cambyses autem è Memphi vrbem Sain abiit, animo faciendi quæ fecit. Etenim simulatque in ædes Amasis ingressus est, imperauit cadauer Amasis è conditorio afferri: deinde prolatum verberibus cædi ac vellicari, & stimulis pungi, [3] omni denique contumelia infestari. Quod facientes postquam defatigati erant, nam cadauer vrpote salitum resistebat, nec quicquam omnino elidebatur) iussit cremari: haudquaquam sancta iubens: quia Persæ deum ignem esse arbitrantur, & apud neutros moris est cremare cadauera: apud Persas quidem, propter id quod dictum est, quia nefas esse aiunt deo depasci cadauere hominis: apud Ægyptios autem, quia persuasum habent ignem

ἄξιον ἐὼν δακρύων· ὃς ἐκ πολλῶν τε καὶ ὀδαιμόνων ἐκπεσών, ἐς τελευτὴν ἀπίκετο, ὅτι γήραος ἐδέω. καὶ ταῦτα ὡς ἀπονειδισθέντα ὑπὸ τούτου, 106
οὐ δοκέειν. [1] Εἰρῆσθαι. ὡς δὲ λέγεται ὑπ' Αἰγυπτίων, δακρύειν μὲν Κροῖσον (ἐπετύγχανε γὰρ καὶ ἐὼν ἐπὶ θριήνου Καμβύσῃ ὑπ' Αἰγυπτίοις) δακρύειν δὲ Περσέων τοὺς παρεόντας. αὐτῷ τε Καμβύσῃ ἐσελθεῖν οἶκτον μή· καὶ αὐτίκα κελεύειν τούτων τε [1] παῖδα ἐκ τῶν ἀπολλυμένων σώζειν, καὶ αὐτὸν ἐκ τοῦ προμαχείου ἀναστήσαντας, ἄγειν παρ' ἑωυτόν. Τὸν μὲν δὴ παῖδα οὐκ [1] μελιόντες, οὐκ ἐπιτελέοντα, ἀλλὰ προθύτερον κατακοπέντα. αὐτὸν δὲ Ψαμμενίτην ἀναστήσαντες, ἦγον πρὸς Καμβύσεα· ἔνθα τὸ λοιπὸν διῆιτᾶτο, ἔχων οὐδὲν βίαιον. Εἰ δὲ καὶ ἦπτε ἤθελε μὴ πολυπραγμονεῖν, ἀπέλαβε ἂν Αἴγυπτον, ὥστε ὅτι ζωπυρεῖν αὐτῆς. ἐπεὶ πολλῷ ἐώθασι Πέρσαι τοὺς βασιλέων τοὺς παῖδας τιμᾶν, καὶ σφέων ἀποστέωσι, ὅμως τοῖσί γε παισὶ αὐτῶν ἀποδιδόσι τὴν ἀρχήν. πολλοῖσι μὲν νυν καὶ ἄλλοισι ἔστι σταθμώσασθαι ὅτι τοῦτο νομίσασι ποιέειν· ἐν δὲ δὴ καὶ τῷδε, τῷ Λίβυος Ἰνάρω παῖδι Θαννύρᾳ, ὃς ἀπέλαβε τὴν οἱ ὁ πατὴρ εἶχε ἀρχήν· καὶ τῷ Ἀμυρταίου Παυσίρι· καὶ γὰρ οὗτος ἀπέλαβε τὴν τοῦ παππέος ἀρχήν. καίτοι Ἰνάρῳτε καὶ Ἀμυρταίου οὐδαμοί κω Πέρσαι κακὸν πλέον ἐργάσαντο. νεῳ δὲ μηχανώμενος κακὰ ὁ Ψαμμενίτης, ἔλαβε [2] μισθόν· ἀπιστὰς γὰρ Αἰγυπτίοις ἦλω· ἐπεί τε δὲ ἐπαίσθη ἐλθὼν ἐπὶ Καμβύσεω, αἷμα ταύρου πιὼν, ἀπέθανε παραχρῆμα. οὕτω δὴ οὗτος ἐτελεύτησε. Καμβύσης δὲ ἐκ Μέμφιος ἀπίκετο ἐς Σάιν πόλιν, βουλόμενος ποιῆσαι τὰ δὴ καὶ ἐποίησε. ἐπεί τε γὰρ ἐσῆλθε ἐς τοῦτον τὸν Ἀμάσιος οἶκον, αὐτίκα ἐκέλευε ἐκ τῆς ταφῆς [2] Ἀμάσιος νέκυν ἐκφέρειν ἔξω. ὡς δὲ ταῦτα ὑπετελέετο, μάστιγοῦν [2] νέκυν ἐκέλευε, καὶ τίλλειν τὰς τρίχας ἀποκλέειν, καὶ κεντέειν, καὶ τἄλλα πάντα λυμαίνεσθαι· ἐπεί τε δὲ καὶ ταῦτα ἔκαμνον ποιεῦντες, (ὁ γὰρ δὴ νεκρὸς, ἅτε πεπαισχυσμένος, αἰτειχέτε καὶ οὐδὲν διεχέετο) ἐκέλευσέ μιν ὁ Καμβύσης κατακαῦσαι· ἐντελλόμενος ὀρθὰ οὐ ὅσια. Πέρσαι γὰρ θεὸν νομίζουσι εἶναι) τὸ πῦρ τὸ ὦν κατακαίειν τοὺς νεκρούς, ὀδαμῶς ἐν νόμῳ τοιούτεσι ἐόντι, Πέρσῃσι μὲν δὴ ὅσῳπερ εἴρηται), θεῷ δ' δίκαιον εἶναι) λέγουσι νέμειν νεκρὸν οὐδενός· Αἰγυπτίοισι δὲ νενόμισται πῦρ

1 Hæc quum ab isto renunciata essent, visus est Psammenitus recte respondisse, feruntque Ægyptii, Crœsum) nam hic quoque à Cambyse in Ægyptum adductus fuerat) eosque qui aderant Persas illacrymasse. 2 Quamuis nulli Persas pluribus malis quam Inarus & Amyrtæus affecissent. Verum Psammenitus quum fraudem molitus esset, mercedem accepit. Deprehensus enim Ægyptios ad defectionem sollicitare, ac deinde à Cambyse conuictus, &c. 3 *Vel, Omnibus denique modis vexari.*

θηείου εἶ ἐμψυχον· πρῶτα ὦν ἀνὸ κατεσθίειν τὰ ὡσαύτως ἀναλοῦν· πλησθέν ὦν ἀνὸ τῆς βορῆς, σεσαπο-
θνήσκειν τὸ κατεσθιόμενον. οὐκων θηείοισι νόμος οὐδαμῶς σφι ἐστὶ νέκυν διδόναι. καὶ διὰ ταῦτα
ταριχεύουσι, ἵνα μὴ κείμενος ὑπὸ βυλέων καταβρωθῇ. οὕτω δὲ τοῖσι νομιζόμενα ἐπετέλεσε
ποιέειν ὁ Καμβύσης. ὡς μὲν Αἰγύπτιοι λέγουσι, οὐκ Ἄμασις ἐὼν ὁ ταῦτα παθών, ἀλλὰ ἄλλος τις τῶν
Αἰγυπτίων, ἔχων τὴν αὐτὴν ἡλικίην Ἄμάσι· ᾧ λυμαινόμενοι Πέρσαι, ἐδόκεον Ἄμάσι λυμήνεσθαι. 10
λέγουσι γὰρ ὡς τυθόμενος ἐκ μαντηίου ὁ Ἄμασις τὰ περὶ ἑωυτὸν ἀποθανόντα μέλλοντα γίνεσθαι, ὕτω
δὴ ἀκεόμενος τὰ ὑπιφερόμενα, ἐν μὲν Αἴδεω τὸν ἐν μασιγωθέντα, ἀποθανόντα ἐθάψε ἐντὸς
θύρησι αὐτοῦ τῆς ἑωυτοῦ οἰκίης, ἑωυτὸν δὲ ἐπετείλατο τῷ παιδὶ ἐν μυχῷ τῆς οἰκίης ὡς μάλιστα θεῖναι. αἱ
μὲν νυν ἐκ τοῦ Ἄμάσιος ἐπολαὶ αὗται, αἱ δὲ ἐκ ταφέων τε καὶ ἐν Αἴδεω ἔχουσαι, ὅμοιοι δοκέουσι ἀρ-
χὴν γενέσθαι, ἄλλως δ' αὐτὰ Αἰγύπτιοι σεμνοῦν. Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ Καμβύσης ἐβουλεύσατο τριφασί- 20
ας στρατηίας, ἐπί τε Καρχηδονίους, καὶ ἐπὶ Ἄμμωνίους, καὶ ἐπὶ τοὺς μακροβίους Αἰθίοπας, οἰκημένους
ἐν Λιβύης ἐπὶ τῇ νοτίῃ θαλάσσῃ. βουλευομένῳ δὲ ἐδόξε, ἐπὶ μὲν Καρχηδονίους ναυτικὸν στρατὸν
ἀποστέλλειν· ἐπὶ δὲ Ἄμμωνίους, τὸ πεζὸν ἀποκρίναντα· ἐπὶ δὲ τοὺς Αἰθίοπας, καλέσαντας πρῶτον, ὁμήρους τε τοῦ ἐν τούτοισι τοῖσι Ἄθω λεγομένῳ εἶ-
ναι ἡλίου τράπεζαν, εἰ ἔστι ἀληθέως, καὶ πρὸς ταύτῃ τὰ ἄλλα κατοψομένους· δῶρα δὲ τῷ λόγῳ φέρον-
107 τας τοῖσι βασιλεῖ αὐτέων. Ἡ δὲ τράπεζα τοῦ ἡ- 30
λίου, τοιήδε τις λέγεται εἶναι· λειμών ἐστὶ ἐν τοῖσι προαστείοις, ἐπίπλεος κρεῶν ἑφθῶν παντοίων τῶν τετρα-
πόδων· ἐς τὰς μὲν νύκτας ἐπιτηδεύοντας τιθέναι τὰ κρέα τοὺς ἐν τέλεϊ ἑκάστοις ἐόντας τῆς ἀστυ, τοῖς δὲ ἡμέρας δάπτεσθαι προβάλλοντα τοῖσι βουλομένοισι. φάναι δὲ τοὺς ἐπιχωρίους ταῦτα τὴν γῆν αὐτὴ ἀναδιδόναι ἑκάστοτε. ἡ μὲν δὴ τράπεζα τοῦ ἡλίου καλεομένη, λέγεται εἶναι τοιήδε. Καμβύσῃ δὲ ὡς ἔδοξε πέμπειν τοὺς κατασκόπους, αὐτίκα μετεπέμπετο ἐξ Ἐλεφαν-
τίνης πόλιος, τῶν ἰχθυοφάγων ἀνδρῶν τοὺς ἐπισταμένους τὴν Αἰθιοπίδα γλῶσσαν. ἐν ᾧ δὲ τούτους μετῆσαν, ἐν τούτῳ ἐκέλευε ἐπὶ τοῖσι Καρχηδόνα πλέειν ναυτικὸν στρατόν. Φοίνικες δὲ οὐκ ἔφασαν ποιήσειν ταῦτα· ὁρκίοισί τε γὰρ μεγάλοισι ἐνδεδέσθαι, καὶ οὐκ ἂν ποιέειν ὅσια ἐπὶ τοὺς παῖδας τοὺς ἑωυτῶν στρατεύσαντας. Φοινίκων δὲ μὴ βουλομένων, οἱ λοιποὶ οὐκ ἀξιόμαχοι ἐγίνοντο. Καρχηδόνιοι μὲν νυν οὕτω δουλο-

anim atam beluam esse, & omnia quæ nascuntur deuorate,& postquam deuorando fuerit expleta,vna cum ipsa re deuorata emori. Non esse vero apud eos consuetudinem mortuum beluis tradendi, sed saliendi, tum ob id, tum ne humatus deuoretur à vermibus. Ita neutris consuetam rem iussit agi Cambyses. Quanquam (vbi ipsi aiunt Ægyptii) non Amasis fuit qui istæ passus est, sed alius quidam Ægyptius eadem qua Amasis ætate: quem Persæ Amasin arbitrantes vexauerunt. Memorant enim, Amasin, quum ex oracvlo audisset quæ circa se defunctum futura essent, hoc modo rei venturæ medendum putasse, vt hunc hominem qui flagellatus erat, mortuum [1] ad postes sepeliret extra conditorium suum, se autem in conditorii quam intimo recessu collocari filio mandaret. Mihi tamen non videntur hæc ab initio Amasis fuisse mandata de sua & alteriùs hominis sepultura, sed aliàs ab Ægyptiis adornata. ¶ SECVNXVII
DVM hæc Cambyses constituit [2] trifarium mouere bellum, aduersus Carthaginenses, aduersus Ammonios, aduersus Æthiopes macrobios, *id est, longæuos*, qui Africam ad Australe mare incolũt. & aduersus quidem Carthaginienses, nauticas copias: aduersus autem Ammonios, peditatum: aduersus vero Æthiopes, prius exploratores mittere, per speciem dona ferendi illorum regi, spectatum illic mensam Solis, nunquid reuera esset: simulque res Æthiopicas exploratum. Solis autẽ mẽsa talis esse me- XVIII
moratur: est in suburbanis pratum, omnium quadrupedũ assa refertum carne, quam per noctem singuli ciuiũ magistratus properant ponere: ad eamque, vbi illuxit, cuilibet epulatum licet accedere. Hæc autem ipsa à terra reddi assidue indigenæ aiunt. Et mensa quidem quæ Solis vocatur, talis esse fertur. Cambyses autem vbi statuit explorato- XIX
res dimittere, continuo ab vrbe Elephãtina accersit ex Ichthyophagis, *id est, pisce vescentibus*, maxime gnaros Æthiopicæ linguæ. 3 Vsquedum isti veniunt, interea nauales copias Carthaginem versus nauigare iubet. verum hæc exequuturos se Phœnices negauerunt. esse enim magno cum illis iureiurando se deuinctos: præterea non facturos sancte si aduersus liberos suos militarent. nam ceteri Phœnicibus ire recusantibus, ad pugnandum haud idonei erant. Ita Carthaginenses quomi-

1 Ad fores intra conditorium suum, 2 Triplex. 3 Et interim dum istos accerseret, nauales cop.

nus in

nus in seruitutem Persarum redigerentur euaserunt: quoniam Cambyses haud æquum ducebat vim afferre Phœnicibus, qui seipsos Persis dediderant, ex quibus nauticus omnis constabat exercitus. Sed & Cyprii qui aduersus Ægyptum in militia erant, sese & ipsi dedidexrant. Porro Cambyses posteaquam ex vrbe Elephantina aduenerunt Ichthyophagi, eos ad Æthiopes misit, iussis cũ ea dicere quæ oporteret, tum dona ferre, amiculum purpureum, aureumque torquem tortilem, & armillas, ac vnguenti alabastrum, cadumque vini [1] Phœnicei. ¶ Æthiopes autem ii ad quos misit Cambyses, feruntur esse maximi omnium hominum atque pulcherrimi: diuersisque vti à ceterorum hominum ritibus, cum aliis, tum vero hoc circa regnum: quod quem è popularibus maximum & pro magnitudine validum iudicant, hunc regem deligendum censent. Ad hos itaque viros Ichthyophagi xxi venerunt, offerentesque regi munera, ita loquuti sunt, Cambyses, Persarum rex, cupiens amicus tibi fieri atque hospes, nos misit, iubens vt in colloquium tuum veniremus, tibique hæc dona daremus, quorum ipse vsu maxime delectatur. Ad hos Æthiops, gnarus ad explorandum venisse, talia respondit, Neque rex Persarum vos ideo cum donis misit quod magni faciat hospitium meum, neque vos vera loquimini, quippe qui ad explorandum nostrum imperium venistis: neque iustus ille vir est. si enim iustus foret; non alienam regionem affectaret, sed esset sua contentus, nec homines à quibus nihil lacessitus est in seruitutem redigeret. Ei nunc vos hunc arcum date, ita dicentes, Rex Æthiopum regi Persarum consilium [2] dat, quando Persæ tam facile trahent in tanta magnitudine arcus, tunc aduersus macrobios Æthiopes cum maioribus copiis moueat bellum: interim diis gratias habeat, qui non inducunt [3] filiis Æthiopum vt præter suam velint aliam xxii comparare regionem. Hæc loquutus, arcum laxauit, eisque qui venerant dedit. Tum sumpto purpureo amiculo, rogauit quidnam esset & quomodo confectum. & quum Ichthyophagi veritatem de purpura deq; tinctura dixissent, Dolosi, inquit, homines, dolosa sunt vestimenta. Secundo loco de auro scisscitatus, de tortili monili atque armillis,

δουλοσυνίῃ διέφυγεν θεὸς Περσέων. Καμβύσης γὰρ βίῃ οὐκ ἐδικαίου ἐπιφέρειν Φοίνιξι, ὅσοι σφέας τε αὐτοὺς ἐκ δεδώκεσαν Πέρσῃσι, καὶ πᾶς ναυτικὸς ἐκ Φοινίκων ἦρτητο ὁ ναυτικὸς στρατός. δόντες δὲ καὶ Κύπριοι σφέας αὐτοὺς Πέρσῃσι, ἐς στρατεύοντο ἐπ' Αἴγυπτον. Ἐπεί τε δὲ τὰ Καμβύσῃ ἐκ τῆς Ἐλεφαντίνης ἀπίκοντο οἱ ἰχθυοφάγοι, ἐπέμπε αὐτοὺς ἐς τοὺς Αἰθίοπας, ἐντειλάμενος τὰ λέγειν χρῆν· καὶ δῶρα φέροντας, πορφυρέου τε εἶμα, καὶ χρυσεον στρεπτὸν ποικιλοεργέα, καὶ ψέλλια, καὶ μύρου ἀλάβαστρον, καὶ Φοινικηίου οἴνου κάδον. οἱ δὲ Αἰθίοπες οὗτοι ἐς τοὺς ἀπέπεμψε ὁ Καμβύσης, λέγονται εἶναι μέγιστοι καὶ κάλλιστοι ἀνθρώπων πάντων. νόμοισι δὲ καὶ ἄλλοισι χρᾶσθαι αὐτοὺς κεχωρισμένοισι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, καὶ δὴ καὶ κατὰ τὸν βασιληίου τοιῶδε· ὃν αἱρέωνται τῶν ἀστῶν κείνωσι μεγίστου τε εἶναι, καὶ κατὰ τὸ μέγαθος ἔχειν τὸν ἰσχυρὸν, τοῦτον ἀξιοῦσι βασιλεύειν. Ἐς τούτους δὴ ὧν τοὺς ἄνδρας ὡς ἀπίκοντο οἱ ἰχθυοφάγοι, διδόντες τὰ δῶρα τῷ βασιλείῳ αὐτέων, ἔλεγον τάδε, Βασιλεὺς ὁ Περσέων Καμβύσης, βουλόμενος φίλος τοι καὶ ξεῖνος γενέσθαι, ἡμέας τε ἀπέπεμπε, ἐς λόγους τοι ἐλθεῖν κελεύων, καὶ δῶρα ταῦτά τοι δίδοῖ, τοῖσι αὐτὸς μάλιστα ἥδεται χρεώμενος. ὁ δὲ Αἰθιοψ, μαθὼν ὅτι κατόπτας ἥκοιεν, λέγει πρὸς αὐτοὺς τοιάδε, Οὔτε ὁ Περσέων βασιλεὺς δῶρα ὑμέας ἔπεμψε φέροντας, τῷ σημῷ πολλοῦ ἐμοὶ ξεῖνος γενέσθαι· οὔτε ὑμεῖς λέγετε ἀληθέα· ἥκετε γὰρ κατόπτας τῆς ἐμῆς ἀρχῆς. οὔτε ἐκεῖνος ἀνὴρ ὅστις δίκαιος. εἰ γὰρ ἦν δίκαιος, οὔτ' ἂν ἐπεθύμησε χώρης ἄλλης ἢ τῆς ἑωυτοῦ· οὔτ' ἂν ἐς δουλοσύνην ἀνθρώπους ἦγε τοὺς μηδὲν ἠδικηκότας. νεῦν δὲ αὐτῷ τόξον τόδε διδόντες, τάδε ἔπεα λέγετε, Βασιλεὺς ὁ Αἰθιόπων συμβουλεύει τῷ Περσέων βασιλεῖ, ἐπειδὴ οὕτω εὐπετέως ἕλκουσι τὰ τόξα Πέρσαι ἐόντα μεγάθεϊ τοσούτῳ, τότε ἐπ' Αἰθιοπας τοὺς μακροβίους πλήθεϊ ὑπερβαλλόμενον στρατεύεσθαι. μέχρι δὲ τούτων, θεοῖσι εὐδένας ἄγειν, οἳ οὐκ ἐπὶ νόον τρέπουσι Αἰθιόπων παισὶ γῆν ἄλλην προσκτᾶσθαι τῇ ἑωυτῶν. Ταῦτα δὲ εἰπὰς, ἐκτείνας τὸ τόξον, παρέδωκε τοῖσι ἥκουσι. λαβὼν δὲ τὸ εἷμα τὸ πορφύρεον, ἤρώτα ὅ, τι εἴη, καὶ ὁκόως πεποιημένον. εἰπόντων δὲ τῶν ἰχθυοφάγων τὴν ἀληθείην περὶ τε πορφύρης καὶ βαφῆς, δολερούς μιν φῶτας ἔφη εἶναι, δολερὰ δὲ αὐτέων τὰ εἵματα. δεύτερα δὲ, ἰδὼν χρυσὸν πρῶτα τρεπτὸν ἐόντα ποικιλοεργέα, καὶ τὰ ψέλλια,

1 Palmei. 2 Quum Persæ tam facile tendent tantæ magnitudinis arcus, *quam facile hunc à me tendi videtis*, tunc copiis sua pramodum magnis instructus macrobiis Æthiopibus bellum inferat. 3 *Id est*, Æthiopibus.

ἐξ. αὐτῶν, ἐξηγεομένων δὲ τῶν ἰχθυοφάγων τὸν κόσμον αὐτέων, γελάσας ὁ βασιλεὺς, καὶ νομίσας εἶναι σφέα πέδας, εἶπε ὡς παρ' ἑωυτοῖσι εἶσι ῥωμαλεώτερα τούτεων πέδαι. τρίτον δὲ, πρώτα τὸ μύρον. ἐπόντων δὲ τῆς ποιήσιος περὶ τὸ ἀλείφιος, καὶ αὖτις λόγον ποιεῖτο τοῦ εἵματος εἶπε. ὡς δὲ ἐς τὸν οἶνον ἀπίκετο, καὶ ἐπύθετο αὐτὸ τὸν ποίησιν, ἡσθεὶς τῷ πόματι, ἐπείρετο ὅ, τι τε σιτέοιτο ὁ βασιλεὺς, καὶ χρόνον ὁκόσον μακρότατον ἀνὴρ Πέρσης ζώει. ἀπὸ δὲ, σιτέεσθαι μὲν ἄρτον εἶπον, ἐξηγησάμενοι τὴν πυρῶν τὴν φύσιν· ὀγδώκοντα δὲ ἔτεα ζόης πλήρωμα ἀνδρὶ μακρότατον προκέεσθαι. πρὸς ταῦτα ὁ Αἰθιοψ ἔφη, οὐδὲν θωυμάζειν εἰ σιτεόμενοι κόπρον, ἔτεα ὀλίγα ζώοισι. οὐδὲ γὰρ ἂν τοσαῦτα δύνασθαι ζώειν σφέας, εἰ μὴ τῷ πόματι ἀνέφυρον. φαίνεσθαι δὲ ἐπειρωτῶν τοῖσι ἰχθυοφάγοισι τὸν οἶνον. τὸν δὲ ἐξηγέεσθαι τὰ περὶ τοῦ οἴνου. ἀντειρομένων δὲ τὸν βασιλέα τὴν ζόην καὶ δίαιτάν τινα ποιεῖται, ἔτεα μὲν ἐς εἴκοσι καὶ ἑκατὸν τοὺς πολλοὺς αὐτέων ἀπικνέεσθαι, ὑπερβάλλειν δέ τινας καὶ τούτων. σίτησιν δὲ εἶναι κρέα τε ἑφθά, καὶ πόμα, γάλα. θωῦμα δὲ ποιεύμενον τὸν κατασκόπων τοῦτο τὸν ἑτέων, ὅτι κρήνην σφι ἀπήγησαντο, ἀπ' ἧς λουόμενοι, λιπαρώτεροι ἐγίνοντο, κατάπερ εἰ ἐλαίου εἴη· ὀζὴν δὲ ἀπ' αὐτῆς ὡσεὶ ἴων. ἀδυνέες δὲ τὸ ὕδωρ τοῦ κρήνης τούτης ὅτῳ δή τι ἔλεγον εἶναι οἱ κατάσκοποι, ὥστε μηδὲν οἷόν τε εἶναι ἀπ' αὐτοῦ ἐπιπλέειν, μήτε ξύλον, μήτε τῶν ὁκόσα ξύλου ἐστὶ ἐλαφρότερα. ἀλλὰ πάντα τὰ σφέα χωρέειν ἐς βυσσόν. τὸ δὲ ὕδωρ τοῦτο, εἰ σφί ἐστι ἀληθέως οἷόν τι λέγεται, δι' τοῦτο ἂν εἶεν τούτῳ τῷ πόματι χρεώμενοι μακρόβιοι. ἀπὸ τῆς κρήνης δὲ ἀπαλλασσομένους, ἄγαγεῖν σφέας ἐς δεσμωτήριον ἀνδρῶν, ἔνθα πάντας ἐν πέδῃσι χρυσείῃσι δεδέαται. ἔστι δὲ ἐν τοῦτοισι τοῖσι Αἰθίοψι πάντων ὁ χαλκὸς ἀπανιώτατον καὶ τιμιώτατον. θηρεύσαντες δὲ καὶ τὸ δεσμωτήριον, ἐθηήσαντο καὶ τὴν τῆ Ἡλίου λεγομένην τράπεζαν. μετὰ δὲ ταύτην, τελευταίας ἐθηήσαντο τὰς θήκας αὐτέων, αἱ λέγονται σκευάζεσθαι ἐξ ὑέλου, τρόπῳ τοιῷδε. ἐπεὰν τὸν νεκρὸν ἰχνήνωσι, εἴτε δὴ κατάπερ Αἰγύπτιοι, εἴτε ἄλλως κως, γυψώσαντες ἅπαντα αὐτὸν, γραφῇ κοσμέουσι, ἐξομοιοῦντες δὲ εἰδοσὲς τὸ δυνατόν· ἔπειτα δὲ περιστᾶσι στήλην ἐξ ὑέλου πεποιημένην κοίλην. ἡ δὲ σφι πολλὴ καὶ εὐεργὸς ὀρύσσεται. ἐν μέσῃ δὲ τῇ στήλῃ ἐνεὼν φαφάνεται ὁ νέκυς, οὔτε ὀδμὴν οὐδεμίην ἀγαθὸν παρεχόμενος, οὔτε ἄλλο ἀεικὲς οὐδέν· καὶ

ornatum eius rei exponentibus Ichthyophagis, risit, atque existimans vincula esse, inquit robustiora apud se vincula esse. Tertio scisciatus de vnguento, quum illi de confectura vngendique ratione dixissent, idem dixit quod de vestimento. Vbi[1] ad vinum peruenit, eiusque conficiendi rationem audiuit, maiorem in modū delectatus potu, percontatus est quibusnam rebus vesceretur rex, & quod longissimum tempus à viro Persa viueretur. Isti dixerunt vesci regem pane, (exposita tritici natura) perfectissimumque diu viuendi spatium homini Persæ proponi octoginta annos: Ad hæc Æthiops, Nihil se mirari inquit si stercore vescentes, paucis viuerent annis. nam ne tot quidem annis victuros[2] nisi hoc potui acceptum referrent. affirmantibus Ichthyophagis ita esse de vino. (hoc enim ipsos Persis subdidisse.) Interrogatus vicissim rex ab XXIII Ichthyophagis de vita & victu, plerosque è suis ait ad centum viginti annos peruenire, nonnullos etiam hos transcendere: dixit cibum eis esse carnem coctam: & potum, lac. Et quum exploratores de numero annorum mirarentur, ad fontem quendam eos deduxit, in quo loti efficiuntur perinde atque oleo inuncti, violam olentes. Eam aquam aiebant exploratores adeo inualidam vt in ea nihil innatare posset, ne lignum quidem, & quæ leuiora sunt ligno: sed omnia pessum ire in profundum. Hæc aqua si vere apud illos est qualis commemoratur, ideo macrobii, *id est longæui*, existunt, quod ea semper vtuntur. Deinde à fonte rex istos ad carcerem deduxit, vbi viri omnes aureis vinculis erant alligati. est enim apud hos Æthiopes omnium ratissimum ac pretiosissimum æs. Inspecto carcere, exploratores inspexerunt & mensam quæ dicitur solis. Post XXIV hanc ad extremum inspexere eorum sepulcra quæ dicuntur è vitro esse constructa, hunc in modum: Posteaquam mortuum siue Ægyptiorum siue aliorum more arefecerunt, totum gypso inducunt, picturaque exornantes repræsentant quoad fieri potest effigiem eius: deinde cippum ei cauum è vitro, quod apud illos multum est & facile effoditur, circumdant: in cuius medio mortuus interlucet, nihil neque odoris ingrati, neq; fœditatis vllius exhibens, sed

1 *Id est, ad sermonem de vino.* 2 *Legit* αἰφνιον, *ex qua lectione videtur & hic sensus elici posse*, Nisi potu illo vires refocillarent: Ichthyophagis vinum innuens. in hoc enim se à Persis vinci. Quum autem vicissim regem interrogarent Ichthyophagi de vita *&c. At legendo* αἰφνιον, *perinde fuerit ac si Gallice dicas, s'ils ne destrempoyent leur viande d'vn tel breuuage.*

omnia

omnia ipsi illi mortuo similia habens. Hunc cippum qui maxime sunt propinqui, intra ædes annum tenent, offerentes ei omnium rerum primitias, hostiasque: anno exacto efferunt, circaque vrbem statuunt. Omnibus exploratores inspectis reuersi sunt. Qui quum ista renunciassent Cambysi, continuo ira percitus aduersus Æthiopes exiit in expeditionem, neque rei frumentariæ apparatu indicto, neque secum ipso ratione inita quod in extrema terrarum faceret expeditionem: sed veluti vesanus, nec mentis compos, simulatq; Ichthyophagos audiit, profectus est cum omni peditatu, Græcis qui aderant illi, manere imperatis. Vbi ad Thebas est ventum, delegit de exercitu quinquaginta circiter millia, quibus præcepit vt Ammonios diriperent, deinde oraculum Iouis incenderent: ipse cum reliquis copiis aduersus Æthiopes contendit. Sed antequam quintam itineris partem confecissent, exercitum eius protinus commeatus omnis quem secum habebat, defecit: mox & iumenta ad vescendum defecerunt. Quibus rebus cognitis Cambyses si resipuisset ac retroduxisset exercitum, in eo quod prius admiserat peccato, vir sapiens extitisset: nunc autem nihil pensi habens, assidue processit vlterius. Milites, quamdiu quod de terra sumerent habuerunt, herbis victitarunt: at vbi ad sabulum peruenere, ibi nonnulli diram rem perpetrauerunt. nam sortiti ex seipsis decimum quemque comederunt. Id audiens Cambyses, veritus suorum mutuam depastionem, intermissa aduersus Æthiopes expeditione, retro rediit, Thebasque peruenit, multis de exercitu amissis. [1] Et quum è Thebis descendisset Memphin, Græcos missos fecit, vt illinc enauigarent. Et exercitus quidem aduersus Æthiopes ita se gessit. ¶ Copiæ autem quæ aduersus Ammonios missæ erant, è Thebis mouentes, itineris duces sequebantur: [2] ac nisi sunt vsquedum ad vrbem Oasin peruenerunt, quam incolunt Samii ii qui feruntur è tribu Æschrionia esse, septem dierum per arenas itinere distantem Thebis: quæ regio vocatur lingua Græca *μακάρων νῆσος, id est, beatorum insula.* in hunc locum dicitur peruenisse exercitus. Deinceps quid de eo actum sit, præter Ammonios & eos qui ab his audierunt,

XVI

supra fumarium: ideo in sublimi locantes quod dicant eos totius domus esse custodes. Viuunt autem è rapto & ex bello. At Agathyrsi [1] exculti simi viri sunt, & aurum plerunque gestantes. In commune cum mulieribus coeunt, vt inter se germani sint ac domestici omnes, nihil neque liuoris neque odii mutuo exercentes: in ceteris ad Thracum consuetudinem accedunt. At Neuri Scythicis quidem vtuntur moribus, qui vna ante Darii expeditionem ætate coacti fuerant solum vertere propter serpentes. nam serpentum cum magna vis ex ipsorum solo est edita, tum maior superne è locis desertis ingruerat: quibus vsqueadeo infestati fuerunt, vt relicto suo solo cum Budinis habitauerint. [2] Idem periculum faciunt se homines esse maleficos, quod dicuntur à Scythis & ab iis qui in Scythia incolunt Græcis, semel quotannis singuli ad aliquot dies effici lupi, & rursus in pristinum habitum redire. quod tamen dicentes mihi non persuadent: nihilominùs tamen illi aiunt ita esse, ac deierant. Androphagi agrestissimos omnium hominum mores habent, non iudiciis, non legibus vtentes, [3] pecuariam exercentes, vestem Scythicæ similem gestantes, propriam linguam habentes. Melanchlæni omnes indumenta nigra gerunt, vnde & cognomen habent, qui soli ex his humana carne vescuntur, institutis Scythicis vtentes. Budini, ingens natio atque numerosa, vehementer cæsiis oculis omnis ac rufa: quorum vrbs nomine Gelonus è materia constructa est, muro altoè materia toto: cuius singula latera tricenorum stadiorum sunt magnitudinis. Ædes quoque cum priuatæ tum sacræ sunt è materia. Nam visuntur ibi deorum Græcorum templa Græcanice extructa, simulacris, aris, delubris ligneis. Dionyso trieterica, *id est, triennalia*, agunt, & bacchanalia exercent. quippe Geloni quondam Græci fuere, sed summoti inter Budinos habitauerunt: lingua partim Scythica, partim Græca vtentes. Budini à Gelonis & lingua & victu sunt dispares. nam quum indigenæ sint, [4] pecuariæ operam dant, soliq; eius regionis pedunculos edunt. at Geloni agriculturæ operam dantes frumento victitant, & hortos possident, nihil illis neque aspectu neque colore similes. Vocantur autem à Græcis Geloni, etiam Budini isti,

[1] *Vel*, Luxui deditissimi sunt. [2] Videntur autem hi incantatores esse, quod dic. [3] Sunt autem Nomades, [4] Nomades sunt,

non recte

non recte vocantibus. Horum regio omnis est arboribus frequens, & vbique plurimum consita, vbi est lacus ingens & multus, & palus, ac multum circa arundinis. Ex quo lacu lutræ capiuntur, & castores, & aliæ feræ, forma oris quadrata, quorum pelles ad renones faciendos consuuntur, & testiculi [1] ad curanda posteriora sunt. ¶De Sauromatis vero ita memoratur: Quum Græci prœliati sunt cum Amazonibus (quas Scythæ Æorpata vocant, quod nomen potest transferri, Viricidæ: æor enim virum dicunt, pata autem, occidere) feruntur post victoriam prœlii ad Thermodontem facti, abiisse, portantes tribus in nauibus quascunq; potuerant ex Amazonibus viuas capere: quibus illæ in pelago insidiatæ, cunctos trucidauere. Sed quum naues haberent incognitas, nec gubernaculo aut velis aut remis vti scirent, interfectis viris, ferebantur secundum tempestatem & ventum. Delatæque sunt ad paludis Mæotidis prærupta, quæ Scytharum liberorum telluris sunt. Ibi è nauibus egressæ Amazones, ad loca habitata iter facientes, quod primum nactæ sunt equorum armentum, diripiunt, conscenduntque: & obequitantes, è Scythis prædas agunt. Scythæ quid hoc rei esset coniicere nequibant, quũ neque vocem, neque vestem, neque gentem agnoscerent: admirabundi vnde venirent, & rati cunctos esse viros eiusdem ætatis. Sed commissa cum eis pugna potiti quibusdam illarum, ita demum feminas esse cognouerunt. Itaque cõsilio habito visum est eis, nullo pacto posthac quampiam illarum esse occidendam: sed ex se qui maxime iuuenes essent, ad eas esse mittendos, eodem numero qu, illas esse coniectabant, qui sua prope earũ castra haberent, & eadẽ quæ illæ facerent.[2] Si inuaderentur, pugnarent, neu subterfugerent: vbi subsisterent illæ, ipsi etiam proxime accedentes castra ponerent. Hoc Scythæ idcirco decreuerunt quod prolem ex illis suscipere cupiebant. Adolescentes qui missi sunt, mandata peregerũt. quos vbi Amazones intellexerunt neutiquam ad se lædendas venisse, valere sinebant. quotidie tamen castra castris propius admouebantur. Ceterum ne ipsi quidem adolescentes quicquam habebãt, quemadmodũ Amazones, præter

οὐκ ὀρθῶς καλεόμενοι. ἡ δὲ χώρη σφέων, πᾶσα ἐστι δασέη ὑλῃσι παντοίῃσι. ἐν δὲ τῇ ὑλῃ τῇ πλείστῃ ἐστὶ λίμνη μεγάλη τε καὶ πολλή, καὶ ἕλος, καὶ κάλαμος περὶ αὐτήν. ἐν δὲ ταύτῃ ἐνύδριες ἁλίσκονται, καὶ κάστορες, καὶ ἄλλα θηρία τετραγωνοπρόσωπα, τῶν τὰ δέρματα περὶ τὰς σισύρας τὰ ὑδατόρρωστα καὶ οἱ ὄρχεες αὐτέων εἰσὶ χρήσιμοι ἐς ὑστερέων ἄκεσιν. Σαυροματέων δὲ περὶ ὧδε λέγεται· ὅτε Ἕλληνες Ἀμαζόσι ἐμαχέσαντο, (τὰς δὲ Ἀμαζόνας καλέουσι Σκύθαι Αἰορπατά. δύναται δὲ τὸ οὔνομα τοῦτο κατ' Ἑλλάδα γλῶσσαν ἀνδροκτόνοι. ἀὴρ γὰρ καλέουσι τὸν ἄνδρα, τὸ δὲ πατὰ, κτείνειν) φέρονται τοῦ τε λόγου τοῦ Ἑλλήνας νικήσαντας τῇ ἐπὶ Θερμώδοντι μάχῃ, ἀποπλέειν ἄραντας τρισὶ πλοίοισι τῶν Ἀμαζόνων ὅσας ἠδυνέατο ζωγρήσαι. τὰς δὲ ἐν τῷ πελάγει ἐπιθέμενας, ἐκκόψαι τοὺς ἄνδρας. πλοῖα δὲ οὐ γινώσκειν αὐτάς, οὐδὲ πηδαλίοισι χρῆσθαι, οὐδὲ ἱστοῖσι, οὐδὲ ἐρετμοῖς· ἀλλ' ἐπεὶ ἐξέκοψαν τοὺς ἄνδρας, ἐφέροντο κατὰ κῦμα καὶ ἄνεμον· καὶ ἀπικνέονται τῆς λίμνης τῆς Μαιήτιδος ἐπὶ κρημνούς. (οἱ δὲ κρημνοὶ, εἰσὶ τῆς γῆς τῶν Σκυθέων τῶν ἐλευθέρων) ἐνθαῦτα ἀποβᾶσαι ἀπὸ τῶν πλοίων αἱ Ἀμαζόνες, ὡδοιπόρεον ἐς τὴν οἰκεομένην. συντυχοῦσαι δὲ πρώτῳ ἱπποφορβίῳ, τοῦτο διήρπασαν· καὶ ἐπὶ τούτων ἱππάζόμεναι, ἐλᾴζοντο τὰ τῶν Σκυθέων. Οἱ δὲ Σκύθαι οὐκ εἶχον συμβαλέσθαι τὸ τρῆγμα. οὔτε γὰρ φωνὴν, οὔτε ἐσθῆτα, οὔτε τὸ ἔθνος ἐγίνωσκον, ἀλλ' ὀνθυμαλὲς ἔσθαι ὁκόθεν ἔλθοιεν. ἐδόκεον δὲ αὐτὰς εἶναι ἄνδρας τὴν αὐτὴν ἡλικίην ἔχοντας. μάχῃ τε δὴ πρὸς αὐτὰς ἐποιεῦντο· ἐκ δὲ τῆς μάχης νεκρῶν τῶν γυναικῶν ἐκράτησαν οἱ Σκύθαι, καὶ οὕτω ἐγνωσθη ἐοῦσαι γυναῖκες. βουλευομένοισι ὧν αὐτοῖσι ἔδοξε κτείνειν μηδὲ ἕνα ἔτι ἐπ' αὐτάς, ἐωυτῶν δὲ τοὺς νεωτάτους ἀποπέμψαι αὐτάς, πλῆθος ἐπικάσθησι τὰς ὅσαπερ ἐκεῖναι ἔσαν. τούτους δὲ στρατοπεδεύεσθαι πλησίον ἐκείνεων, καὶ ποιέειν τὰπερ ἂν καὶ ἐκεῖναι ποιέωσι. ἢν δὲ αὐτοῖς διώκωσι, μάχεσθαι μὲν μή, ἀναφεύγειν δὲ. ἐπεὰν δὲ παύσωνται, ἐλθόντας αὖτις πλησίον, στρατοπεδεύεσθαι. Ταῦτα ἐβουλεύσαντο οἱ Σκύθαι, βουλόμενοι ἐξ αὐτέων παῖδας ἐγγενήσεσθαι. Ἀποπεμφθέντες δὲ οἱ νεηνίσκοι, ἐποίεον τὰ ἐντεταλμένα· ἐπεὶ δὲ ἔμαθον αὖτις αἱ Ἀμαζόνες ἐπὶ σφέτερα δηλήσει ἀπιγμένους, ἐῶν χαίρειν. προσεχώρεον δὲ πλησιαίτερον τὸ στρατόπεδον ὡς στρατοπεδεύεσθαι ἐπ' ἡμέρῃ ἑκάστῃ. εἶχον δὲ οὐδὲν ὕβρι οἱ νεηνίσκοι, ὥσπερ αἱ Ἀμαζόνες, εἰ μὴ

1 Morbis matricis auxiliantur. *Ad verbum, Ad medelam matricum conferunt.* 2 Si *illæ* ipsos inuaderent, ne pugnarent, sed subterfugerent:

τὰ ὅπλα, καὶ τοὺς ἵππους· ἄλλα ζόην ἔζοον τὴν αὐτὴν ἐκείνῃσι, θηρεύοντές τε, καὶ λῃζόμενοι. Ἐποίεον δὲ αἱ Ἀμαζόνες ἐς τὸν μεσαμβρείην τοιόνδε· ἐξίνουσα ἀπὸ σφέων ἐς μίην τε καὶ δύο, πρόσω ἀπ' ἀλληλέων ἐς βυμαρείην ἀποσκιδνάμεναι. μαθόντες δὲ καὶ οἱ Σκύθαι, ἐποίευν τοῦτο τοῦτο· καί τις μοῦνος ἡσείων αὐτέων ἐνὶ ἐνεχείμωσε, καὶ ἡ Ἀμαζὼν οὐκ ἀπωθέετο, ἀλλὰ συνεῖδε χρήσασα. Καὶ φωνῆσαι μὲν οὐκ εἶχε, (οὐδὲ συνιέσθην ἀλλήλων) τῇ δὲ χειρὶ ἔφραζε ἐς τὴν ὑστεραίην ἐλθεῖν ἐς τοὔτο χωρίον, καὶ ἑτέρην ἄγειν· σημήνασα δύο γενέσθαι, καὶ αὐτὴ ἑτέρην ἄξειν. ὁ δὲ νεηνίσκος ἐπεὶ ἀπῆλθε, ἔλεξε ταῦτα πρὸς τοὺς λοιπούς. τῇ δὲ ὑστεραίῃ ἦλθε ἐς τὸ χωρίον αὖτίς τε ἔστη, καὶ ἑτέρην ἦγε· καὶ τὴν Ἀμαζόνα εὗρε δευτέρην αὖθις ὑπομένουσαν. Οἱ δὲ λοιποὶ νεηνίσκοι ὡς ἐπύθοντο ταῦτα, καὶ αὖθις ἐκηλώσαντο τὰς λοιπὰς τὰς Ἀμαζόνων. μετὰ δὲ, συμμίξαντες τὰ στρατόπεδα, οἴκεον ὁμοῦ, γυναῖκα ἔχων ἕκαστος ταύτην τὴν πρώτην συνεμίσγετο. τοῦ δὲ φωνοῦ τὴν μὲν τῶν γυναικῶν, οὐκ ἐδυνάατο μαθεῖν, τὸν δὲ τῶν ἀνδρῶν, αἱ γυναῖκες συνέλαβον. ἐπεὶ δὲ συνῆκαν ἀλλήλων, ἔλεξαν πρὸς τὰς Ἀμαζόνας τάδε οἱ ἄνδρες, Ἡμῖν εἰσὶ μὲν τοκέες, εἰσὶ δὲ κτήσις. νῦν ὦν μηκέτι πλεῦνα χρόνον ζόην τοιήνδε ἔχωμεν· ἀλλ' ἀπελθόντες ἐς τὸ πλῆθος, ἀγαπέσμεθα. γυναῖκας δὲ ἕξομεν ὑμέας, καὶ ὐδαμὰς σφέας. αἱ δὲ πρὸς ταῦτα ἔλεξαν τάδε, Ἡμεῖς οὐκ ἂν δυναίμεθα οἰκέειν μετὰ τῶν ὑμετέρων γυναικῶν. ἀγὼ τὰ αὐτὰ νόμαια ἡμῖν τε καὶ κείνῃσι οὐ γίνεται. ἡμεῖς μὲν τοξεύομέν τε καὶ ἀκοντίζομεν, καὶ ἱππαζόμεθα, ἔργα δὲ γυναικήια οὐκ ἐμάθομεν· αἱ δὲ ὑμέτεραι γυναῖκες, τούτων μὲν οὐδὲν τῶν ἡμεῖς καλεόμεθα ποιέουσι, ἔργα δὲ γυναικήια ἐργάζονται, μένουσαι ἐν τῇσι ἁμαξῃσι, οὔτε ἐπὶ θήρην ἰοῦσαι, οὔτε ἄλλῃ οὐδαμῇ· οὐκ ἂν ὦν δυναίμεθα κείνῃσι συμφέρεσθαι. ἀλλ' εἰ βούλεσθε γυναῖκας ἔχειν ἡμέας, καὶ δοκέειν εἶναι δικαιοι, ἐλθόντες πρὸς τοὺς τοκέας, ἀπολάχετε τῆς κτημάτων τὸ μέρος· καὶ ἔπειτα ἐλθόντες, οἰκέωμεν ἐπ' ἡμέων αὐτέων. Ἐπείθοντο καὶ ἐποίησαν ταῦτα οἱ νεηνίσκοι. ἐπεί τε δὲ ἀπολαχόντες τῆς κτημάτων τὸ ἐπιβάλλον, ἦλθον ὀπίσω πρὸς τὰς Ἀμαζόνας, ἔλεξαν αἱ γυναῖκες πρὸς αὐτοὺς τάδε, Ἡμέας ἔχει φόβος τε καὶ δέος ὅκως χρὴ οἰκέειν ἐν τῇδε τῇ χώρῃ· τοῦτο μὲν, ὑμέας ἀποστερησάσας πατέρων, τοῦτο δὲ, τὴν τε ὑμετέρην δηλησαμένας πολλά. ἀλλ' ἐπείτε ἀξιοῦτε ἡμέας γυναῖκας ἔχειν, τάδε ποιέετε ἅμα ἡμῖν,

arma & equos, & eandem vitam quam illæ viuebant, venando atque prædando. Circa meridiem Amazones solebant aut singulæ aut binæ separatim à reliquis ad ventrem leuandum longius vagari. ea re Scythæ cognita, & ipsi idē faciunt. quorum cuidam vna illarum, quæ soliuaga erat, propinqua quum fuisset, non se auertit, sed de colloquendo deliberabat: nec appellare poterat eum quocum non esset prius congressa, tamen manu significauit vt ad eundem locum postridie rediret, adducto secum altero, vt duo essent: se quoque alteram adducturam. Digressus ab ea adolescens hæc enarrat ceteris: posteroq; die socium secum ducens, ad locum præsto fuit, ac reperit [2] Amazonē expectantem sociam. Eius rei certiores facti reliqui adolescentes, & ipsi [3] seducunt ceteras. Post hæc commixtis castris pariter habitarunt: eam quisq; vxorem cum qua primum coierat, habētes. Earum vocem quum ipsi discere non possent, ipsorum illæ discebant. Et quū vtriq; inter se cōueniissent, viri ad Amazones ita dixerunt, Nobis parentes sunt pariter & facultates: proinde non agamus diutius hanc vitam, sed hinc digressi, in hominum frequentia degamus, vbi vos habebimus vxores, nequaquam alias. Ad hæc illæ respōderunt, Nos vero non possumus vestris cum feminis habitare, quibus non iidem qui nobis sunt mores. nos enim arcu tela excutimus, & iaculamur, & equitamus, muliebria opera non edoctæ: vestræ feminæ nihil eorum quæ recensuimus, sed opera muliebria factitant, desidentes in plaustris, non ad venationem atque alia huiusmodi prodeuntes. [4] proinde non possumus illis esse similes. Quod si vobis cordi est habere nos coniuges, & iusti videri vultis, ite ad parentes vestros, & facultatum sortiti partem, rursus redite, vt deinde semoti ab illis habitemus. Id approbantes adolescentes ita fecere, acceptaq; facultatum quæ ipsis contingebat portione, rursus ad Amazones redierunt. Ad quos illę, [5] Duplex, inquiunt, metus nos tenet in his locis habitādi: vnus quod nos parentibus vestris vos priuauimus: alter, quod terram vestram magnopere vastauimus. Sed quoniam dignamini nos habere vxores, hoc vna nobiscum agatis.

CXIII CXVI CXVII CXIX CXV

1 Quum autem quidam vni Amazoni seorsim à ceteris vaganti corpus iungeret, illa minime repulit, sed copiam sui fecit: manuque significauit, quum voce non posset (neque enim se mutuo intelligebant) vt ad eund. 2 Amazonem alteram ipsum expectantem. 3 In matrimonium sibi ceteras conciliarunt. 4 Proinde nobis conuenire non potest cum illis. 5 Duo sunt quæ ab incolendo hoc loco nos deterrent: vnum quod, &c. alterum, quod terr.

Agedum

Agedum proficiſcamur è regione hac, & Tanai tranſmiſſo illic habitemus.
CXVI Huic quoque rei obtemperauere adoleſcentes. Traiectoque Tanai, & à Tanai trium dierum orientem verſus, totidemque à Mæotide palude & aquilonem, itinere confecto, peruenerunt ad eum locum quem nunc incolunt, ibique ſubſederunt. Ideoque priſca conſuetudine viuendi feminæ Sauromatarum vtuntur. nam ad venationem vna cum viris ac ſine viris, equis inſidentes, & ad prælium proficiſcuntur, eandemq; quam viri ſtolam gerunt.
CXVII [1]Sauromatæ putantur lingua Scythica ſolœcizare, *id eſt, corrupte vti*, quod eam ab initio non probe didicerint Amazones. Quod ad coniugia pertinet, ita ab eis eſt inſtitutum: Nulla virgo nubit priuſquam aliquem hoſtium interemerit: ideoque nonnullæ earum decedunt iam vetulæ, antequã nubant, quod
CXIIX legi ſatisfacere nequeant. Ad harum igitur quas dixi gentium coactos reges nuncii Scytharum quum peruenisſent, certiores eos fecerunt, Perſam, vbi omnia quæ ſunt in interiore continente in ſuam ditionem redegit, faucibus Boſphori ponte iunctis, in citeriorem traiecisſe continentem: ſubactiſque illic Thracibus, fluuium Iſtrum ponte iunxiſſe, animo hæc omnia in ſuam redigendi poteſtatem. Proinde vos (inquiunt) nolite vllo pacto de medio cedere, ſinentes ad perniciem nos deuenire, ſed idem ſentientes, obuiam eamus inuadenti: quod niſi facitis, nos in vltimum diſcrimen adducti, aut regionem deſeremus, aut manentes deditionem faciemus. quid enim cladẽ ſubeamus, nolentibus vobis auxilio nobis eſſe? Quanquam non commodius agetur vobiſcum, aduerſus quos non minus venit Perſa, quam aduerſus nos: neque, nos ſubegiſſe contentus, à vobis abſtinebit. Cuius rei magnum hinc accipite documentum, quod ſi nobis ſolis inferret ille bellum, animo ſuperioris ſeruitutis vlciſcẽdæ, debebat à ceteris hominibus abſtinere, & ſic in noſtram tendere regionẽ, oſtendens omnibus ſe aduersũ alios ire: at nunc, vbi primum traiecit in hanc continentem, vt quiſque ſibi occurrit, pacat: ceteros, veluti Thraces & nobis confines Getas, ſuo ſubiectos imperio
CXIX habet. ¶ Hęc quũ Scythę denunciaſſẽt,

Φέρετε, ὀξυναξέωμεν ἐκ τῆς γῆς τῆσδε, ἐς φρήσαντες Τάναϊν ποταμὸν οἰκέωμεν. Ἑπείγοντο καὶ ταῦτα ποιέειν. Διαβάντες δὲ τὸν Τάναϊν, ὡδοιπόρεον πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, τρισὶν μὲν ἡμερέων ἀπὸ τοῦ Ταναΐδος ὁδὸν, τρισὶν δὲ ἀπὸ τῆς λίμνης τῆς Μαιήτιδος, πρὸς Βορέην ἄνεμον, ἀπικόμενοι δὲ ἐς τοῦτον τὸν χῶρον ἐν τῷ νῦν κατοίκηνται, οἴκησαν τοῦτον, καὶ διαίτῃ ἀπὸ τούτου χρέωνται τῇ παλαιῇ τῶν Σαυροματέων αἱ γυναῖκες, καὶ ἐπὶ θήρην ἐπὶ ἵππων ἐκφοιτῶσι ἅμα τοῖσι ἀνδράσι, καὶ χωρὶς ἢν μὴ παρθένος τῶν ἀνδρῶν· καὶ ἐς πόλεμον φοιτῶσι. καὶ τὸν αὐτὸν νόμον τοῖσι ἀνδράσι φορέουσι. Φωνὴν δὲ Σαυρομάται νομίζουσι Σκυθικὴν, σολοικίζοντες αὐτῇ ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου, ἐπεὶ οὐ χρηστῶς ἐξέμαθον αὐτὴν αἱ Ἀμαζόνες. Τὰ δὲ εἰς γάμον δὲ ὧδε σφι διαχέεται· οὐ γαμέεται παρθένος ἀνδρὶ, πρὶν ἂν τῶν πολεμίων ἄνδρα ἀποκτείνῃ. αἱ δέ τινες αὐτέων καὶ τελευτῶσι γηραιαὶ πρὶν γήμασθαι, οὐ δυνάμεναι τὸν νόμον ἐκπλῆσαι. Ἐπὶ τούτων ὦν τῶν καταλεχθέντων ἐθνέων τοὺς βασιλέας ἀγισμάτους ἀπικόμενοι τῶν Σκυθέων οἱ ἄγγελοι, ἔλεγον ἐκδιδάσκοντες ὡς ὁ Πέρσης, ἐπειδὴ τὰ ἐν τῇ ἠπείρῳ τῇ ἑτέρῃ πάντα κατέστρεψαι, ἐφύρησαν ζεύξας ἵππους τὸν ἀυχένα τὸν Βοσπόρου, διαβέβηκε ἐς τήνδε τὴν ἤπειρον. Διαβὰς δὲ, καὶ καταστρεψάμενος Θρήϊκας, ἐφύρησι ποταμὸν Ἴστρον, βουλόμενος καὶ τάδε πάντα ὑπ' ἑωυτῷ ποιήσασθαι, ὑμεῖς ὦν μηδενὶ τρόπῳ ἐκ τοῦ μέσου κατήμενοι, φεύγετε ἡμέας διαφθαρέντας· ἀλλὰ τῶνδε νομίσαντες, ἀντιάζομέν τε ὑμέας ἱκετηρίην ποιεύμενοι. οὐκων ποιήσετε ταῦτα; ἡμεῖς μὲν πιεζόμενοι, ἢ ἐκλείψομεν τὸν χῶρον, ἢ μένοντες, ὁμολογίῃ χρησόμεθα. Τί γὰρ πάθωμεν, μὴ βουλομένων ὑμέων ξυμφορέειν; ὑμῖν δὲ τάδε ἐν τούτῳ ἔσται ἐλαφρότερα. ἥκει γὰρ ὁ Πέρσης τάδε ἢν μὲν ἐπὶ ἡμέας ἢ καὶ ἐπὶ ὑμέας. τάδε δὲ καταχρήσει ἡμέας καταστρεψάμενος, ὑμέων ἀπέξεται. μέγα δὲ ὑμῖν λόγων τῶνδε μαρτύριον ἐρέομαι. Εἰ γὰρ ἐπ' ἡμέας μοῦνους ἐστρατηλάτεε ὁ Πέρσης, ὑπασθαι τῆς προτέρης δουλοσύνης βουλόμενος, χρεὼν ἦν πάντων τῶν ἄλλων ἀπεχόμενον, οὕτω ἰέναι ἐπὶ τὴν ἡμετέρην· καὶ σφι ἐδήλου πᾶσι ὡς ἐπὶ Σκύθας ἐλαύνει, καὶ οὐκ ἐπὶ τοὺς ἄλλους. νῦν δ' ἐπείτε τάχιστα διέβη τήνδε τὴν ἤπειρον, τοὺς αἰεὶ ἐμποδὼν γινομένους ἡμέων ὑπατᾶται πάντας· τοὺς τε δὴ ἄλλους ἔχει ὑπ' ἑωυτῷ Θρήϊκας, καὶ δὴ καὶ τοὺς ἡμῖν ἐόντας πλησιοχώρους Γέτας. Ταῦτα Σκυθέων ἐπαγγελλομένων,

1 Voce porro Scythica vtuntur Sauromatæ, iam inde à priſco tempore ea ſolœciſſantes, quod, &c. *Vel*, Vſitata eſt autem Sauromatis vox Scythica, ea ſolœciſſantibus iam inde à prima origine, quod eam, &c.

ἐβούλευοντο οἱ βασιλῆες ἀπὸ τῶν ἐθνέων ἥκοντες.
καὶ σφέων ἐγένηθησαν αἱ γνῶμαι· ὁ μὲν γὰρ Γελωνός, καὶ ὁ Βουδῖνος, καὶ ὁ Σαυρομάτης, τοῖσι τὰ αὐτὰ φρονέουσι, ἐπεδέκηντο Σκύθῃσι ἀμυνέειν· ὁ δὲ Ἀγάθυρσος, καὶ Νευρὸς, καὶ Ἀνδροφάγος, καὶ οἱ τῶν Μελαγχλαίνων καὶ Ταύρων, τάδε Σκύθῃσι ἀπεκρίναντο. Εἰ μὲν μὴ ὑμεῖς ἔκατε οἱ πρότερον ἀδικήσαντες Πέρσας, καὶ ἄρξαντες πολέμου, τούτων δεόμενοι τῶν νῦν δέεσθε, λέγειν τε ἂν ἐφαίνεσθε ἡμῖν ὀρθὰ, καὶ ἡμεῖς ἐπακούσαντες, τὠυτὸ ἂν ὑμῖν ἐπρήσσομεν. νῦν δὲ ὑμεῖς τε ἐς τὴν ἐκείνων ἐσβαλόντες γῆν, ἄνδρας ἡμέων, ἐπεκρατέετε Περσέων, ὅσον χρόνον ὑμῖν ὁ θεὸς ἐπέδιδου· καὶ ἐκεῖνοι, ἐπεί σφεας ὠυτὸς θεὸς ἐγείρει, τὠυτὸ ὁμοίως ὑμῖν ἀποδιδόασι. ἡμεῖς δὲ οὔτε τότε ἠδικήσαμεν τοὺς ἄνδρας τούτους οὐδέν, οὔτε νῦν πρότεροι πειρησόμεθα ἀδικέειν· ἢν μέν τοι ὀπίσω, καὶ ὅτι τὴν ἡμετέρην ἄρξηται ἀδικέων, καὶ ἡμεῖς ὑπεισόμεθα. μέχρι δὲ τούτου ἰδόντες, μενέομεν παρ' ἡμῖν αὐτοῖσι. οὐ γὰρ δοκέομεν ἐκ ἐπ' ἡμέας Πέρσας, ἀλλ' ὅτι τοὺς αἰτίους τῆς ἀδικίης ἐκτησόμενοι.

Ταῦτα ὡς ἀπενειχθέντα ἐπύθοντο οἱ Σκύθαι, ἐβουλεύοντο ἰθυμαχίῃ μὲν μηδεμίῃ ποιέεσθαι ἐκ τοῦ ἐμφανέος, ὅτι δὴ σφι οὗτοί γε σύμμαχοι οὐ προσεγένοντο· ὑπεξιόντες δὲ, καὶ ὑπεξελαύνοντες, τὰ φρέατα τὰ παρεξίοιεν ἀυλοὶ, καὶ τὰς κρήνας συγχώσαντες, τὴν ποίην τε ἐκ τῆς γῆς ἐκτείβειν, διχῇ σφέας διελόντες· καὶ τοὺς μὲν τὴν μίην τῶν μοιρέων τῆς ἐβασίλευε Σκώπασις, προσχωρέειν Σαυρομάτας. τέρεις μὲν δὴ ἐπάγειν, ἢν ὅτι τοῦτο τρέπηται ὁ Πέρσης, ἰθὺ Τανάιδος ποταμοῦ τε καὶ τὴν Μαιῆτιν λίμνην ὑποφεύγοντας· ἀπελαύνοντός τε τοῦ Πέρσεω, ὀπίσω διώκειν. αὕτη μὲν σφι μίη τῶν μοιρέων τῆς βασιληίης, τεταγμένη τὴν πρώτην ὁδὸν ἦρχε ἔρπειν. τὰς δὲ δύο τῶν βασιληίων, τήν τε μεγάλην, τῆς ἦρχε Ἰνδάθυρσος, καὶ τὴν τρίτην τῆς ἐβασίλευε Τάξακις, συνελθούσας ἐς τὠυτὸ, καὶ Γελωνούς τε καὶ Βουδίνων προσχωρεόντων, ἡμέρης καὶ τόπους ὁδῷ προσβάλλοντας τῶν Περσέων, ἐπεξάγειν, ὑπτιάσαντάς τε καὶ ποιεῦντας τὰ βεβουλευμένα. προσῆκε μὲν νυν ἐπάγειν σφέας ἰθὺ τῶν χωρέων τῶν ἀπειταμένων τὸ σφετέρου συμμαχίην, ἵνα καὶ φύσεις ἐκπολεμώσωσι· εἰ δὲ μὴ ἐθέλοντάς γε ἐπέδυσαν πόλεμον πρὸς Πέρσας, ἀλλ' ἀέκοντας ἐκπολεμῶσαι. μετὰ δὲ τοῦτο, ἐπιστρέφειν ἐς τὴν σφετέρην,

ii qui è nationibus venerant reges deliberabant, sed discordes eorum erant sententię.[1] Nam Geloni quidem & Budini & Sauromaræ concordi animo receperunt se Scythis auxilio futuros: Agathyrsus autem & Neurus & Androphagus & Taurorũ Melanchlænorumque reges ita Scythis responderunt, Si vos in iniuria facienda ac bello inferendo priores non fuissetis, recte videremini precari quæ precaminī: & nos vestris precibus morem gerentes, idem quod vos ageremus: nunc vos sine nobis illorum terram ingressi, imperitastis Persis, quoad deus vobis indulsit: illi itidem, quandoquidē eos idem deus in vos excitat, vicem vobis reddunt. At nos neq; tunc quicquam intulimus iniuriæ his viris, neque nunc quicquam conabimur priores inferre. Quod si hic nostram regionem inuaserit, & prior iniuriam fecerit, nos haudquaquam tolerabimus. id donec cernamus, apud nosmet ipsos manebimus. neque enim in nos venire Persæ videntur, sed in eos qui fuerunt autores iniuriæ. Scythæ, vbi hæc relata audiere, statuerunt nullam sibi pugnam recta atq; exaperto conferendā, quando ipsis isti ad societatem non accedebant. [2] Itaque digressi clam, ac lōgius progressi, puteos quos ipsi offendunt, ac fontes, obstruunt, bifariamq; diuisi herbam è regione atterunt. Et ad vnam è partibus, vbi regnabat Scopasis, iubent Sauromatas pergere, qui se subducerent, si eo Persa declinaret, fugientes recta ad flumē Tanain, secundum Mæotidem: iidem Persam abscedentem inuadendo persequerentur. Hęc erat vna pars regni ordinata ad hanc viam, quemadmodum dictum est. Reliquarum duarum vnam, cui imperabat rex Indathyrsus, quæ magna erat, & tertiam in qua regnabat Taxacis, in vnum coeuntes, accedentibus Gelonis atque Budinis, iubent hos vno die prægressos exercitum Persarum [3] seducere, hostem lacessendo, & ea quæ decreuissent exequendo: & ante omnia hostem seducere in agros illorum qui societatem ipsorum abnuissent, vt eos, si minus volentes bellū aduersus Persas susciperent, certe inuitos redderēt istis hostes. deinde in suam terrā reflectere,

1 Nam Gelonus quidem *rex* & Budinus & Sauromàta conc. 2 Sed se subducendo obstruendos sibi esse puteos & fontes quos in itinere offenderent, gramenq; è terra exterendum, *vel, eradendum*, & ex duabus partibus in quas seipsos diuisissent, ad vnam, vbi Scopasis regnabat, Sauromatas conferre se debere: sed subducere se, si illuc se conuerteret Persa, fugient. r. ad fl. T. s. M. quum autem Persa pedem referret, inuadere & persequi. 3 Subducere se, *vel, Paulatim aut clam progredi se subducendo. Sic & paulo post repone pro* Seducere,

& ten-

& tentare, siquid ipsis tentandum esse
XXI videretur ac liceret. Hæc vbi decreuere Scythæ, copiis Darii ex occulto occurrebant, præstantissimis equitum præcursoribus missis. Carros autem in quibus eorum filii vxoresq; omnes degunt, vna cum pecoribus,[1] præterquam ad victum sùppetentibus, præmiserant, dato suis mandato vt semper aquilonẽ
XXII versus tenderent. Hoc quum [2] præparassent Scythæ, eorum emissarii, posteaquam compererunt Persas ab Istro trium fere dierum & ante se vnius diei itinere abesse, positis castris, germina terræ vastant. Persæ, vbi Scytharũ equitatus in conspectum se dedit, eum insequi maturant, à via sese semper subducentem: & quum ad vnam partium ventum est, auroram versus & Tanain, Scythis tendentibus, & insequentibus Persis, Scythæ Tanain traiiciunt: eo & Persæ traiecto, illos insequuntur, donec peragrata Sauromatum plaga, perueniXIII unt in Budinicam. Ceterum quandiu Persæ fuerunt in Scythica ac Sauromatide regione, nihil ei detrimenti inferre potuerunt, vtpote vastæ: vbi vero Budinicã ingressi sunt, ibi nacti lignea mœnia à Budinis deserta, & omnibus rebus vacua, incenderunt. His actis, ipso itinere ire porro tendunt, dum eam regionem peruagati, in vastam solitudinem deueniunt. Hæc solitudo à nemine hominum colitur, posita supra Budinorum regionem, septem dierum itineris magnitudine: vltra quã Thyssagetæ incolunt, à quibus quatuor ingentes amnes per Mæoteos fluunt, & in paludem nomine Mæotin se insinuant: quibus hæc sunt indita nomina, Lycus, OXIV arus, Tanais, Syrges. Darius, vt ad solitudinem peruenit, cursu omisso copias super fluuium Oarum locauit. Post hæc, octo vrbes easque ingentes condidit, pari inter se spatio distantes, sexagenorum fere stadiorum, quarum ad meam vsque memoriam adhuc ruinæ extabant. Dum in his Darius occupatur, interim Scythę (quos ille insequebatur) circumitis locis superioribus, reuerterunt in Scythiam. Quibus è conspectu omnino semotis, nec se amplius exhibẽtibus, ita Darius vrbibus illic relictis dimidiatis, conuertit iter ad occasum, tatus & hos esse cunctos Scythas, & ad occasum fugere. Proinde cũ exercitu maturans ire in Scythiam, eo deuenit vbi in duas Scytharũ incidit partes.

χὴ ὑπαχρέειν, ἐὼν δὴ βαλβουμβύοισι δοκέη. Ταῦτα μὲν Σκύθαι βαλβουμβύοισι, ἐσωλυΐαζον τὴν Δαρείου στρατιήν, τοὺς ἱππέας ἀποστείλαντες τοὺς ἀρίστους. Τοὺς δὲ ἁμάξας ἐν τῇσι σφι ἅπαντα τὰ τέκνα τε καὶ αἱ γυναῖκες πᾶσαι ἦσαν καὶ τὰ βόσκετο πάντα, πλὴν ὅσα σφι ἐς φορβὴν ἐκέαται ἐῶν, τοῦτα ἀπολιπόμβυοι, τὰ δὴ ἅμα τῇσι ἁμάξῃσι προέπεμπον, ἐντέλλόμβυοι αἰεὶ τὸ πρὸς βορέω ἐλαύνειν. Ταῦτα μὲν δὴ προεκομίζοντο. τῶν δὲ Σκυθέων οἱ πρόδρομοι ὡς εἶδον τοὺς Πέρσας ὅσον τε τριῶν ἡμερέων ὁδὸν ἀπέχοντας ἀπὸ Ἴστρου, ὅτοι μὲν τοῦτους εὑρόντες ἡμέρης ὁδῷ προσέχοντας, ἐστρατοπεδεύοντο, τὰ ἐκ τῆς γῆς φυόμενα λεαίνοντες. οἱ δὲ Πέρσαι ὡς εἶδον ὑπιφαινομένην τῶν Σκυθέων τὴν ἵππον, ἐπῆισαν κατὰ σίβον αἰεὶ ἑωυτῶν ἐπειγόντων· καὶ ἔπειτα (πρὸς γὰρ τὴν μίνην τῶν μοιρέων ἐφύγασαν οἱ Πέρσαι) ἐδίωκον πρὸς νότου τε καὶ τὸ Τανάιδος. διαβάντων δὲ τούτων τὸν Τάναϊν ποταμὸν οἱ Πέρσαι ὑπερβάντες ἐδίωκον· ἐς δὲ τῶν Σαυροματέων τὴν χώρην διεξελθόντες, ἀπίκοντο ἐς τὴν τῶν Βουδίνων. Ὅσον μὲν δὴ χρόνον οἱ Πέρσαι ἦισαν διὰ τῆς Σκυθικῆς καὶ τῆς Σαυρομάτιδος χώρης, οὐδὲν ἦν σίνεσθαι, ἅτε τῆς χώρης ἐούσης χέρσου· ἐπεί τε δὲ ἐς τὴν τῶν Βουδίνων χώρην ἐσέβαλον, ἐνθαῦτα δὴ ἐντυχόντες τῷ ξυλίνῳ τείχεϊ, ἐκλελοιπότων τῶν Βουδίνων, καὶ κεκενωμένου τοῦ τείχεος πάντων, ἐνέπρησαν ἅπαν. τοῦτο δὲ ποιήσαντες, ἐπόντο αἰεὶ τὸ πρόσω κατὰ σίβον· ἐς ὃ διεξελθόντες ταύτην, ἐς τὴν ἔρημον ἀπίκοντο. ἡ δὲ ἔρημος αὕτη ἐστὶ ὑπὸ ἑπτὰ μὲν μεμετραμμένη ἀνδρῶν, κέεται δὲ ὑπὲρ τῆς Βουδίνων χώρης, ἐοῦσα πλῆθος ἑπτὰ ἡμερέων ὁδοῦ. ὑπὲρ δὲ τὴν ἔρημον Θυσσαγέται οἰκέουσι. ποταμοὶ δὲ ἐξ αὐτέων τέσσερες μεγάλοι ῥέοντες ἀπὸ Μαιητέων ἐκδιδοῦσι ἐς τὴν λίμνην τὴν καλεομένην Μαιῆτιν· τοῖσι οὐνόματα κέεται τάδε, Λύκος, Ὄαρος, Τάναϊς, Σύργις. Ἐπεὶ ὦν ὁ Δαρεῖος ἦλθε ἐς τὴν ἔρημον, παυσάμβυος τῆς ὁδοῦ, ἵδρυσε τὸν στρατὸν ἐπὶ ποταμῷ Ὄαρι. τοῦτο δὲ ποιήσας, ὀκτὼ τείχεα ἐτείχεε μεγάλα, ἴσον ἀπ' ἀλλήλων ἀπέχοντα, στάδιοις ὡς ἑξήκοντα μάλιστά κη τῶν ἔτι ἐς ἐμὲ ἐόντα ἐρείπια σώζων. ἐν ᾧ δὲ οὗτος ταῦτα ἐτεκταίνετο, οἱ διωκόμβυοι Σκύθαι διελθόντες τὰ κατύπερθε, ἐπαιτέφρεον ἐς τὴν Σκυθικήν. ἀφανισθέντων δὲ τούτων ἐπὶ πολλὸν, ὡς οὐκέτι ἐφαντάζοντο σφι, οὕτω δὴ ὁ Δαρεῖος τείχεα μὲν ἐκεῖνα ἡμίεργα μετῆκε· αὐτὸς δὲ ἐπισφρέψας ἐπὶ πρὸς ἑσπέρην· δοκέων τοὺς τε πάντας τοὺς Σκύθας εἶναι, καὶ πρὸς ἑσπέρην σφέας φεύγειν. ἐλαύνων δὲ τὴν ταχίστην τὸν στρατὸν, ἐς τὴν Σκυθικὴν ἀπίκετο· ἐς ὃ ἐνέκυρσε ἀμφοτέρῃσι τῇσι μοίρῃσι τῶν Σκυθέων.

1 Præterquam iis quæ ad victum satis esse possent, 2 Præmisissent

συντυχὼν δὲ, ἐδίωκε, ἐπὶ ἐκφέροντας ἡμέρης ὁδῷ, καὶ (οὐ γὰρ ἀνίεε ὀπίσω ὁ Δαρεῖος) ⓐ Σκύθαι κατὰ βεβουλευμένα ἐπέφευγον ἐς τὴν ἀπεὶ παμένων τὴν σφετέρῃ συμμαχίῃ. ἐσέβαλον δὲ ἐς τὴν Μελαγχλαίνων τὴν γῆν. ὡς δὲ ἐσβαλόντες τούτους ἐτάραξαν οἵ τε Σκύθαι καὶ ⓐ Πέρσαι, κατηγέοντο ⓐ Σκύθαι ἐς τὴν Ἀνδροφάγων τὴν χώρην. ταραχθέντων δὲ καὶ τούτων, ἐπῆλθον ὀπίσω τὴν Νευρίδα. ταραχθέντων δὲ καὶ τούτων, ἦισαν ἐπεφεύγοντες ⓐ Σκύθαι ἐς τὴν Ἀγαθύρσους. Ἀγάθυρσοι δὲ ὁρέοντες καὶ τὴν ὁμούρους φεύγοντας ὑπὸ Σκυθέων, καὶ τεταραγμένους, πρὶν ἢ σφι ἐμβαλεῖν τὴν Σκύθας, πέμψαντες κήρυκα, ἀπηγόρευον Σκύθῃσι μὴ ἐπιβαίνειν τὴν σφετέρων οὔρων· προλέγοντες ὡς εἰ πειρήσονται ἐσβαλόντες, σφίσι πρῶτα μαχήσονται. Ἀγάθυρσοι μὲν προείποντες ταῦτα, ἐβοήθεον ἐπὶ τοὺς οὔρεος, ἐπὶ νῶ ἔχοντες ἐρύκειν τοὺς ἐπιόντας. Μελάγχλαινοι δὲ καὶ Ἀνδροφάγοι καὶ Νευροὶ, ἐσβαλόντων τὴν Περσέων ἅμα Σκύθῃσι, οὔτε πρὸς ἡμέων ἐτράποντο· ἐπιλαθόμενοί τε τῆς ἀπειλῆς, ἔφευγον αἰεὶ ὃ πρὸς βορέω ἐς τὴν ἔρημον τεταραγμένοι. ⓐ δὲ Σκύθαι ἐς μὲν τοὺς Ἀγαθύρσους οὐκέτι ἀπείποντας ἀπικνέοντο· ⓐ δὲ ἐκ τῆς Νευρίδος χώρης ἐς τὴν σφετέρῃ κατηγέοντο τοῖσι Πέρσῃσι. Ὡς δὲ πολλὸν τοῦτο ἐλήλυθε, καὶ οὐκ ἐπαύετο, πέμψας Δαρεῖος ἵππεα πρὸς τὸν ⓐ Σκυθέων βασιλέα Ἰνδάθυρσον, ἔλεγε τάδε, Δαιμόνιε ἀνδρῶν, τί φεύγεις αἰεὶ, ἐξὸν σοι τὰ τῇδε τὰ ἕτερα ποιέειν; Εἰ μὲν γὰρ ἀξιόχρεως δοκέεις εἶναι στεωῦτ᾽ ἂν, τοῖσι ἐμοῖσι πρήγμασι σὺ δὲ μὴ, ἔφη, ἀλλὰ στῆθι, καὶ μάχεο· εἰ δὲ μή, καὶ οὕτω παυσάμενος τοῦ δρόμου, δεσπότῃ τῷ σῷ δῶρα φέρων γῆν τε καὶ ὕδωρ, ἐλθὲ ἐς λόγους. Πρὸς ταῦτα ὁ Σκυθέων βασιλεὺς Ἰνδάθυρσος ἔλεγε τάδε, Οὕτω τοι ἐμὸν ἔχει ὦ Πέρσα· ἐγὼ οὐδένα πω ἀνθρώπων δείσας ἔφυγον, οὔτε πρότερον, οὔτε νῦν σε φεύγω· οὐδὲν νεώτερον εἰμὶ ποιήσας νῦν ἢ καὶ ἐν εἰρήνῃ ἔωθα ποιέειν. ὅτι δὲ οὐκ αὐτίκα μάχομαί τοι, ἐγὼ καὶ τοῦτο σημανέω· ἡμῖν οὔτε ἄστεα, οὔτε γῆ πεφυτευμένη ἐστὶ, τῶν πέρι δείσαντες μὴ ἁλῶσι ἢ καρῇ, τάχιον συμμίσγοιμι ἂν ἐς μάχην ὑμῖν. Εἰ δὲ δέοι πάντως ἐς τοῦτο κατὰ τάχος ἀπικνέεσθαι, τυγχάνουσι ἡμῖν ἐόντες τάφοι πατρώιοι. φέρετε, τούτους ἀνευρόντες, συγχέειν πειρᾶσθε αὐτούς·

166

Hos nactus insequebatur vnius diei spatio, nunquã intermittens subterfugientes. Subterfugiebant autem de industria in terram eorum qui societatem ipsorum respuerant,& primum in Melãchlænorum. Quos quum perturbassent tam Persæ quam Scythæ,eorum terram ingressi Scythæ in loca Androphagorũ Persas adducunt. Perturbatis autem & Androphagis,hostem in Neuridem ducunt. Neuris quoque consternatis, tendunt subterfugiendo ire ad Agathyrsos. Sed Agathyrsi cernẽtes fugari finitimos à Scythis ac perturbari, priusquã à Scythis ager ipsorum inuaderetur,misso caduceatore, Scythis ingressum suorum finium prohibent, prædicentes,si conarentur inuadere agrum suum, cum eis primum se prœlium commissuros. Hoc interminati Agathyrsi, in fines procurrunt, animo arcendi ingredi volentes. At Melanchlæni & Androphagi & Neuri,inuadentibus Persis vna cũ Scythis, neque virium neq; minarum memores,sed timore perculsi,fugam capessunt aquilonem versus ac solitudinẽ. [1] Scythæ partim ad Agathyrsos, iam non recusantes societatem, se conferebant, partim è Neuride regione in suam Persis præibant. Id quum diu factitaretur,neque desisteretur,Darius ad Indathyrsum Scytharum regẽ misso equite,inquit,[2] Virorum dæmonie,*id est*, *beate*,quid assidue fugam facis,quum liceat tibi horum facere alterutrum? si tibi videris idoneus ad resistendum negociis meis, siste cursum,ac perstãs,mecum fac prœlium: sin agnoscis te imparem esse, sic quoque siste cursum, & hero tuo munera offerens terram atque aquam, in colloquium veni. Ad hæc Scytharum rex Indathyrsus ita respondit, Sic res meæ habent, ô Persa, vt neque vllum mortalium ego metuens ante fugerim, neque nunc fugiam te, neque quicquam faciam diuersum nunc atque in pace facere consueueram. [3] Quod autem non protinus tecum ineo prœlium, huius rei te certiorem faciam: Nobis neq; oppida sunt neq; agri culti,quos inuadi aut vastari metuentes, properemus vobiscum conferre pugnã. ad quam si opus est continuo deuenire, sunt paterna sepulcra, quæ vos quũ nacti fueritis,agedum tentare labefactare:

CXXIV

CXXV

CXXVI

CXXVII

CXXVIII

CXXIX

CXXX

---

1 At Scythæ non iam ad Agathyrsos(quippe qui *ingressu suæ regionis* interdixissent)tendebant,sed ex Neuride regione in suã Persis præibant. *Valla putauit ἀπίπαυτας esse pro ἀπεπαμένους συμμαχίῃ (vt paulo ante loquutus erat Herodotus) quum referatur ad ἀπικνέεσθαι præcedens paulo ante.* 2 *Budæus vertit*, O miserrime hominum. 3 Cur autem non protecum ineam prœlium,hoc quoque tibi declarabo:

& tunc intelligetis, pugnaturi vobiscum simus pro sepulcris, necne: prius autem (nisi nos ratio traxerit) tecum prœlium non conseremus. Hactenus, quod ad pacem pertinet, dictum sit. quod autem ad cetera, ego solos mihi heros arbitror Iouem progenitorem meum, [1] & solium Scytharum regium. Tibi autem pro terra & aqua, quæ dono poscis, mittam quę decet ad te venire dona: pro eo quod herum te meum esse dixisti, iubeo te flere. Hoc à Scythis responsum est: quod caduceator reuersus Dario renunciauit.

xxxviii Scytharum reges, audito nomine seruitutis, indignatione perfusi, partem illam quæ cum Sauromatis ordinata erat, cui præerat Scopasis, mittunt ad colloquendum cum Ionibus qui Istrum ponte iūctum asseruabant. ¶ [2] At Persæ non amplius sibi vagandum esse statuerunt, vt hospitibus, qui ipsorum commeatum eripiebant, insidias tenderent, distributis qui aduersus ereptores frumentariæ rei tussa exequerentur. Enimuero equitatus Scytharum semper in fugam vertebat equitatum Persarum, sed fugientes incidendo in peditatum, ab eo defensabantur. Ita Scythæ summoto equitatu hostili, tamen metu peditum abscedebant, & nihilominus noctibus quoque tales incursiones faciebant. [3] Aduersus quos quid Darianis auxilio fuerit referam: res in primis admirabilis, asinorum vox ac mulorum species. Nam (vt superius à me demonstratum est) nullus in terra Scythica neque asinus neque mulus gignitur, ac ne vllus quidem visitur, propter frigora. Itaque rudentes asini perturbabant Scytharum equos: & quum Scythæ sæpenumero Persas adorirentur, eorum equi exaudita asinorum voce, consternati auertebantur, arrectis auribus stupefacti, vtpote insolentia tum vocis quam prius non audissent, tum formæ quam nunquam inspexissent. Atque hoc quidem paululum quiddam momenti ad bellum afferebat.

xx Ceterum Scytæ vbi animaduerterunt Persas tumultuantes, quo diutius in Scythia illi commorarentur, [4] & commorantes ad omnium necessariarum rerum inopiam redigerentur, faciendum ita sibi putarunt, vt pecoribus suis vna cum pastoribus relictis, in alium ipsi abscederent locum. Persæ illuc se confe-

καὶ γνώσεσθε ὅτε εἴτε ὑμῖν μαχησόμεθα περὶ τῶν τάφων, εἴτε καὶ οὐ μαχησόμεθα. πρότερον δὲ ἐμοὶ μὴ ἡμέας λόγος ἀρῇ, οὐ συμμίξομέν τοι. ἀμφὶ μὲν μάχῃ τοσαῦτα εἰρήσθω. δεσπότας δὲ ἐμοὶ, Δία τε ἐγὼ νομίζω πρόγονον, καὶ Γῆν τὴν Σκυθέων βασίλειαν, μούνους εἶναι. σοὶ δὲ ἀντὶ μὲν δώρων γῆς τε καὶ ὕδατος, δῶρα πέμψω τοιαῦτα οἷά σοι πρέπει ἐλθεῖν· ἀντὶ δὲ τοῦ ὅτι δεσπότης ἔφησας εἶναι ἐμός, κλαίειν λέγω. τοῦτο ὅστι ἡ ἀπὸ Σκυθέων ῥῆσις. ὁ μὲν δὴ κήρυξ οἰχώκεε ἀγγελέων ταῦτα Δαρείῳ. Οἱ δὲ Σκυθέων βασιλῆες, ἀκούσαντες τῆς δουλοσύνης τὸ οὔνομα, ὀργῇ ἐπλήσθησαν. τῷ μὲν δὴ μετὰ Σαυροματέων μοίρῃ ταχθεῖσθαι, τῆς ἦρχε Σκώπασις, πέμπουσι, Γνώσι κελεύοντες ἐς λόγους ἀπικέσθαι τούτοισι οἳ τὸν Ἴστρον ἐζευγμένον ἐφυλάσσεον. αὐτῶν δὲ τοῖσι ὑπολειπομένοισι ἔδοξε πλανᾶν μὲν μηκέτι Πέρσας, σῖτα δὲ ἑκάστοτε αἰρεομένοισι ἐπιτίθεσθαι. νομίσαντες ὦν σῖτα αἱρεομένους τοὺς Δαρείου, ἐποίευν τὰ βουλόμενα. ἡ μὲν δὴ ἵππος τῷ ἵππῳ ἀεὶ τρέπεσκε ἡ τῶν Σκυθέων· οἱ δὲ τῶν Περσέων ἱππόται φεύγοντες ἐσέπιπτον πεζόν. ὁ δὲ πεζὸς ἀεὶ ἐπεκούρεε. οἱ δὲ Σκύθαι ἐσαράξαντες τῷ ἵππῳ, ὑπέστρεφον, πεζὸν φοβεόμενοι. ἐποίεον δὲ καὶ τὰς νύκτας παραπλησίας τοῖσι ταύτας περιβολάς οἱ Σκύθαι. Τὸ δὲ τοῖσι Πέρσῃσί τε ἐγὼ σύμμαχον καὶ τοῖσι Σκύθῃσι ἀντίξοον, ὑπερθωμάζοιμι τῶν Δαρείου στρατοπέδῳ, θῶυμα μέγιστον ἐρέω· τῶν τε ὄνων ἡ φωνὴ, καὶ τῶν ἡμιόνων τὸ εἶδος. οὔτε γὰρ ὄνον οὔτε ἡμίονον γῆ ἡ Σκυθικὴ φέρει, ὡς καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται· ὧδε δὲ ἔχει ἐν τῇ Σκυθικῇ πάσῃ χώρῃ τοῦ θέρεος οὔτε ὄνος, οὔτε ἡμίονος, διὰ τὰ ψύχεα. ὑβρίζοντες ὦν οἱ ὄνοι ἐτάρασσον τοὺς ἵππους τῶν Σκυθέων· πολλάκις δὲ ἐπελαυνόντων ὅτε τοὺς Πέρσας, μεταξὺ ὄκως ἀκούσειαν οἱ ἵπποι τῶν ὄνων τῆς φωνῆς, ἐταράσσοντό τε ὑποτρεφόμενοι, καὶ ἐν θωύματι ἔσχον, ὀρθὰ ἱστάντες τὰ ὦτα· ἅτε οὔτε ἀκούσαντες πρότερον φωνῆς τοιαύτης, οὔτε ἰδόντες τὸ εἶδος. ταῦτα μὲν νυν ὅτι σμικρὸν ὠφέλησε τὸν πόλεμον. Οἱ δὲ Σκύθαι ὄκως τοὺς Πέρσας ἴδοιεν τεθορυβημένους, ἵνα τῷ θαμβοῦντί τε ὅτι πλέω χρόνον ἐν τῇ Σκυθικῇ, καὶ παραμένοντας αὐτῶν, τῶν πρώτων ὅτι δεήσει ἐόντες, ἐποίευν τοιόνδε· ὄκως τῶν ἑωυτῶν τῶν σφετέρων αὐτῶν καταλίποιεν μετὰ τῶν νομέων, αὐτοὶ αὖ ὑπεξήλαυνον ἐς ἄλλον χῶρον· οἱ δὲ αὖ Πέρσαι ἐπελ-

1 Et Vestam Scytharum reginam. *Fortasse tamen & aliam interpretationem verba Græca admittunt.* 2 At Scythæ qui ibi relinquebantur, *vel, remanebant*, non amplius censuerunt Persas cogendos esse vagari, sed adoriendos esse quoties cibum sumerent. Obseruantes igitur tempus quo ab illis cibus sumebatur, faciebant quod statuerant. Enimuero &c. 3 Verum quod Persis auxiliabatur, Scythis vero aduersabatur, Darii exercitum inuadentibus, id referam, maximum miraculum. *Nimirum id faciebat* asinorum vox & mulorum species. 4 Et commorantes angerentur ob rerum omnium penuriam,

ϑόντες ἐλάβεσχον τὰ θέβατα, καὶ λαβόντες, ἐπῃ-
ρεσντο αὖ τῷ πεποιημένῳ. Πολλάκις ὦ τοιοῦτο γι-
νομένων, τέλος Δαρεῖός τε ἐν ἀπορίῃσι εἶχε, καὶ οἱ
Σκυθέων βασιλῆες μαθόντες τοῦτο, ἔπεμπον κήρυκα
δῶρα Δαρείῳ φέροντα, ὄρνιθά τε καὶ μῦν καὶ βάτρα-
167 χον καὶ οἰστοὺς πέντε. Πέρσαι δὲ τὰ φερόντα τὰ δῶρα
ἐπειρώτεον τὸν νόον τὸν διδομένων. ὁ δὲ σφέων ἔφη οἱ ἐπε-
στάλθαι μοῦνο ἢ δόντα τὰ τάχιστα ἀπαλλάσσεσθαι· αὐ-
τοὺς δὲ τοὺς Πέρσας ἐκέλευε, εἰ σοφοί εἰσι, γνώμην τοῦ
δώρου τὰ δῶρα λέγειν. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ Πέρ-
σαι, ἐβουλεύοντο. Δαρείου μὲν νυν ἡ γνώμη ἦεν, Σκύ-
θας ἑωυτῷ διδόναι σφέας τε αὐτοὺς, καὶ γῆν τε καὶ ὕδωρ·
εἰκάζοντος τῆδε, ὡς μῦς μὲν ἐν τῇ γῇ γίνεται, καρπὸν,
τὸν αὐτὸν ἀνθρώπῳ σιτεόμενος· βάτραχος δὲ, ἐν ὕ-
δατι· ὄρνις δὲ μάλιστα ἔοικε ἵππῳ· τοῦτο δὲ οἰστούς, ὡς τὴν
ἑωυτῶν ἀλκὴν παραδιδοῦσι. αὕτη μὲν Δαρείῳ ἡ
γνώμη ἀπεδέδεκτο. σὺν δὲ ἧκε καὶ ταύτῃ ἡ γνώμη
Γοβρύεω, τῶν ἑπτὰ ἑνὸς τοὺ μάγον κατ-
» ελόντων, εἰκάζοντος τὰ δῶρα λέγειν, Ἢν μὴ ὄρνιθες
» γενόμενοι ἀναπτῆσθε εἰς οὐρανὸν ὦ Πέρσαι, ἢ μῦες
» γενόμενοι, κατὰ τῆς γῆς καταδύητε, ἢ βάτραχοι γενόμε-
» νοι, ἐς τὰς λίμνας ἐκπηδήσητε, ὅκου ἄπονος ἦσθε ὀ-
πίσω, ὑπὸ τῶνδε τῶν τοξευμάτων βαλλόμενοι. Πέρ-
σαι μὲν δὴ ὧδε τὰ δῶρα εἰκάζον. Ἡ δὲ Σκυθέων
μία μοῖρα ἦν τὰ χθαμαλὰ πρότερον μὲν οὐδὰ τῶν Μαι-
ῆτιν λίμνην φρασθέν, ὅτε δὲ ὅτι τὸ Ἴστρον Ἴωσι ἐς λό-
γους ἐλθόν, ὡς ἀπίκετο ὅτι τὸ γέφυραν, ἔλεγε τάδε,
» Ἄνδρες Ἴωνες, ἐλευθερείην ὑμῖν ἥκομεν φέροντες,
» ἢν γε ἐθέλητε ἐσακούειν. πυνθανόμεθα γὰρ Δα-
» ρεῖον ἐντεῖλασθαι ὑμῖν, ἑξήκοντα ἡμέρας μούνας
» φυλάξαντας τὴν γέφυραν, αὐτὸν μὴ παραγενομέ-
» νου ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἀπαλλάσσεσθαι ἐς τὴν ὑ-
» μετέρην. νῦν ὦν ὑμεῖς τάδε ποιεῦντες, ἐκτὸς μὲν ἐ-
» στε θεὸς ἐκείνῳ αἰτίης, ἐκτὸς δὲ θεὸς ἡμέων·
» τὰς προκειμένας ἡμέρας παραμείναντες, τότε ἀπὸ
τούτου ἀπαλλάσσεσθε. οὗτοι μέν νυν, ὑποδεξαμέ-
νων Ἰώνων ποιήσειν ταῦτα, ὀπίσω τὴν τάχιστα ἐπείρων.
Πέρσῃσι δὲ μετὰ τὰ δῶρα τὰ ἐλθόντα
Δαρείῳ, αὐτεπάχθησαν οἱ ὑπολειφθέντες Σκύ-
θαι πεζῷ καὶ ἵπποισι, ὡς συμβαλέοντες. τε-
ταγμένοισι δὲ τοῖσι Σκύθῃσι λαγὸς ἐς τὸ μέσον δι-
ήλατο· τῶν δὲ, ὡς ἕκαστοι οὖρεον τὸν λαγὸν, ἐδίωκον.
Ταραχθέντων δὲ τῶν Σκυθέων, καὶ βοῇ χρεωμέ-
νων, ἤρετο ὁ Δαρεῖος τὸν αὐτιπολεμίων τὸν θόρυ-
βον. πυθόμενος δὲ σφέας τὸν λαγὸν διώκοντας, εἶπε
» πρὸς τοὺς περὶ ἑωυτὸν καὶ τάδε λέγειν, Οὗτοι
» οἱ ἄνδρες ἡμέων πολλὸν καταφρονέουσι. καί μοι νῦν

rentes, excipiebant pecora. Quo fa- CXXII
cto quum sæpius idem tentarent, ad vl-
timum Darius inopia rerum laborauit.
Id reges Scytharum intelligentes, mit-
tunt ad eum cum muneribus caduceatorem, aue, mure, rana, & quinque sagittis. Persæ, eum qui munera ferebat, percontabantur quid illa significarent. Ille negare sibi aliud esse mandatum nisi vt quum illa tradidisset, celerrimè rediret. iubere tamen ipsos Persas, si solertes forent, interpretari quid sibi dona vellent. Hoc quum audissent Persæ, consulta- CXXIII
bant. Et Darii quidem sententia erat, Scythas seipsos ei donare, & terram atque aquam: hac ratione coniectans, quod mus quidem in terra gignatur, & eodem quo homines fructu victitet, rana autem in aquis nascatur, auis vero sit equo assimilis: at sagittis dandis, quod [1] seipsos tradere viderentur. In hanc sententiam Darius interpretabatur. At Gobryas vnus è septem qui magos sustulerunt, hoc dicere dona coniectabat, O Persæ, nisi effecti vt aues, subuoletis in cælum, aut effecti vt mures, subeatis terram, aut effecti vt ranæ, insiliatis in paludes, non remeabitis vnde venitis, his sagittis confecti. Et Persæ quidem illa munera sic interpretabantur. At vna pars Scytharum cui datum CXXIV
ante erat negocium Mæotidis paludis custodiendæ, tunc autem cum Ionibus qui ad Istrum erant colloquendi, vbi ad pontem venit, ita verba fecit, Virilones, libertatem vobis afferentes venimus, si modo nos exaudire volueritis. Accepimus enim, Darium vobis præcepisse vt ad sexaginta duntaxat dies custodiam pontis ageretis, &, si intra id tempus ipse non afforet, domum abiretis. [2] Itaq; si id feceritis, & apud illum & apud nos culpam deuitaueritis. proinde quū ad præstitutam diem permanseritis, iam abscedite. Hæc se facturos recipientibus Ionibus, Scythæ [3] raptim retro abiere. At ceteri Scythæ, post missa Dario do- CXXV
na, cum peditatu ac equitatu aduersus Persas in acie instructi steterunt tanquam conflicturi. quum interim lepus in medium prosiliit, quem vt quisque vidit, insequebatur. Perturbatis Scythis ac vociferantibus, sciscitabatur Darius vnde hostium tumultus existeret: & quū audisset illos leporem insectari, inquit ad eos Persas cum quibus cetera colloqui consueuerat, Hi viri videntur mihi magno nos habere contemptui, & nunc

1 Suam potentiam 2 Itaque si hoc feceritis, culpa & apud illum & apud nos vacabitis: *nimirum vt* quum ad præfinitum diem permanseritis, iam abscedatis. 3 Primo quoque tempore redierunt.

Gobryas

Gobryas recte dixisse de Scythicis donis. Quo magis, quum mihi quoq; ipsi res ita se habere videantur, bono consilio est opus, vt tutus nobis eo vnde venimus sit receptus. Ad hæc Gobryas, Equidem, inquit, ô rex, horum ego virorum inopiã videbar mihi fere fama habere cognitam, sed vbi aduenj, euidentius intellexi, animaduertens eos habere nos ludibrio. Proinde mihi videtur, quum primum nox aduenerit,[1] incensis è more ignibus, & aliis quæ consueuerunt fieri, actis, imbecillissimis quibusq; militum ad hostem fallendum relictis, asinisque omnibus alligatis, abeundum, priusquam ad Istrum recta pergant Scythæ ad pontem soluendum, [2] aut Ionibus soluere lubeat: quod nobis factu facile erit. Hoc Gobryas consilium dabat. Cui assentiens Darius, vbi nox adfuit, reliquit in castris [3] viros languore præditos, & eos quorum amissio minimi facienda esset, necnon omnes asinos *alligatos*: asinos quidem, vt vocem ederent: [4] infirmos autem homines, hoc titulo, vt dum ipse cum flore copiarum adoriretur hostem, isti interea castra tutarentur. Hæc persuadens iis qui relinquebantur Darius, accensis ignibus quammaturrime ad Istrum contendit.[5] Asini, quod multitudine destituti essent, eo magis rudere. quos audientes Scythæ, credere omnino Persas in eisdem permanere castris. Verum vbi illuxit, ii qui relicti erant, cognito se proditos esse à Dario,[6] manus extendere ad Scythas, & quę contigerant referre. His illi auditis, repente retractis duabus Scytharum partibus, & vna Sauromatarum, cum Budinisque ac Gelonis, Persas recta ad Istrum via persequuntur, vtpote plerosque pedites & itinera nescientes, ea præsertim quæ diuortia habebant: ipsi equites & compendia viarum scientes. Sed quum vtrique ab alteris aberrarent, multo priores ad pontem Scythæ peruenere quam Persæ. Ibi cognito se præuertisse Persas, ita ad Ionas qui in nauibus erant verba fecerunt, Viri Iones, quum dierum numerus iam pertransierit, iniurii estis qui adhuc permaneatis: sed quoniam hactenus præ timore permansistis, nunc

Φάνεται Γοβρύης εἶπας πρὸς τὸ Σκυθικὸν δῶρον ὀρ- "
θῶς· ὡς ὧν ὅτως ἤδη δοκεόντων ἐς αὐτὰ μοι ἔχειν, βέ- "
λτης ἀγαθῆς δεῖ, ὅκως ἀσφαλέως ἡ χρηιδὴ ἡμῖν ἔ- "
σαι" ὀπίσω. πρὸς ταῦτα Γοβρύης εἶπε, Ω βασι- π. τῶν ι. μίσα
λεῦ, ἐγὼ μὲν καὶ λόγῳ ἠπιστάμην τάδε τῶν ἀν- "
δρῶν τὸ ἀπειρίῃ ἐλθὼν ἧσσον δέ μαθον, ὁρέων "
αὐτοὺς ἐμπαίζοντας ἡμῖν. νεῦ ὦν μοι δοκέει, ἐπεὰν τά- "
χιστα νὺξ ἐπέλθῃ, ἀνακαύσαντας τὰ πυρὰ (ὡς καὶ δή- "
λο τε ἐὼν ἁμὶν ποιέειν) τὸ πλεῖστον τοῦ ἀσθενεστά- "
των ἐς τὰς ταλαιπωρίας ἐξαπατήσαντας, καὶ τοῦτο ὀ- "
νους πρώτους καταδήσαντας, ἀπαλλάσσεσθαι πρὶν ἢ καὶ "
ὅδε Ἴστρον ἰθύσας Σκύθας λύσοντας τὸ γέφυρον "
ἢ καὶ Ἴωσι δόξαι, ὃ ἡμέας οἷόν τε ἔστι ἐξεργάσασθαι. "

Γοβρύης μὲν ταῦτα συνεβούλευε. μετὰ δέ, νύξ τε ἐ-
γένετο, καὶ Δαρεῖος ἐχρᾶτο τῇ γνώμῃ ταύτῃ. τοῦτο μὲν
καματηρούς τε ἀνδρῶν, καὶ τὸ ἰῶν ἐλάχιστος ἀπολυ-
μένων λόγος, καὶ τοῦτο ὄνους πρώτους καταδήσας, κατέ-
λιπε αὐτοῦ ἐν τῷ στρατοπέδῳ· κατέλιπε δὲ τούς τε ὀ-
νους καὶ τοῦ ἀσθενέας τὸ στρατιῆς, τὸ δὲ εἵνεκα ἵνα μὴ
ὄνοι βοιὴν παρέχων. οἱ δὲ ἄνδρες ἀσθενείης μὲν
εἵνεκα κατελίποντο, ὡς εὐφάσιος δὲ τὸ δηλαδὴ αὐ-
τοὺς μὲν σιὼ τῷ καθαρῷ τὸ στρατοῦ ἔτι θήσεσθαι μέλ-
λοι τοῖσι Σκύθῃσι, ὅτοι δὲ ὃ στρατοπέδου τάξιν τὸ χρό-
νον ῥυόλατο. ταῦτα τοῖσι κατολιπομένοισι ὑποθέμενος
ὁ Δαρεῖος, καὶ πυρὰ ἀνακαύσας, τὸ ταχίστιον ἐπείγετο
ἔτι τὸ Ἴστρον. οἱ δὲ ὄνοι ἐρημωθέντες τὸ ὁμίλου, ἔτω μᾶ-
λλον πολλῷ ἔσαν τῆς φωνῆς. ἀκούσαντες δὲ οἱ 165
Σκύθαι τοὺς ὄνων, πάνυ κατὰ χώρην ἤλπιζον τοῦ Πέρ-
σας εἶναι. ἡμέρης δὲ γενομένης γνόντες οἱ κατολι-
φθέντες ὡς προδεδομένοι εἶεν ὑπὸ Δαρείου, χαλεπόν τε
τοῦτο ἔτεινον τοῖσι Σκύθῃσι, καὶ ἔλεγον τὰ κατήκοντα.
οἱ δὲ ὡς ἤκουσαν ταῦτα, τὸ ταχίστιον συλλεγέντες,
οἵ τε δύο μοῖραι τῶν Σκυθέων, καὶ ἡ μία, Σαυρομά-
ται καὶ Βουδῖνοι καὶ Γελωνοί, ἐδίωκον τοῦ Πέρσας ἰθὺ
τοῦ Ἴστρου. ἅτε δὲ τοῦ Περσικοῦ μὲν τοῦ πολλοῦ ἐόντος
πεζοῦ στρατοῦ, καὶ τὰς ὁδοὺς οὐκ ἐπισταμένου, ὥστε δὲ τε-
τμημένων τῶν ὁδῶν, τοῦ δὲ Σκυθικοῦ, ἱππότεω, καὶ τὰ
σιώπομα τὰς ὁδοὺς ἐπισταμένου, ἁμαρτόντες ἀλλήλων,
ἔφθησαν πολλῷ οἱ Σκύθαι τοὺς Πέρσας ἐπὶ τὸ γέφυ-
ρον ἀπιγμένοι. μαθόντες δὲ τοὺς Πέρσας οὔκω ἀπι-
γμένους, ἔλεγον πρὸς τοὺς Ἴωνας ἐόντας ἐν τῇσι νευ-
σί, Ἄνδρες Ἴωνες, αἵ τε ἡμέραι ὑμῖν τὸ ἀριθμοῦ "
διήκωνται, καὶ οὐ ποιέετε δίκαια ἔτι φυλάσσοντες. "
ἀλλ' ἐπεὶ πρότερον δειμαίνοντες ἐμείνετε, νεῦν "

1 Accensis ignibus, vt & alias facere consueuimus, & imbecill. 2 Aut Iones aliquid in nos moliantur quod efficere illis non difficile futurum sit. 3 *Eadem est vox pro qua reddidit paulo ante* Imbecillissimis quibusq; *nisi quod hic est positiuus gradus, quum ibi esset superlatiuus.* 4 Homines vero propter imbecillitatem quidem relinquebantur, sed hoc tamen prætextu, vt dum ipse cum fl. cop. 5 Asini à cœtu segregati. 6 Manus ad Scythas tendere, & iis quibus decebat verbis apud eos vti. Quibus illi auditis, in vnum agmen conglobatæ tum illæ duæ Scytharum partes, tum illa Sauromatum vna, necnon Budini & Geloni, Persas recta ad Istr. via persequuntur. Sed quum Persarum exercitus magna ex parte pedites haberet, viasque ignoraret, vtpote *in certa diuerticula, vel in certa itinerum diuortia* non sectas: at Scythicus equitibus constaret, & iis quidem itinerum compendia scientibus, quum vtrique ab alt. aberr.

» λύσαντες ⓦ πόρον, τῷ ταχίστῳ ἅπιτε χαίροντες ἐλεύθεροι, θεοῖσί τε καὶ Σκύθῃσι εὐδότες χάριν.
» ⓦ δὲ πρότερον ἐόντα ὑμέων δεσπότεω ἡμεῖς παρεξησόμεθα οὕτω, ὥστε ὅτι μηδαμοῖσι ἔτι ἀνθρώποις ἀνδρῶν στρατεύσασθαι. Πρὸς ταῦτα ⓐ Ἴωνες ἐβουλεύοντο· Μιλτιάδεω μὲν τοῦ Ἀθηναίου στρατηγέοντος, καὶ τυραννεύοντος Χερσονησιωτέων τῶν ἐν Ἑλλησπόντῳ, ἐωῦ γνώμη πείθεσθαι Σκύθησι, καὶ ἐλευθεροῦν Ἴωνίην· Ἱστιαίου δὲ τοῦ Μιλησίου ἀντίη ταύτῃ, λέγοντος ὡς νῦν μὲν ἕκαστος αὐτέων τυραννεύει πόλιος, τῆς Δαρείου δὲ δυνάμεως καταρρεθείσης, οὔτε αὐτὸς Μιλησίων οἷός τε ἔσται ἄρχειν, οὔτε ἄλλον οὐδένα οὐδαμοῦ. βουλήσεσθαι γὰρ ἑκάστην τῶν πολίων δημοκρατέεσθαι μᾶλλον ἢ τυραννεύεσθαι. Ἱστιαίου δὲ γνώμην ταύτην ἀποδεικνυμένου, αὐτίκα πάντες ἦσαν τετραμμένοι πρὸς ταύτην τὴν γνώμην, πρότερον τῇ Μιλτιάδεω ἀρεσάμενοι. Ἦσαν δὲ οὗτοι ⓐ ἀπὸ Ἑλλησπόντου ἀφέσεως τε τῆς ἔφον, καὶ ἐόντες λόγου πρὸς βασιλῆος, Ἑλλησποντίων μὲν τύραννοι, Δάφνις τε Ἀβυδηνὸς, καὶ Ἱππόκλος Λαμψακηνὸς, καὶ Ἡρόφαντος Παριηνὸς, καὶ Μητρόδωρος Προκοννήσιος, καὶ Ἀρισταγόρης Κυζικηνὸς, καὶ Ἀρίστων Βυζάντιος. οὗτοι μὲν ἦσαν ⓐ ἐκ Ἑλλησπόντου. ἀπὸ Ἰωνίης δὲ, Στρατίης τε Χῖος, καὶ Αἰακίδης Σάμιος, καὶ Λαοδάμας Φωκαεὺς, καὶ Ἱστιαῖος Μιλήσιος· τοῦ ἐὼν γνώμη προκειμένη ἀντίη τῇ Μιλτιάδεω. Αἰολέων δὲ παρῆν λόγιμος μούνος Ἀρισταγόρης ὁ Κυμαῖος. Οὗτοι ὦν ἐπεί τε τῷ Ἱστιαίου ἀρέοντο γνώμῃ, ἔδοξέ σφι προσθέσθαι ταύτῃ τάδε ἔργα τε ἕπεα προσθεῖναι· τῆς μὲν γεφύρης λύειν τὰ ἐπὶ τοῦ Σκύθας ἐόντα, λύειν δὲ ὅσον τὸ ἔρυμα ἐξικνέεται· ἵνα καὶ ποιέειν τι δοκέωσι, ποιεῦντες μηδέν· καὶ ⓐ Σκύθαι μὴ πειρῶντο βιώμενοι, καὶ βουλόμενοι ἀμείψασθαι ⓦ Ἴστρον ἐπὶ τῷ γέφυραν. Εἰπεῖν τε λύοντας τῆς γεφύρης τὸ ἐς τὸν Σκυθικὸν ἔχον, ὡς πρήσσοντα ποιήσουσι τὰ Σκύθῃσι ὅστι ἂν ἡδονὴ. Ταῦτα μὲν προσέθηκαν τῇ γνώμῃ. μετὰ δὲ, ἐκ πάντων ἐπὶ τωυτὸ ἐκείνα τῷ Ἱστιαίου, τάδε λέγων, Ἄνδρες Σκύθαι, χρηστὰ ἤν δέκεσθε φέροντες, καὶ ἐς καιρὸν ἐπείγεσθε. καὶ τά τε ἀπ' ὑμέων ἡμῖν χρηστῶς ὁδοῦται, καὶ τὰ ἀπ' ἡμέων ἐς ὑμέας ὀπίσω ἐπιτηδέως ὑπηρετέεται. ὡς γὰρ ὁρᾶτε, καὶ λύομεν ⓦ πόρον, καὶ προθυμίῃ πᾶσαν ἐξόμεθα, θέλοντες εἶναι ἐλεύθεροι. ἐν ᾧ δὲ ἡμέες τάδε λύομεν, ὑμέας

soluite quamcelerrime traiectum, atque abite sospites liberique, diis pariter ac Scythis gratiam habentes. Nam eum qui antea dominus vester erat, ita tractabimus vt aduersus nullum mortalium sit facturus expeditionem. De Cxxxvi hac re consultantibus Ionibus, Miltiadis quidem Athenienſium ducis & Chersonenſium (qui sunt in Hellesponto) tyranni sententia erat, Scythis obtemperandum esse, & Ioniam seruitute liberandam. At Histiæi Milesii diuersa, quod diceret nunc quidem eos suæ quemque vrbis tyrannos esse ob Dariũ: potentia vero Darii sublata, neque se Milesiis, neque alium quemquam vsquam præesse posse. Fore enim vt singulæ ciuitates popularem statum quam tyrannicum mallent. Hanc sententiam quum dixisset Histiæus, omnes confestim qui Miltiadi assensi fuerant: in eam transierunt. Fuere autem qui disceptaCxxxvii uerunt, duntaxat alicuius apud regem existimationis, Hellespontinorum quidem tyranni, Daphnis Abydenus, & Hippoclus Lampsacenus, & Erophantus Parienus, & Metrodorus Proconnesius, & Aristagoras Cyzicenus; & Ariston Byzantius: & isti quidem ex Hellesponto. Ab Ionia autem, Stratias Chius, & Æacides Samius, & Laodamas Phocensis, & Histiæus Milesius: cuius sententia prælata est sententiæ Miltiadis. Ælum vero vnus affuit qui esset alicuius authoritatis, Aristagoras CyCxxxviii mæus. Hi, posteaquam Histiæi probauere sententiam, hoc sibi præterea agendum dicendumque censuerunt, vt pontem [1] quidem ab vlteriore ripa eatenus soluerent vt extra sagittæ iactum essent, ne nihil facere viderentur, quum tamen nihil facerent, neve Scythæ vim afferre tentarent, & Istrum ponte transire, [2] sed soluentes illinc pontem, quasi omnia ad votum Scytharum facerent. Hoc sententiæ Histiæi addendum quum decreuissent, ita pro vniuersis ad Scythas Histiæus verba fecit, Viri Scythæ, iucundam nobis rem attulistis, & opportune instatis: atque vt vos nobis probe viam ostendistis, ita nos vobis obsequenter obtemperabimus. Vt enim cernitis, traiectum rescindimus, adhibituri omnem diligentiam, cupiditate assequendæ libertatis. Ceterum dum nos hæc dissoluimus,

1 Pontis partem soluerent quæ versus Scythas spectaret: soluerent autem non amplius quam ad iactus teli spatium, ne nihil fac. 2 Sed soluentes illam pontis partem quæ Scythiam versus spectabat, omnia pro arbitrio Scytharum se facturos dicerẽt.

interea

interea vos illos inquirere tempus admonet, & inuentos, tam vestro quam
CXL nostro nomine ita vlciſci vt merentur. Scythæ, Ionibus iterum fidem habentes, tanquam vera eloquutis, ad inquirendos Persas reuerterunt: atque ab omni illorum itinere aberrarunt, [1] ipsi sibi huius rei cauſſa, quod pabula equorum illis in locis corruperant, fonteſque obſtruxerant. quod niſi feciſſent, facile ſi voluiſſent Persas inueniſſent: nunc ita faciendo, viſi ſibi fuerant optime conſuluiſſe, ob quæ tamen eos
10 res fruſtrata eſt. Quippe eam ſuæ regionis partem conſectantes in qua cibaria equis atque aquæ forent, hoſtem indagabant, rati illum eadem parte fugam intendiſſe: at ille obſeruato quod prius tenuerat itinere, abierat, atque ita quoque ægre traiectus reperit locum. Et quum noctu peruenisſet, nactus pontem ſolutum, animo prorſus concidit,
CXLI veritus ne ſe relicto Iones abiiſſent. Erat autem apud Darium Ægyptius quidam, omnium hominum vocaliſſimus:
ad mare pecoribus, conscendunt ad locum Ægilen, decerpturi palmulas. nam palmæ illic & permultæ sunt, & spatiosæ, & fructiferæ omnes. ex quibus vbi palmulas præmaturas decerpserunt, ad solem siccantes maturefaciunt, deinde lacte maceratas sorbillant. Vxores plures singuli è consuetudine habent, & cum eis in propatulo coeunt, eodē pæne quo Massagetæ modo, prius scipione prætento. Nasamonibus mos est, quum quis primum ducit vxorem, prima nocte vt sponsa singulos conuiuas obeat concubitus gratia, & vt quisque cum ea concubuit, donum det illi quod secum habet domo allatum. Iureiurando ac diuinatione tali vtuntur: Per eos viros qui iustissimi atque optimi apud illos fuisse dicuntur, iurant, illorum sepulcra tangentes. Diuinant, ad suorum accedentes monumenta, & illis, vbi preces peregerunt, indormiunt: vbi quodcunque per quietem insomnium viderunt, eo vtuntur. Fidei dandæ consuetudo hæc est: De manu alterius vterque sumpto inuicem poculo bibit. quod si nihil humoris habuerint, sumptum è terra cinerem lingunt. Nasamonibus confines sunt Psylli, qui hunc in modum interciderunt: Auster eis omnia receptacula aquarum arefecerat: erat autem omnis eorum regio quæ intra Syrtin est, aquarum inops. Ob id isti publico colloquio atque consilio expeditionem fecere aduersus austrum. (quæ Libyes memorant refero) hos, quum ad arenas veniissent, auster spirans illic obruit. Psyllis extinctis, eorum terram Nasamones obtinent. Super hos austrum versus, in loco feris frequenti, Garamantes habitant, qui omnium hominum commercium, aspectumque refugiunt, nihil bellicæ armaturæ habentes, ac ne defendere quidem sese audentes. Hi supra Nasamones incolunt. Circa maritima vero, occasum versus, confines sunt Macæ, qui summum capitis verticem radunt, in medio capillos crescere sinentes, hinc atque hinc in orbem tondentes. In bellum pelles subterraneorum struthionum ferunt pro tegumento. Per eos flumen Cinyps è colle qui vocatur Gratiarum, fluens, in mare influit. Hic collis Gratiarum nemoribus frequens est, quū cetera cuius memini Libya sit arboribus nuda. ducentorum ab eo ad mare stadiorum est intercapedo. Horum Macarum finitimi sunt Gindanes:

CLXXII CLXXIII CLXXIV

quorum

quorum vxores ferunt fimbrias pelliceas ſingulæ multas, ob hoc (vt memoratur) quod vt à quoque viro venerem paſſa eſt, fimbriam nodat, & vt quęque plutimas habet, ita præclariſſima cenſetur, tanquam à pluribus viris adamata. Horum Gindanorum oram in
LXXVII mare porrectam incolunt Lotophagi, qui è ſolo loti fructu victitant: qui fructus eſt inſtar fructus lentiſci, ſuauitate aſſimilis fructui palmarum. Ex hoc fructu Lotophagi vinum conficiunt. Lo-
LXXVIII tophagis ſecundum mare vicini ſunt Machlyes, loto & ipſi veſcentes, ſed minus quàm ſuperiores. Pertingunt autem vſque ad ingentem amnem nomine Tritonem, qui in grandem paludem Tritonidem influit, in qua eſt inſula quæ dicitur Phla. 1 Hanc inſulam aiunt dici à Lacedæmoniis habitari
LXXIX debere. Aiunt autem & hæc: Iaſonem, poſteaquam ſub Pelio, Argo exædificauit, impoſitis in ea 2 cum aliis ſolennibus hoſtiis, tum vero tripode æreo, circuiſſe Peloponneſum, animo Delphos eundi: eumque, quum teneret curſum circa Maleam, abreptum à vento aquilone, & abductum in Libyam, & priuſquam tellurem cerneret, in 3 aſpretis paludis Tritonidis aſtitiſſe: eique hæſitanti de egreſſu apparuiſſe Tritonem, ac iuſſiſſe dari ſibi tripodem, quod diceret oſtenſurum ſe illis exitum, atque incolumes remiſſurum. Aſſentiente Iaſone, ita demum Tritonem oſtendiſſe qua ratione è breuibus enauigarent, & tripodem in ſuo templo poſuiſſe, in
LXXX eoque tripode oraculum reddidiſſe, & iis qui cum Iaſone erant, omnem rationem indicaſſe. Fore enim vt quum quis tripodem accepiſſet 4 ex omnibus qui in Argo nauigarent, neceſſario centum Græcæ ciuitates accolerent paludem Tritonidem. hæc quum audiſſent Libyes qui montem Gratia-
LXXXI rum colunt, tripodem occultaſſe. Iuxta hos Machlyes habitãt AVſes: & circum paludem Tritonidem vtrique habitant, ita vt medio Tritone dirimantur. Quorum Machlyes quidem occiput crinitum geſtant, AVſes vero ſinciput. Horum virgines, anniuerſario Mineruæ feſto, in honorem ipſius deæ inter ſe bifariam diuiſæ, præliantur lapidibus fuſtibuſque, dicentes ſe 5 morem patrium ſeruare ei quam Mineruam no-

τῶν αἱ γυναῖκες πρεσφύρια δερμάτων πολλὰ ἐκάστη φορέει κῆ τοιόνδε, ὡς λέγεται· κατ' ἄνδρα ἕκαστον μιχθέντα πρεσφύριον πρεδέεται· ἢ δὲ ἂν πλείστα ἔχῃ, αὕτη δρίστη δέδοκται εἶ), ὡς τοὺ πλείστων ἀνδρῶν φιληθεῖσα. Ἀκτὴν δ' πρεσέχουσαν ἐς Ⓦ Πόντον τὸ τῶν Γινδανέων νέμονται Λωτοφάγοι· οἱ Ⓦ καρπὸν μοιῶνα τὸν λωτὸν τρώγοντες ζώουσι. ὁ δὲ τοῦ λωτοῦ καρπός, ἔστι μέγαθος ὅσον τε τῆς σχίνου· γλυκύτητα δ', τὸ φοίνικος τῷ καρπῷ πρεσεοικέλος. ποιεῦνται δ' ἐκ τοῦ καρποῦ τούτου Ⓐ Λωτοφάγοι καὶ οἶνον. Λωτοφάγων δὲ τὸ πρὸς θαλάσσαν ἔχοντας Μάχλυες, λωτῷ μὲν κῆ οὗτοι χρεώμενοι, ἀτὰρ ἥκοντες τῶν πρότερον λεχθέντων. κατέχουσι δὲ ὀλίγον ποταμὸν μέγαν, τῷ οἰνόμα Τρίτων ἐστί· ἐκδιδοῖ δὲ ἐς λίμνην μεγάλην Τριτωνίδα. ἐν δὲ αὐτῇ νῆσος ἔνι τῇ οἰνόμα Φλᾶ. ταύτην δὴ τὴν νῆσον Λακεδαιμονίοισι φασὶ λόγιον εἶ) κτίσαι. Ἔστι δὲ ὅδε λόγος λεγόμενος· Ἰήσονα, ἐπεί τε Ⓐ ἐξειργάσθη τὸ τῷ Πηλίῳ ἡ Ἀργώ, ἐσθέμενον ἐς αὐτὴν ἄλλην τε ἑκατόμβην, κῆ δὴ καὶ τρίποδα χάλκεον, πρεὶ πλώειν Πελοπόννησον, βουλόμενον ἐς Δελφοὺς ἀπίκεσθαι. καί μιν ὡς πλέοντα γλαῦκαι κῆ Μαλέης, ἐπιλαβεῖν ἄνεμον βορέην, καὶ ἀποφέρειν πρὸς τὴν Λιβύην. πρὶν δὲ καταδέσθαι γῆν, ἐν τοῖσι βραχέσι γλαῦκαι λίμνης τῆς Τριτωνίδος. καὶ Ⓐ ἀπορέοντι τὸν ἐξαγωγὴν λόγος ὅτι φανῆναι Τρίτωνα, καὶ κελεύειν Ⓦ Ἰήσονα ἑωυτῷ δοῦναι Ⓦ τρίποδα· φάμενόν σφι καὶ Ⓦ πρόθυμον δείξειν, κῆ ἀπήμονας ἀποσελέειν· πειθομένου δὲ τοῦ Ἰήσονος, ὕτω δὴ τόν τε διέκπλοον τῶν βραχέων δεικνύναι Ⓦ Τρίτωνα σφι, καὶ Ⓦ τρίποδα θεῖναι ἐν τῷ ἑωυτοῦ ἱρῷ· ὃν ἱδρυσάμενόν τε τὸν τρίποδα, κῆ τοῖσι σὺν Ἰήσονι σημήναντα Ⓦ πάντα λόγον, ὡς ἐπεὰν Ⓦ τρίποδα κομίσωνται τῶν ἐκγόνων τις τῶν ἐν τῇ Ἀργοῖ συμπλεόντων, τότε ἑκατὸν πόλιας οἰκήσαντας περὶ τὴν Τριτωνίδα λίμνην Ἑλληνίδας, πᾶσαν εἶ) ἀνάγκην. Ταῦτα ἀκούσαντας τοὺς ἐπιχωρίους τῶν Λιβύων, κρύψαι Ⓦ τρίποδα. Τούτων δὲ ἔχοντας τὸν Μαχλύων Αὐσῆς. οὗτοι δὲ καὶ Ⓐ Μάχλυες περιξ τὴν Τριτωνίδα λίμνην οἰκέουσι. Τὸ μέσον δὲ σφι οὐρίζει ὁ Τρίτων. καὶ Ⓐ μὲν Μάχλυες τὰ ὄπισθε κομέουσι τῆς κεφαλῆς· Ⓐ δὲ Αὐσῆς, τὰ ἔμπροσθεν. ὀρτὴ δὲ σφι ἐνιαυσίη Ἀθηναίης· αἱ παρθένοι αὐτῶν δίχα διαστᾶσαι μάχονται πρὸς ἀλλήλας λίθοισί τε καὶ ξύλοισι, τὴν αὐθιγενέα θεὸν λέγουσαι τὰ πάτρια ἀποτελέειν τὴν Ἀθηναίην κα- 177

1 Aiunt autem editum eſſe Lacedæmoniis oraculum de deducenda in hanc inſulam colonia. 2 Cum reliqua hecatombe tum &c. 3 *Statim poſt eandem vocem vertit* breuia. *Lego autem* βραχέσι & βραχέσιν *cum vet. cod.* 4 Ex poſteris eorum qui &c. *Fortaſſe Valla ſcripſerat* ex nepotibus. 5 Ritus patrios ei peragere

χ. τὴν παρθένον λέουσι. τὰς δὲ ἀποθυησκούσας παρθένους ἐν τῷ τεωυμάτων, ἑβδοσαρθένους καλέουσι. πρὶν δὲ ἀνεῖναι αὐτὰς μάχεσθαι, τάδε ποιεῦσι. κοινὴ παρθένον τὴν καλλιστεύουσαν ἑκάστοτε κοσμήσαντες κωμῆ τε Κορινθίῃ καὶ πολιτικῇ Ἑλληνικῇ, καὶ ἔπ' ἅρμα ἀναβιβάσαντες, περιάγουσι τὴν λίμνην κύκλῳ. ὁτέοισι δὲ τὸ πάλαι ἐκόσμεον τὰς παρθένους πρὶν ἢ σφι Ἕλληνας παροικισθῆναι, οὐκ ἔχω εἰπεῖν· δοκέω δὲ ὧν Αἰγυπτίοισι ὅπλοισι κοσμέεσθαι αὐτάς. ἀπὸ γὰρ Αἰγύπτου τε τὴν ἀσπίδα τε καὶ τὸ κράνος φημὶ ἀπῖχθαι ἐς τοὺς Ἕλληνας. τὴν δὲ Ἀθηναίην φασὶ Ποσειδέωνος εἶναι θυγατέρα τῆς Τριτωνίδος λίμνης· καὶ μιν μεμφθεῖσάν οἱ τῷ πατρὶ, δοῦναι ἑωυτὴν τῷ Διΐ. καὶ δι' Δία ἑωυτὸν μιν ποιήσασθαι θυγατέρα. ταῦτα μὲν λέγουσι. μίσγειν δὲ ὑπίκοινον τῶν γυναικῶν ποιέονται, οὔτε συνοικέοντες, κτεινηδόν τε μισγόμενοι. ἐπεὰν δὲ γυναικὶ τὸ παιδίον ἀνδρὸν ἡλικίην ἔχῃ, συμφοιτέουσι ἐς τοὔμπαλιν τρίτου μηνὸς, καὶ τῷ ἂν ἔικῃ τῶν ἀνδρῶν τὸ παιδίον, τούτου παῖς νομίζεται. Οὗτοι μὲν τὰ περὶ τὰ λέχεα λέουσι τῶν Νομάδων Λιβύων ἐπῄεσται. ὑπὲρ δὲ τούτων ἐς μεσόγαιάν τι Θηριώδης ὀρος Λιβύη. ὑπὲρ δὲ τῆς Θηριώδεος, ὀφρύη λάμμος κατήκει, περὶ τείνουσα ἀπὸ Θηβέων τῶν Αἰγυπτίων ὅσον Ἡρακλείας στήλας. ἐν δὲ τῇ ὀφρύῃ ταύτῃ μάλιστα ἁλὸς δέκα ἡμερέων ὁδὸς, ἅλος ὄρυγμα μεγάλους ἐν κολωνοῖσι, καὶ ἐν κορυφῇσι ἑκάστου τῶν κολωνῶν ἀναχωντίζει ἐκ μέσου τοῦ ἅλος ὕδωρ ψυχρὸν καὶ γλυκύ. περὶ δὲ αὐτὸ αἰθιοπες οἰκέουσι ἔσχατοι πρὸς τῆς ἐρήμου, καὶ ὑπὲρ τῆς Θηριώδεος, πρῶτοι μὲν ἀπὸ Θηβέων ἁλὸς δέκα ἡμερέων ὁδὸν Ἀμμώνιοι, ἔχοντες τὸ ἱρὸν ἀπὸ τοῦ Θηβαιέος Διός. καὶ γὰρ τὸ ἐν Θήβῃσι (ὡς καὶ πρότερον ἐρρήθη μοι) κριοπρόσωπον τοῦ Διός τῶν ἄγαλμά ἐστι. τυγχάνει δὲ καὶ ἄλλο σφι ὕδωρ χρηναῖον ἐόν· τὸ μὲν ὄρθρον χλιαρὸν, ἀγορῆς δὲ πληθυούσης ψυχρότερον. μεσαμβρίη τέ ἐστι, καὶ τὸ κάρτα γίνεται ψυχρόν. τηνικαῦτα ἄρδουσι τοὺς κήπους. ἀποκλινομένης δὲ τῆς ἡμέρης χωρίεται τὸ ψυχρόν, ἐς οὗ δύεταί τε ὁ ἥλιος, καὶ τὸ ὕδωρ γίνεται χλιαρόν. ὕστατα μᾶλλον ἰὸν ἐς τὸ θερμὸν ἐς μέσας νύκτας πελαγίζει. τηνικαῦτα ἄρδει ἀμβολάδην. παρέρχονταί τε μέσαι νύκτες καὶ ψύχεται μέχρι ἐς ἠῶ. ὑπόκλησιν δὲ αὕτη ἡ κρήνη καλέεται ἡλίου.

Μετὰ

minauimus : & quæ virgines è vulneribus decedunt, eas falsas virgines appellant. Sed priusquam à pugnando desistant, hoc faciunt : Quæ virgo in pugnam optimam operam nauauit, eam semper communi consensu ceteræ virgines exornant cum cetera armatura Græca, tum crista Corinthia, & currui impositam circa paludem circumferũt. Quibus autem rebus ornarentur olim hæ virgines antequam accolerent Græci, non habeo dicere. arbitror autem ornari suetas armis Ægyptiis. nam ab Ægypto affirmarim & scutum & galeam Græcis esse tradita. Aiunt autem Mineruam Neptuni esse filiam ac paludis Tritonidis, eamq; nescio quid à patre reprehensam donasse seipsam Ioui, & Iouem, sibi illam asciuisse filiam. Hęc illi aiunt. Iidem promiscue cum mulieribus, non vna habitantes, sed pecudum more concumbunt. Vbi apud mulierem puer robustus est factus, apud quem virum habitare sustinet, (nam tertio quoque mense viri conueniunt) eius filius censetur. Isti quidem maritimi Libyum Nomadum dicti sunt. Supra hos autem ad partem mediterraneã Libya est theriodes dicta, *id est*, *feris abundans*. Supra hanc therioden supercilium soli fabulosum est, porrectũ à Thebis Ægyptiis ad columnas Herculis. In hoc supercilio ferme decem dierum itinere [2] sunt grumi grandes salis iucundi in collibus, & singulorum collium vertices è medio sale eiaculantur aquam dulcem pariter & gelidam. Circa quam homines habitant vltimi, solitudinem versus & supra *plagam* therioden *dictam*, à Thebis itinere dierum decem, primi Ammonij, habentes templũ ad Thebani Iouis effigiẽ. etenim Thebis (quemadmodum à me memoratum est) aspectu arietino Iouis simulacrum est. Apud hos est alia quoq. aqua fontana, quæ sub matutinum quidem tepet, sub horam autem qua forum frequentissimum est, frigescit : sub meridiem multo frigidior est. eaque hora hortos irrigant. Declinato iam die remittitur frigus, donec sol occidit : tunc tepescit, magis ac magis calescens, ad mediam vsque noctem, quo tempore feruens exæstuat : præterita nocte media, ad auroram vsque refrigescit. cognominatur autem fons iste, Solis.

CLXXII

1 Nescio quid de patre conquestam 2 Sunt frusta salis veluti grumi magni in tumulis: & in singulorum tumulorum verticibus è medio sale aqua frigida & dulcis erumpit.

Post

xxxij Post Ammonios autem per ſupercilium ſabuli, decem rurſus dierum itinere eſt collis ſalis, & aqua illi Ammoniæ par, hominibus circumhabitantibus: cui loco nomẽ eſt Ægila, ad quem locum Naſamones veniunt palmulas
xxxiij decerptum. Rurſus decem dierum ſpatio ab Ægilæis alius [1] collis eſt ſalis, & aqua, & palmularum fructiferarum magna vis, quemadmodum apud alios: incolentibus illic hominibus quibus nomen eſt Garamantibus, natione ſane magna, qui inducta ſuper ſalem humo, ita ſerunt. Ab his ad Lotophagos breuiſſimũ iter. A quibus triginta dierum ſpatium eſt ad eos apud quos gignuntur boues præpoſtere paſcentes. Ideo autem præpoſtere paſcuntur quod cornua inflexa anterius habent, & ob id ceſſim euntes paſcuntur. nam offenſantibus in terra cornibus, progrediendo paſci nequeunt: alioqui nihil differentes à ceteris bobus, præter craſſitudinem pellis atque duritiem. Garamantes hi Troglodytas Æthiopes quadrigis venantur. nam Troglodytæ Æthiopes, omnium quos fando cognouimus, pernicioſiſſimis pedibus ſunt, ſerpentibus, lacertiſque & aliis id genus reptilibus veſcentes, lingua nulli alteri ſimili vtentes, ſed veſpertilionum more ſtridentes. A Garamantibus decem quo-
lxxxiv que dierum itinere alius collis eſt ſalis, & aqua: accolentibus hominibus quibus nomen eſt Atlantibus, ſolis omnium hominum, quos ipſi nouimus, innominatis. [2] nam ſales quidem apud eos vocantur Atlantes, ſingulis autẽ eorum nullum nomen imponitur. Hi ſolem tranſcendentem execrantur, eique præterea omnia conuitia ingerunt, quod torridus & ipſos & regionem perdat. Poſt toridem dierum iter alius tumulus ſalis eſt, cum aqua, & hominibus accolentibus. Cui confinis eſt mons nomine Atlas, anguſtus, & vndique teres: & (vt fertur) adeo celſus vt eius cacumen nequeat cerni, quod à nubibus nunquam relinquatur, neque hyeme neque æſtate: quem eſſe columnam cæli indigenæ aiunt. Ab hoc monte cognominantur hi homines: nã Atlantes vocantur. dicunturq; nec vlla animante veſci, nec vlla ſomnia cernere. Ad
lxxxv hos vſq; Atlantes poſſum recenſere nomina eorum qui in ſupercilio *Libyæ* habitant, poſt hos non amplius. Porrigitur

Μετὰ δ' Ἀμμωνίους, ἀφ' ὧν ὄφρυός ἐστι ψάμμου δι' ἄλλεων δέκα ἡμερέων ὁδός, κόλωνός τε ἅλὸς ἐστὶ ὁμοῖος τῷ Ἀμμωνίῳ, καὶ ὕδωρ, καὶ ἄνθρωποι περὶ αὐτὸν οἰκέουσι· τῷ δὲ χώρῳ τούτῳ ὄνομα Αἴγιλα ἐστί. ἐς τοῦτον τὸν χῶρον Νασάμωνες ὀπωρίζοντες τὸν φοίνικας φοιτέουσι. Ἀπὸ δ' Αἰγίλων, ἀφ' ἡμερέων δέκα ἄλλεων ὁδός, ἕτερος ἅλὸς κολωνός, καὶ ὕδωρ, καὶ φοίνικες καρποφόροι πολλοί, κατάπερ καὶ ἐν τοῖσι ἑτέροισι· καὶ ἄνθρωποι οἰκέουσι ἐν αὐτῷ τοῖσι οὔνομα Γαραμάντες ἐστί, ἔθνος μέγα ἰσχυρῶς· οἵ ὑπὲρ τὴν γῆν ἅλα χῶν ἐπιφορέοντες, ἔπειτα σπείρουσι. σιτοδαίτατον δὲ ἐστὶ ἐς τοὺς Λωτοφάγους· ἐκ τῶν τεσσερήκοντα ἡμερέων ἐς ἀνδρὸς ὁδός ἐστι· ἐν τοῖσι καὶ οἱ ὀπισθονόμοι βόες γίνονται. ὀπισθονόμοι δὲ διὰ τόδε εἰσί· τὰ κέρεα ἔχουσι κεκυφότα ἐς τὸ ἔμπροσθεν. διὰ τοῦτο ὀπίσω ἀναχωρέοντες, νέμονται· ἐς γὰρ τὸ ἔμπροσθεν οὐκ οἷοί τε εἰσί, προεμβαλλόντων ἐς τὴν γῆν τῶν κερέων. ἄλλο δὲ οὐδὲν διαφέρουσι τῶν ἄλλων βοῶν ὅτι μὴ τοῦτο, καὶ τὸ δέρμα ἐς παχύτητά τε καὶ τρίχα. Γαραμάντες δὲ οἵδε τοὺς Τρωγλοδύτας Αἰθίοπας τρηχέσι τοῖσι τεθρίπποισι. Τρωγλοδύται δὲ Αἰθίοπες πόδας ταχέες ἀνθρώπων πάντων εἰσί, τῶν ἡμεῖς περὶ λόγους ἐποιεύμεθα ἀκοάων. σιτέονται δὲ Τρωγλοδύται ὄφις καὶ σαῦρος, καὶ τοιαῦτα τῶν ἑρπετῶν. γλῶσσαν δὲ οὐδεμιῇ ἄλλῃ παραμοίην νενομίκασι, ἀλλὰ τετρύζασι, κατάπερ αἰνυκτερίδες. Ἀπὸ δὲ Γαραμάντων δι' ἄλλεων δέκα ἡμερέων ὁδός, ἄλλος τε κολωνὸς, καὶ ὕδωρ, καὶ ἄνθρωποι περὶ αὐτὸν οἰκέουσι, τοῖσι οὔνομα ἐστὶ Ἄτλαντες· οἱ ἀνώνυμοί εἰσι μοῦνοι ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. ἀλέσι μὲν γὰρ σφι ἐστὶ Ἄτλαντες οὔνομα, ἑνὶ δὲ ἑκάστῳ αὐτέων οὔνομα οὐδὲν κέεται. οὗτοι τῷ ἡλίῳ ὑπερβάλλοντι καταρῶνται, καὶ πρὸς τοῦτοι πάντα τὰ αἰσχρὰ λοιδορέονται, ὅτι σφέας καίων διατείβει, αὐτούς τε καὶ αὐτῶν ἀνθρώπους, καὶ τὴν χώρην αὐτέων. μετὰ δὲ, δι' ἄλλεων δέκα ἡμερέων ὁδός, ὄρος κολωνὸς ἅλὸς, καὶ ὕδωρ, καὶ ἄνθρωποι περὶ αὐτὸν οἰκέουσι. ἔχεται δὲ τοῦ ἅλὸς τούτου ὄρος τὸ οὔνομα Ἄτλας· ἔστι δὲ στεινὸν καὶ κυκλοτερὲς πάντη. ὑψηλὸν δὲ οὕτω δή τι λέγεται ὡς τὰς κορυφὰς αὐτοῦ οὐκ οἷά τε εἶναι ἰδέσθαι. οὐδέκοτε γὰρ αὐτὰς ἀπολείπει νέφεα οὔτε θέρεος οὔτε χειμῶνος. τοῦτο κίονα τοῦ οὐρανοῦ λέγουσι καὶ ἐπιχώριοι εἶναι. ἀπὸ τούτου τοῦ ὄρεος καὶ ἄνθρωποι οὕτοι ἐπώνυμοι ἐκλήθησαν· καλέονται γὰρ δὴ Ἄτλαντες. λέγονται δὲ οὔτε ἐνυπνιάζεσθαι οὐδένα σιτέεσθαι, οὔτε ὄψιν οὐδεμιὴν φαίνεσθαι ὁρῶν. Μέχρι μὲν δὴ τῶν Ἀτλάντων τούτων, ἔχω τὰ οὐνόματα τῶν ἐν τῇ ὄφρυῇ κατοικημένων καταλέξαι· τὸ δὲ ἀπὸ τούτων, οὐκέτι. διήκει

1 Agger. *Paulo poſt ipſe* tumulum *vertit.* 2 Nam omnibus quidem ſimul nomen eſt Atlantes. *Id eſt, commune quidem vniuerſæ genti nomen eſt Atl.*

δὲ ὧν ἡ ὀφρὺη μέχρι Ἡρακλείων στηλέων, καὶ ὃ ἔξω τουτέων. ἔστι δὲ ἁλὸς τε μέταλλον ἐν αὐτῇ ἀφὰ δέκα ἡμερέων ὁδοῦ, καὶ ἄνθρωποι οἰκέοντες· τὰ δὲ οἰκία τοῦτοισι πᾶσι ἐκ τοῦ ἁλίνου χώματος οἰκοδομέαται. τοῦτο γὰρ ἤδη τῆς Λιβύης ἄνομβρά ἐστι. οὐ γὰρ ἂν δυνατὸν εἴη μένειν τοῖχοι ἐόντες ἅλινοι, εἰ ὗε. ὁ δὲ ἅλς αὐτόθι καὶ λευκὸς καὶ πορφύρεος ὃ εἶδος ὀρύσσεται. ὑπὲρ δὲ τῆς ὀφρύος ταύτης, ὃ πρὸς νότον καὶ μεσόγαιαν τῆς Λιβύης, ἔρημος καὶ ἄυδρος καὶ ἄθηρος καὶ ἄνομβρος καὶ ἄξυλος ἐστὶ ἡ χώρη· καὶ ἀκμάδος ἐστὶ ἐν αὐτῇ οὐδέν. Οὕτω μὲν μέχρι τῆς Τριτωνίδος λίμνης ἀπὸ Αἰγύπτου νομάδες εἰσὶ κρεοφάγοί τε καὶ γαλακτοπόται Λίβυες· καὶ βοῶν τε στηλέων οὐκ ἀνήμενοι, διότι περ οὐδὲ Αἰγύπτιοι, καὶ ὑῶν οὐ τρέφοντες. βοῶν μὲν νυν στηλέων οὐδὲ αἱ Κυρηναίων γυναῖκες δικαιοῦσι πατέεσθαι, ἀφὰ τιμὴν ἐν Αἰγύπτῳ ἔσιν, ἀλλὰ καὶ νησείας αὐτῇ καὶ ὁρτὰς ἐπιτελέουσι· αἱ δὲ τῶν Βαρκαίων γυναῖκες οὐδὲ ὑῶν πρὸς τοῖσι βουσὶ γεύονται. Ταῦτα μὲν δὴ οὕτω ἔχει. Τὸ δὲ πρὸς ἑσπέρης τῆς Τριτωνίδος λίμνης οὐκέτι νομάδες εἰσὶ Λίβυες, οὐδὲ νόμοισι τοῖσι αὐτοῖσι χρεώμενοι, οὐδὲ κατὰ τὰ παιδία ποιεῦντες οἷόν τι καὶ οἱ νομάδες ἐώθασι ποιέειν. οἱ γὰρ δὴ τῶν Λιβύων νομάδες, εἰ μὲν πάντες, οὐκ ἔχω ἀτρεκέως τοῦτο εἰπεῖν· ποιοῦσι δὲ αὐτῶν συχνοὶ τοιάδε. τῶν παιδίων τῶν σφετέρων, ἐπεὰν τετράετέα γένηται, οἱσὶ τῶν πρόσθε τῶν χώροισι τοῖσι ἐν τῇσι χρυφῇσι φλέβας· μετεξέτεροι δὲ αὐτέων, τοῖς ἐν τοῖσι κροτάφοισι, τοῦδε εἵνεκα; ὡς μὴ σφέας ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον καταῤῥέον φλέγμα ἐκ τῆς κεφαλῆς δηλῆται. καὶ διὰ τοῦτό σφεας λέγουσι εἶναι ὑγιηρωτάτους. (Εἰσὶ γὰρ ὡς ἀληθέως οἱ Λίβυες ἀνθρώπων πάντων ὑγιηρόταροι, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν· εἰ μὲν διὰ τοῦτο, οὐκ ἔχω ἀτρεκέως εἰπεῖν, ὑγιηρόταροι δὲ ὦν εἰσί) ἐν δὲ τοῖσι χώροισι τὰ παιδία σπασμὸς ὑπιόμενος, ἐξεύρηταί σφι ἄκος· τεχνῶνται γὰρ οὖρον ἀπείσαντες ῥύονται σφέας. λέγω δὲ τὰ λέγουσι αὐτοὶ Λίβυες. Θυσίαι δὲ τοῖσι νομάσι εἰσὶ αἵδε. ἐπεὰν τὸν ὦτὸς ἀπάρξωνται τοῦ κτηνέος, ῥιπτέουσι ὀπίσω τὸ δόμον. τοῦτο δὲ ποιήσαντες, ἀποστρέφουσι τὸν αὐχένα αὐτοῦ. θύουσι δὲ ἡλίῳ καὶ σελήνῃ μούνοισι, τούτοισι μὲν νυν πάντες Λίβυες θύουσι· ἀπὸ δὲ τοῦ Τριτωνίδα λίμνην νέμοντες, τῇ Ἀθηναίῃ μάλιστα. μετὰ δὲ, τῷ Τρίτωνι καὶ τῷ Ποσειδέωνι.

autem id supercilium ad columnas vsque Herculeas, atque vlterius. Intra quod est salis metallum, *id est*, [1] effossio, decem dierum itinere, & homines incolentes, qui domicilia sua faciunt ex [2] micis salis. isti enim iam tractus Lybyæ vacant imbribus. nam si plueret illic, non possent manere parietes [3] salis. Supra autem hoc supercilium, austrum versus ac mediterranea Libyæ, deserta iam plaga est, & sine aqua ferisque, sine pluuia ac lignis, omni prorsus humore vacans. Ita ab Ægypto ad CLxxiii Tritonidem paludem, [4] pastoritii Libyes sunt carne victitantes ac lacte, nihil vaccinum gustantes, quia nec Ægyptij gustant suem, nec alentes quidem vaccam. Sed nec Cyrenææ feminæ [5] ferire sibi fas putant, ob Isidem quæ est in Ægypto, cui etiam ieiunia & dies festos studiose agunt. At mulieres Barcææ non modo gustu vaccinæ carnis, sed etiam suillæ abstinent. Atque hæc quidem ita habent. Ad occasum CLxxiv vero Tritonidis palludis iam non sunt [6] pascuales Libyes, neque eisdem moribus vtentes, neque idem circa infantes quod pascuales solent, factitantes. Nam Libyum qui pastorales sunt plerique hoc faciunt, an omnes, non queo pro certo dicere. Vbi filii ipsorum quadrimi effecti sunt, venas verticis illorum lana succida inurunt, nonnulli venas temporum: eam videlicet ob caussam ne vllo vnquam tempore phlegma, *id est*, *pituita*, defluens è capite, officiat. eaque de re se aiunt esse optima valetudine. Et sunt reuera Libyes inter omnes quos nos nouimus homines saluberrimo corpore: incertum mihi an ob hanc caussam, certe optima valetudine sunt. Quod si pueris inurendis spasmus existat, inuenta est ab eis medicina. vrina enim hirci aspersa eos liberant. Ea autem refero quæ ipsi Libyes narrant. Porro sacrificia apud CLxxv [7] pastoritios Libyes talia sunt: Vbi pro primitiis aurem pecudis præciderunt, eam supra domum abiiciunt: hoc acto, ceruicem eius auertunt. Solis autem omnium deorum immolant Soli & Lunæ. & his quidem vniuersi Libyes sacrificant: at qui circa Tritonidem paludem incolunt, etiã Mineruæ Tritoniq; ac Neptuno: sed Mineruæ præcipue.

1 Fodina, 2 Grumis 3 *Post* Salis, *adde*, Ibi autem & albus & purpureus sal effoditur. 4 Nomades Libyes sunt, qui carne & lacte vescuntur, sed ab esu vaccarum abstinent sicut & Ægyptij, suesque non alunt. 5 *Suspecta est hic vox Græca.* 6 Nomades Libyes, 7 Nomades. *Sic & in sequent. pro* pastorales.

A qui-

CLXXXIX A quibus Libybus Græci veſtem & ægidas ſimulacrorum Mineruæ mutuati ſunt, præterquam quod ęgides apud Libyes, & pendentes ex eis ſimbriæ non ſunt ſerpentes, ſed è loris factæ: cetera vero omnia ad idem exemplar efficta ſunt: nomine quoque ipſo teſtificante veniſſe ex Libya [1] Palladiorum ſtolam. Quippe Libyſſæ mulieres ſuper veſtem amiciuntur nudis ægeis, *id eſt, caprinis pellibus non villoſis*, ſimbriatis, ac rubrica delibutis, à quibus ægeis, *id eſt, caprinis pellibus*, ægidas denominauere Græci. Quinetiam hinc primum mihi videtur eiulatus in templis extitiſſe, quod eo Libyſſæ mulieres vehementer vtuntur ac belle. Et à Libybus quadriiugos equos iungere Græci didicere. Sepeliunt autem paſtorales Libyes defunctos vt Græci, præter Naſamones, qui illos ſedentes ſepeliunt, obſeruantes vt dum quis cœpit agere animam, eum ſedentem cõſtituant, ne ſupinus expiret. Domicilia eorum ſunt virgultis compacta, ſuſpenſis circa lentiſcos, & ea quoquouerſus verſatilia. Et iſti quidem talibus vtuntur moribus. Contingunt autem hos ab [2] orientali parte Tritonis fluminis ij Auſes qui ſunt aratores: [3] qui vero Libyes domos poſſidere conſueuerunt, iis nomen impoſitum eſt Maxyes, qui dextram capitis partem comatã geſtant, ſiniſtram radunt, corpus minio tingunt, aſſerentes ſe à Troianis eſſe oriundos. Regio autem hæc & reliqua ad occidẽtem vergens, multofrequentior eſt feris ſyluiſq; quàm regio paſtoralium. Nam quæ ad auroram reſpicit, quam paſtorales incolunt, Tritone flumine tenus & depreſſa eſt & arenoſa: hinc deinceps quæ aratorum eſt, veſperam ſpectans, montana valde eſt ac nemoroſa, feriſq; frequens. Siquidem apud hos & ſerpentes ſunt ſupramodũ grandes ac leones, elephantes quoque & vrſi, & aſpides, & aſini cornibus pręditi. Et [4] cynocephali, *id eſt, capita canina habentes*, & acephali, *id eſt, non habentes capita*, qui in pectoribus oculos habent, vt Libyes memorant: necnon viri feminæq; agreſtes, & aliæ permultæ feræ haud ementitæ. Quorum nihil apud paſtorales eſt, ſed alia, veluti pygargi, & capreæ, & bubali, & aſini, non illi quidem cornua habentes, ſed alii impoti: nunquam

Τὼν δὲ ἀμφὶ ἐσθῆτα καὶ τὰς αἰγίδας τὼν ἀγαλμάτων τῆς Ἀθωναίης ἐκ τῶν Λιβυστέων ἐποιήσαντο οἱ Ἕλληνες. πλὴν γὰρ ὁλοσκυτίνη ἡ ἐσθὴς τῶν Λιβυστέων ἐστὶ, καὶ οἱ θύσανοι οἱ ἐκ τῶν αἰγίδων αὐτῆσι, οὐκ ὄφιές εἰσι, ἀλλὰ ἱμάντινοι· τὰ δὲ ἄλλα πάντα κατὰ τὼὐτὸ ἔσταλται. καὶ δὴ καὶ τοιῶμα κατηγορέει ὅτι ἐκ Λιβύης ἦκει ἡ στολὴ τῶν Παλλαδίων. αἰγίδας γὰρ περιβάλλονται φιλαὶ πε- ΙΧ. αἰγίδας
ρὶ τὼν ἐσθῆτα θυσανωτὰς αἱ Λίβυσσαι, κεχριμένας ἐρυθρῷ σιλῷ. ἐκ δὲ τῶν αἰγέων τουτέων αἰγίδας οἱ Ἕλληνες μετωνόμασαν. δοκέει δ' ἔμοιγε καὶ ὁλολυγὴ ἐν ἱρῇσι ἐνθαῦτα πρῶτον ἐξευρέθηναι. κάρτα γὰρ ταύτῃ χρέωνται καλῶς αἱ Λίβυσσαι. καὶ τέτρωρας ἵππους ζευγνύναι πρῶτοι Λιβύ- 179
ων οἱ Ἕλληνες μεμαθήκασι. Θάπτουσι δὲ σφεας ἐπιχωριέων ἐόντας οἱ Νομάδες, κατάπερ οἱ Ἕλληνες, πλὴν Νασαμώνων. οὗτοι δὲ κατημένους θάπτουσι, φυλάσσοντες, ἐπεὰν ἀπίῃ τὼ ψυχὼ, ὅκως μὴ καθίσουσι, μηδὲ ὕπτιος ἀποθανέεται. οἰκήματα δὲ σύμπηκτα ἐξ ἀνθερίκων ἐνερμένων περὶ χορίνους ἐστὶ, καὶ ταῦτα περιφορητά. νόμοισι μὲν τοιούτοισι οὗτοι χρέωνται. Τὸ δὲ πρὸς ἑσπέρης τοῦ Τρίτωνος ποταμοῦ, Αὐσέων ἔχονται ἀροτῆρες ἤδη Λίβυες, καὶ οἰκίας νομίζοντες ἐκτῆσθαι, τοῖσι οὔρεσι κέαται Μάξυες· οἱ τὰ δεξιὰ τῶν κεφαλέων κνήσωσι, τὰ δὲ ἑπαριστερὰ κείρουσι· τὸ δὲ σῶμα μίλτῳ φοινέονται. φασὶ δὲ οὗτοι εἶναι τῶν ἐκ Τροίης ἀνδρῶν. ἡ δὲ χώρη αὕτη τε καὶ ἡ λοιπὴ τῆς Λιβύης ἡ πρὸς ἑσπέρης, πολλῷ θηριωδεστέρη τε καὶ δασυτέρη ἐστὶ τῆς τῶν Νομάδων χώρης. ἡ μὲν γὰρ δὴ πρὸς τὴν ἠῶ τῆς Λιβύης, τοῖσι Νομάδες νέμονται, ἐστὶ ταπεινή τε καὶ ψαμμώδης, μέχρι τοῦ Τρίτωνος ποταμοῦ. ἡ δὲ ἀπὸ τούτου πρὸς ἑσπέρης, ἡ τῶν ἀροτήρων. ὀρεινή τε κάρτα καὶ δασέα καὶ θηριώδης. καὶ γὰρ οἱ ὄφιες οἱ μεγάθεες, οἱ λέοντες καὶ οἱ ἐλέφαντες καὶ αἱ ἄρκτοι, καὶ ἀσπίδες τε καὶ ὄνοι οἱ τὰ κέρεα ἔχοντες καὶ οἱ κυνοκέφαλοι, οἱ ἀνευ κεφαλῶν, οἱ τοῖσι στήθεσι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχοντες (ὡς δὴ λέγεται γε τῶν Λιβύων) καὶ ἄγριοι ἄνδρες, καὶ γυναῖκες ἄγριαι, καὶ θηρία πλήθεϊ πολλὰ θηρία ἀναβαίνουσα. Κατὰ τοῦτο Νομάδας δὲ ἔστι τοὺς ἐόντας, ἀλλὰ θηρία τάδε, πύγαργοι, καὶ ζορκάδες, καὶ βουβάλιες, καὶ ὄνοι οὐκ οἱ τὰ κέρεα ἔχοντες, ἀλλὰ ἄλλοι ἄποτοι· (ὃ

1 *Id eſt, ſimulacrorum Minerua. dicit enim Herodotus παλλαδίων quod dixerat τῶν ἀγαλμάτων τῆς Ἀθωναίης.* 2 Occidentali. 3 *Lectionem ſequutus videtur diuerſam ab ea quæ eſt in vulg. edit.* 4 *In vulg. Gr. edit. Cynocephalorum tantum fit mentio, ſed quidam vet. codices pro κυνοκέφαλοι habent ἀνίφαλοι, hoc modo, καὶ οἱ ἀνίφαλοι οἱ ἐν τῶν στήθεσι, &c.*

γλὸ δὴ πίνοισι) καὶ ὄρυες, (τῶν χὶ κέρεα ζοῖσι Φοίνιξι ④ πήχεες ποιεῶνται· μέγαθος δὲ ὃ θηρίον τῦτο χὶ βοῶ ὅσῳ) καὶ βασσάρια, καὶ ὕαιναι, καὶ ὕστριχες, καὶ κροκόττεοι ἄγριοι, καὶ δίκτυες, ⑤ θῶες, ⑥ πανθήρες, καὶ βόρυες, καὶ κροκόδειλοι ὅσον τε τριπήχεες χερσαῖοι, τῆσι σαύρῃσι ἐμφερέστατοι· ⑦ σφυροὶ καταγαῖοι, καὶ ὄφιες μικροὶ, κέρας ἓν ἕκαστος ἐφέροντες. Ταῦτά τε δὴ αὐτόθι ἐστὶ θηρία, καὶ ἄωρ τῇ ἄλλῃ, πλὴν ἐλάφου τε καὶ ὑὸς ἀγρίου. ἔλαφος μὲν καὶ ἐς ἄγριος ἐν Λιβύῃ πάμπαν οὐκ ἔστι. μυᾶν δὲ ἡμέρεα τριχᾶ αὐτόθι ἐστί· ④ μὴν, δίποδες καλέονται· ④ ὄν, ζεγέριες· (τὸ δ' ὄνομα τῦτο ἔστι μὲν Λιβυκὸν, δύναται δὲ κατ' Ἑλλάδα γλῶσσαν, βουνοί) ④ ὄν, ἐχῖνες. Εἰσὶ δὲ καὶ ἐν τῷ Σιλφίῳ γινόμεναι, τῆσι Ταρτησσίῃσι ὁμοιόταται. Τοσαῦτα μὲν νυν θηρία ἐστὶν Νομάδων Λιβύων γῆ ἔχει, ὅσον ἡμεῖς ἰσορέοντες, ὅτι μακρότατον οἷοί τε ἐγενόμεθα ἐξικέεσθαι. Μαξύων δὲ Λιβύων Ζαύηκες ἔχονται, τοῖσι αἱ γυναῖκες ἁρμασι ἐχέδοσι τὰ ἅρματα ἐς ⑧ πόλεμον. Τούτων δὲ Ζύγαντες ἔχονται, ἐν τοῖσι μέλι μὲν πολλὸν μέλισσαι κατεργάζονται, πολλῷ δὲ ἔτι πλέον λέγεται δημιουργοὺς ἄνδρας ποιέειν. μιλτοῦνται δὲ ὧν πάντες οὗτοι, καὶ πιθηκοφαγέουσι. ④ δὲ σφι ἄφθονοι, ὅσοι ἐν τοῖσι οὔρεσι γίνονται. Κατὰ τούτους δὲ λέγουσι Καρχηδόνιοι κεῖσθαι νῆσον τῇ οὔνομα εἶναι Κύρανιν. μῆκος μὲν, δισχιλίων σταδίων, πλάτος δὲ, στεινὸν, ἅλμα βαθὺν ἐκ τῆς ἠπείρου· ἐλαιέων τε μεστὸν καὶ ἀμπέλων. λίμνην δὲ ἐν αὐτῇ εἶναι, ἐκ τῆς αἱ παρθένοι τῶν ἐπιχωρίων, πλεκομένοισι ὀρνίθων κεχειμμένοισι πίσσῃ, ἐκ τῆς ἰλύος ψῆγμα ἀναφέρουσι χρυσοῦ. Ταῦτα εἰ μὲν ἔστι ἀληθέως, ἐκ οἶδα, τὰ δὲ λεγόμενα γράφω. Εἴη δ' ἂν πᾶν, ὅκου καὶ ἐν Ζακυνθῳ ἐκ λίμνης καὶ ὕδατος πίσσαν ἀναφερομένην αὐτὸς ἐγὼ ὥρεον. Εἰσὶ μὲν καὶ πλεῦνες αἱ λίμναι αὐτόθι· ἡ δὲ ὧν μείζων αὐτέων, ἑβδομήκοντα ποδῶν πάντη, βάθος δὲ, ὀργυιός ἐστι· ἐς ταύτην κοντὸν καλαμοῦσι, ἐπ' ἄκρῳ μυρσίνῃ περιδήσαντες, καὶ ἔπειτα ἀναφέρουσι τῇ μυρσίνῃ πίσσαν, ὀδμὴν μὲν ἔχουσαν ἀσφάλτου, τἆλλα δὲ ἄμεινον, τῆς Πιερικῆς πίσσης ἀμείνω. ἐσχέουσι δὲ ἐς λάκκον ὀρωρυγμένον ἀγχοῦ τῆς λίμνης. ἐπεὰν δὲ ἀθροίσωσι συχνὸν, οὕτω ἐς τοὺς ἀμφορέας ἐκ τοῦ λάκκου καταχέουσι. ὃ, τι δ' ἂν ἐσπέσῃ ἐς τὴν λίμνην, ἔστω γλῶ ἰὸν, ἀναφαίνεται ἐν τῇ θαλάσσῃ. ἡ δὲ ἀπέχει ὡς τέσσερα στάδια ἀπὸ τῆς λίμνης. οὕτω ὦν καὶ τὰ ἀπὸ τῆς νήσου

enim bibunt. & oryes,[1] quibus vlnales palmæ pro cornibus fiunt. (huius feræ magnitudo est ad æquiparationem bouis) & bassaria, & hyænæ, & hystriches, & arietes agrestes, & dictyes, & thoes, *id est, ex hyæna & lupo geniti*, & pantheræ, & boryes, & crocodili tricubitali ad summũ magnitudine, terrestres, lacertis assimiles, & struthi subterranei, & serpentes pusilli cũ singulis cornibus. Hæ sunt illic feræ, & item ceteræ quæ alibi, præter ceruũ & aprum. ceruus enim & aper prorsus in Libya nullus est. Sunt ibidem quoq; tria murium genera, quorum alii bipedes vocantur, alii zegeries, Libyca lingua (quod in Græca pollet idem quod *βουνοὶ*, *id est*, *colles*,) alii, echines. Sunt præterea mustelæ quæ in Silphio nascuntur, [2] murænis simillimæ. Tot habet feras Libyum pastoralium regio, quantum nos maxime scrutãdo longissime inuestigare potuimus. Maxyum autem Libyum confines sunt [3] Zabeces, vbi fœminæ aurigantur currus in bellum. His finitimi sunt Zygantes, vbi magnam vim mellis apes conficiunt, sed multo plus opifices viri facere dicuntur. omnes autem minio inficiuntur, ac simiis vescuntur, quarum affatim gignitur iis qui in montibus degunt. Iuxta hos aiunt Carthaginenses sitam esse insulam nomine Cyranin, ducentorum stadiorum longitudine, arctam latitudine, in quam transiri è continente potest, oleis refertam ac vitibus. Et in ea esse lacum vnde virgines indigenarum pennis volucrum pice illitis ramenta auri referunt è limo. Hæc an vera sint haud equidem scio, sed quæ narrantur scribo. [4] Fuerit autem totum, vt ipse ego in Zacyntho vidi picem è lacu referri. Sunt eo loci complures lacus, quorum qui maximus, septuaginta quoquouersus pedum est, altitudinis duûm passuum. in hunc *virgines* contum, cuius in summitate myrtus alligata est, demittunt, deinde referunt myrto picem, odorem quidem asphalti habentem, sed cætera præstantiorem pice Pieria: eamque in scrobem quam iuxta lacum foderunt, effundunt, & vbi multum illius aggesserũt, ita è scrobe in amphoras transfundunt. Quicquid autem in lacum decidit, id sub terram means [5] redditur in mari, quod à lacu quatuor stadiis abest. Ita quæ de insula

γρ. Λιβυστικὸν,

180

1 Ad quarum cornua Phœnices cubitos *mensuras* faciunt. *Id est, Phœnices suas mensuras dictas Cubitos illarum cornibus magnitudine faciunt pares. Fortasse tamen & alius sit sensus.* 2 Tartessiacis similes. 3 Zaueces, 4 Fieri autem possit vt id omnino ita se habeat, quum ipse viderim, &c. 5 Conspicitur. *Vel, apparet.*

adia-

adiacenti Libyæ dicuntur, consentanea
XCVI sunt veritati. Aiunt præterea Carthaginenses, locum esse Libyæ extra columnas Herculis habitatum hominibus: eo quoties ipsi applicuere, se merces è nauibus exponere, easque in crepidine terræ deinceps collocare: tum conscensis nauibus fumum excitare: fumo autem conspecto, indigenas ad mare contendere: dehinc auro pro mercibus deposito, [1] rursus illinc abscedere, sed non extra conspectum: tum se illinc è nauibus egressos *pretium* considerare, & si dignum mercibus [2] videatur, eo sumpto abire: sin minus, conscensis iterum nauibus considere. illos vero accedentes, plus auri ad id quod deposuerunt addere, donec [3] persuadeant. Neutros autem alteris iniuriam inferre: [4] neque aut se contingere merces priusquam
XCVII ipsi sumpserint aurum. Atque hi sunt Libyum quos nominare possum. quorum plerique neque tunc de rege Medorum curabant quicquam, neq; nunc curant. De qua regione eatenus queo dicere, à quatuor eam nationibus (quantum nos scimus) & non à pluribus incoli: quarum duæ sunt indigenæ, totidem non indigenæ. Indigenæ quidem, Libyes atq; Æthiopes: quorũ alteri ad aquilonem Libyæ, alteri ad austrum incolunt: aduenæ vero, Phœnices & Græci.
XCIX Neq; vero videtur mihi bonitas Libycæ terræ cum bonitate Asiæ atque Europæ comparanda, præter vnam Cinypem, quæ tellus fluuio cognominis est. Hæc autem optimæ cuique telluri par est prouentu fructus cerealis [5] omnino ceterę Libyę. Est enim pulla & vda fontibus, ac secura siccitatis aeris: ac ne imbre quidem, qui sit vehementior, læditur. nam in eo tractu Libyæ pluit. Ex prouentibus autem fructuum terræ, totidem mensuræ illic quot è Babylonica tellure percipiuntur. Bonum solum & illud est quod EVesperitæ colunt. nam quoties id eximie seipsum vbertate superarat, centuplum reddit: at illud Cinypum, circiter trecenta.
C Porro Cyrenaica regio quæ huius Libyæ editissima est, quam pastorales incolunt, tres in se [6] plagas continet admiratione dignas. Primam, quæ maritima est, quod in ea iam fructus maturi metuntur vindemianturque: his compositis in plaga quæ supra mari-

τ' ἐπὶ Λιβύη κειμένης εἰκότα ἐστὶ ἀληθέα. Λέγεσι δὲ ἁ Καρχηδόνιοι, ἔστι τῆς Λιβύης χώρεόν τε ἁ αὐθρωποις ἔξω Ἡρακλείων στηλέων καὶ οἰκημένους, ἐς τοῦτ' ἐπὰν ἀπίκωνται ἁ ἐξέλωνται τὰ φορτία, θέντες αὐτὰ ἐφεξῆς τῇ θαλάσσῃ τὼ κυμάτων, ἐσβαίνειν ἐς τὰ πλοῖα, τύφειν καπνόν. τοῦτ' δ' ἐπιχωρίους, ἰδομένους τὸν καπνόν, ἰέναι ἐπὶ τὴν θάλασσαν· ἁ ἔπειτα αὖτις τῶν φορτίων χρυσὸν λιθέναι, ἁ ἐξαναχωρέειν πρόσω ἀπὸ τῶν φορτίων. τοῦτ δὲ Καρχηδονίους ἐκβαίνειν, σκέπτεσθαι. ἐὰν μὲν φαίνηται σφι ἄξιος ὁ χρυσὸς τῶν φορτίων, ἀνέλεσθαι ἁ ἀπαλλάσσειν· ἐὰν δ' μὴ ἄξιος, ἐσβαίνειν ὀπίσω ἐς τὰ πλοῖα καθέζεσθαι· ἁ δ', προσελθόντες, θέσθαι πρὸς ὧν ἔθηκαν χρυσὸν, ἐς οὗ ἂν πείθωσι. ἀδικέειν δ' οὐδετέρους· οὔτε γὰρ ἅπτεσθαι τὸν χρυσὸν πρὶν ἂν σφι ἀπισωθείη τῇ ἀξίῃ τῶν φορτίων, οὔτ' ἐκείνους τῶν φορτίων ἅψεσθαι πρότερον ἁ αὐτὸ τὸ χρυσίον λάβωσι. Οὗτοι μὲν εἰσι τοῦτ ἡμεῖς ἐγνωμεν Λιβύων ὀνομήσαι· ἁ τούτεων ἁ πολλοὶ βασιλῆος τὸν Μήδων οὔτε τὰ νῦν οὔτε τότε ἐφρόντιζον οὐδέν. Τοσοῦτον δ' ἔτι ἔχω εἰπεῖν περὶ τῆς χώρης ταύτης, ὅτι τέσσερα ἔθνεα νέμεται αὐτήν, ἁ δ' πλέω τούτων, ὅσον ἡμεῖς ἴδμεν· ἁ τὰ μὲν δύο, αὐτόχθονα τῶν ἐθνέων, τὰ δ' δύο, οὔ. Λίβυες μὲν ἁ Αἰθιοπες, αὐτόχθονες· ἁ μὲν, τὰ πρὸς βορέω, ἁ δ', τὰ πρὸς νότου τῆς Λιβύης οἰκέοντες· Φοίνικες δὲ ἁ Ἕλληνες, ἐπήλυδες. Δοκέει δέ μοι οὐδὲ ἀρετὴν εἶναι ἴσα ἡ Λιβύη ἀσυδαίμῃ, ὥστε ἡ Ἀσίη ἡ Εὐρώπη παραβληθῆναι, πλὴν Κίνυπος μοίνης. Τὸ γὰρ δὴ αὐτὸ οὔνομα ἡ γῆ τῷ ποταμῷ ἔχει. αὕτη δ' ὁμοίη τῇ ἀρίστῃ γαίῃ, Δήμητρος καρπὸν φέρειν· οὐδὲ οἷα τε οὐδὲν τῇ ἄλλῃ Λιβύῃ. μελαμγαίη τε γὰρ ἐστι, ἁ ἕπυδρος πίδακι. καὶ οὔτε ἀνεμος φερνίζουσα οὐδὲν, οὔτε ὄμβρον πλέω ποιεῦσα, δεδοίκηται. εὖσα γὰρ δὴ ταῦτα τῆς Λιβύης. τῶν δὲ καρπὸν ταῦτα μέτρα τῆ Βαβυλωνίων γῆ καλίσαται. ἀγαθὴ δὲ γῆ ἁ τὸν Εὐεσπερίτην νέμονται. ἐπ' ἑκάρπα γὰρ ἐπὰν αὐτὴ ἑωυτῆς ἄριστα ἐνείκῃ, φέρει· ἡ δὲ ἐν τῇ Κίνυπι, ἐπὶ τριηκόσια. Ἔχει δὲ καὶ ἡ Κυρηναίη χώρη, ἐοῦσα ὑψηλοτάτη ταύτης τὴν Λιβύην τὸν ἁ Νομάδες νέμονται, τρεῖς χώρας ἐν ἑωυτῇ, ἀξίας θωυμαστὰς. πρῶτα μὲν γὰρ τὰ πρόσχθα καρπῶν ὀργὰ ἁμᾶσθαί τε καὶ τρυγᾶσθαι. τούτεων τε δὴ συγκεκομισμένων, τὰ ὑπὲρ τὴν θαλασσαν

1 Procul à mercibus retrocedere. *Hic autem interpres aliter legisse videtur. sed hanc lectionem* ἁ ἐξαναχωρέειν πρόσω ἀπὸ τῶν φορτίων *sequentia confirmant.* 2 Videatur aurum, 3 Faciant illos acquiescere. *Gall. Iusques à ce qu'ils les rendent contens.* 4 Neque enim illos aurum attingere priusquam mercium pretio id æquauerint, *id est, priusquam tam multum exhibuerint quantum merciũ pretio respondeat,* neque illos merces attingere, *vel, contingere* priusquam, *&c.* 5 Nec quicquam omnino simile est reliquæ Libyæ. 6 *Sunt qui in Græco contextu pro* χώρας *legendum censeant* ἄκρας. *quam lectionẽ sequendo, aliter fuerit interpretandus hic locus.*

χρ. Βαβυλωνίη

χρ. τὴν δὲ πέρθασσα λασσονίη

δίων χώρων τὰ μέσα ὀργᾶ συγχομίζεσθαι, τὰ βουνοὺς καλέουσι. συγχεχόμισται τε δὴ ὁ μέσος καρπὸς, καὶ ὁ ἐν τῇ κατυπερτάτῃ τῆς γῆς πεπαίνεται τε καὶ ὀργᾶ. ὥστε ἐκπέποταί τε καὶ καταξέρωται ὁ πρῶτος καρπὸς, καὶ ὁ τελευταῖος συμπαραγίνεται. οὕτω ἐπ' ὀκτὼ μησὶ ὥρης Κυρηναίοισι ὀπώρη ἐπέχει. Ταῦτα μὲν νυν ὅτι τοσοῦτον εἰρήσθω. Οἱ δὲ Φερετίμης σὺμφορὴ περὶ Πέρσας, ἐπεί τε ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἐλαύνοντες ἀπὸ Ἀρυάνδεω, ἀπίκοντο ἐς τὴν Βάρκην, ἐπολιόρκεον τὴν πόλιν, ἐπαγγελλόμενοι ἐκδιδόναι σφέας αἰτίους τοῦ φόνου τοῦ Ἀρκεσίλεω. τῶν ὁ, (πολὺς γὰρ ἦν ὁ πλῆθος μετ' αὐτῶν) οὐκ ἐδέκοντο σφέων λόγους. ἐνθαῦτα δὴ ἐπολιόρκεον τὴν Βάρκην ὑπὸ μηχανῶν, ὀρύσσοντές τε ὀρύγματα ὑπόγαια, φέροντα ἐς τὸ τεῖχος, καὶ προσβολὰς κρατερὰς ποιεύμενοι. τὰ μὲν νυν ὀρύγματα αὐτὴ χθὼν ἀνέδωκε, ὑπιχάλκῳ ἀσπίδι, ὧδε ὑπιφερομένη· προσιφέρων αὐτὴν ἐντὸς τοῦ τείχεος, προσῄδε πρὸς τὸ δάπεδον τῆς πόλιος. τὰ μὲν δὴ ἄλλα ἔσκε κωφὰ πρὸς ἃ προσῄδε, κατὰ τὰ ὀρυσσόμενα ἤχεσκε ὁ χαλκὸς τῆς ἀσπίδος. ἀπορυσσόντες δ' αὖ ταύτῃ οἱ Βαρκαῖοι ἔκτεινον τοὺς Περσέων τοὺς γεωρυχέοντας. 181 τοῦτο μὲν δὴ οὕτω ἐξευρέθη· τὰς δὲ προσβολὰς ἀπεκρούοντο οἱ Βαρκαῖοι. Χρόνων δὲ δὴ πολλῶν τελεομένων, καὶ πιπτόντων ἀμφοτέρων πολλῶν, καὶ οὐκ ἧσσον τῶν Περσέων, Ἄμασις, ὁ στρατηγὸς τοῦ πεζοῦ, μηχανᾶται τοιάδε. μαθὼν τοὺς Βαρκαίους, ὡς κατὰ μὲν τὸ ἰσχυρὸν οὐκ ἀρερὶ εἶσι, δόλῳ δὲ ἀρερὶ, ποιέει τάδε· νυκτὸς τάφρον ὀρύξας βυρσίῳ, ἐπέτεινε ξύλα ἀδρενέα ὑπὲρ αὐτῆς· κατύπερθε δὲ ὑπιπολῆς τῶν ξύλων χοῦν γῆς ἐπεφόρησε, ποιέων τῇ ἀνὴρ γῇ ἰσόπεδον. ἅμα ἡμέρῃ δὲ προσεκαλέετο τοὺς Βαρκαίους ἐς λόγους· οἱ δὲ ἀσμένως ὑπήκουσαν, ἐς ὅ σφι ἔδοξε ὁμολογίῃ χρήσασθαι· τὴν δὲ ὁμολογίην ἐποιεῦντο τοιήνδε τινά. ὅρκια τῆς κρυπτῆς τάφρου τάμνοντες ὅρκια, ἐστ' ἂν ἡ γῆ αὕτη οὕτω ἔχῃ, μένειν τὸ ὅρκιον χρόνον· καὶ Βαρκαίους τε ὑποτελέειν φόρον ἀξίην βασιλέϊ, καὶ Πέρσας μηδὲν δεινὸν νεοχμοῦν κατὰ Βαρκαίων. μετὰ δὲ τὸ ὅρκιον, Βαρκαῖοι μὲν πίστι δόσαντες τούτοισι, ἀνέῳγόν τε ἔξοδον ἐκ τοῦ ἄστεος, καὶ τῶν πολεμίων ἐῶν παρεῖναι ἐς τὸ τεῖχος βουλόμενον, τάς τε πύλας πάσας ἀνοίξαντες. οἱ δὲ Πέρσαι καταρρήξαντες τὴν κρυπτὴν γέφυραν, ἔστεον ἔσω ἐς τὸ τεῖχος· κατέρρηξαν δὲ τοῦδε εἵνεκα τὴν ἐποίησαν γέφυραν, ἵνα ἐμπεδορκέοιεν, τάμοντες τοῖσι Βαρκαίοισι χρόνον μένειν αἰεὶ τὸ ὅρκιον ὅσον αὖ ἡ γῆ μένῃ

timam est, medios fructus legunt, quos bunos appellant: dum hi fructus adornantur, ii qui sunt in editissima plaga, coquuntur atq; matureſcunt. Itaq; dum primi fructus bibuntur atq; eduntur, vltimi aduentant. Atque hunc in modum ad octo menses perceptio fructuum Cyrenæos occupat. Hæc hactenus de his dicta sint. ¶ Persæ autem ad vlciſcendam Pheretimam ab Aryande miſſi, ex Ægypto Barcen peruenerunt, oppidum obſederunt, miſſis illico qui denunciarent dedi autores necis Arceſilai. [1] Eos oppidani, vt qui cædis omnes participes eſſent, in colloquium nõ admiſerunt. Ita octo menses Barcen quum obſediſſent Persæ, nono menſe cuniculos ſuffoderunt ad murum ferentes, & valida tormenta admouerunt. ſed cuniculos quidem faber quidam ærarius deprehendit æreo ſcuto, hunc in modum: Circumferens illud intra murum, admouebat pauimento vrbis: quod vbicunque admouebatur alibi, illinc è ſolo nihil ſoni reddebatur: ad locum autem qui ſuffodiebatur, æs clypei reſonabat. vbi è diuerſo fodientes Barcæi, Perſas ſuffoſſores interemerunt. Tormenta autem Barcæi ipſi repulſabant. Verum quum multum temporis contriuiſſent, & multi vtrinque caderent, nec pauciores ex Perſis, Amaſis, dux peditatus, talem rem commentus eſt: Animaduertens Barcæos vi non poſſe ſuperari, ſed dolo, latam foſſam per noctem depreſſit, eiq; fragilia ſuperſtrauit ligna, & ſuper ea humum induxit, reddens ſolum cetero æquabile. ſimulatque illuxit, Barcæos in colloquium euocat. Illi libenter obtemperauere, quod eis cordi erat ad pactionem deuenire. Pactionem autẽ in hanc formulam inierunt, ferientes fœdus ſuper illam occultã foſſam: vt quoad humus ea ita ſe haberet, tamdiu fœdus in ea regione ratũ foret, Barcæis, quod æquum foret ſe penſuros regi, & Perſis, ſe nihil rerum nouarum aduerſus Barcæos eſſe molituros, promittentibus. Barcæi dehinc fœderibus freti, & ipſi ex vrbe prodibant, & ex hoſtibus cuicunque libebat intrandi vrbẽ faciebant poteſtatẽ, patefactis omnibus portis. At Persæ reſciſſo ponte occulto in vrbem proruperunt: ideo autem pontem quem fecerant reſciderunt, vt fœdus ſoluerent quod cũ Barcæis percuſſerant, tamdiu ratũ fore fœdus quamdiu maneret terra

[1] Eorum oppidani, vt qui, &c. orationem non admiſerunt. *id eſt, eorum petitioni non acquieuerunt, vel, aſſenſi non ſunt.*

vt tunc

tunc manebat: refracto enim ponte, nõ manere fœdus in ea regione amplius. CII Pheretima traditos sibi à Persis Barcæos, qui faciendæ cædis principes fuerãt, sudibus suffixit per ambitum murorum. Feminarum quoque decisas mamillas circa muros appendit. Ceteros Barcæos Persis vt diriperent imperauit, prẽter Battiadas, & qui cædis affines non exiterant. His vrbem permisit: reliquis CIII in seruitutem abreptis Persæ redierunt. qui quum ad vrbẽ Cyrenen rediissent, Cyrenæi eos oraculi cuiusdam seruandi gratia, per vrbem deduxerunt. sed inter transeundum præfectus naualis exercitus Bares illis præcepit vt vrbem diriperent: recusante Amasi peditum duce. se enim aduersus vnam Barcen Græcam ciuitatẽ esse missos. Verum postquam transierũt, & ad ripam Lycæi Iouis subsederunt, pœnitentia eos subiit quod Cyrenen non occupassent: eamq. iterũ adoriri conati sunt, Cyrenæis non permittentibus. Et licet nemo contra ferret arma, tamẽ incessit eis metus: illinc- 20 que cursu se proripientes, sexaginta circiter stadia consederunt. vbi statiua habentibus, ab Aryande nuncius aduenit ad eos reuocandos. Quum igitur à Cyrenæis commeatum sibi præberi precati essent, & eum accepissent, in Ægyptum reuertebantur. Quos deinde Libyes excipientes, vestitus atque vtensilium gratia, vt quisq; relinquebatur trahebaturq; interficiebant, donec in Æ- IV gyptum peruentum est. Hic Persarum exercitus in Libyã longissime ad EVesperidas processit. Quos autem Barcæorum cepere, [1]quosq; ex Ægypto eiecere ad regem, iis Darius rex ad incolendum dedit vicum Bactrianæ regionis, (cui vico nomen imposuere Barcæ) ad meam vsque memoriam etiam incolis V frequentem. Verum ne ipsa quidem Pheretima [2]probe vita excessit. nã postea quam vlta Barcæos celerrime in Ægyptum rediit, male periit. [3]vt enim existunt acres admodũ & inuidiosæ vltiones deorum in homines, viuens vermibus cõputruit. Talis ac tanta Pheretimę 40 Batti filiæ in Barcæos vindicta extitit.

κ τὰ τότε ἐῖχε· καπαρρηξασι ὀ, οὐκέτι ἔμενε ὁ ὅρκιον κ χώριω. Τὰς μὲν νυν αἰτιωτάτους τῶν Βαρκαίων ἡ Φερετίμη, ἐπείτε ⓐ ἐκ τῶν Περσέων παρεδόθησαν, ἀνεσκολόπισε κύκλῳ τὸ τείχεος· τῶν δὲ σφι γυναικῶν τὰς μαζὸς ἀποταμοῦσα, περιέστιξε ἐς τὸ ἔσισι ὁ τεῖχος. τοὺς ὀ λοιποὺς τῶν Βαρκαίων, πλὴν ὁκόσοι αὐτέων ἔσαν Βαττιάδαι τε κ τοῦ φόνου μεταίτιοι· τούτοισι ὀ τὴν πόλιν ἐπέτρεψε ἡ Φερετίμη. Τὰς ὦν λοιποὺς τῶν Βαρκαίων ⓐ Πέρσαι ἐξανδραποδισάμενοι ἀπήγαγον ὀπίσω· καὶ ἐπείτε ὑπὸ τῆ Κυρηναίων πόλι ἐπέσησαν, ⓐ Κυρηναῖοι λόγιόν τι ἀποστειλάμενοι διεξῆκαν αὐτοὺς διὰ τοῦ ἄστεος. διεξιόσης ὀ τῆς στρατιῆς, Βάρκης μὲν ὁ τοῦ ναυτικοῦ στρατοῦ στρατηγὸς ἐπέλθας αἱρέει τὴν πόλιν, Ἄμασις ὀ ὁ τοῦ πεζοῦ, οὐκ ἔα. ὑπὸ Βάρκιον γὰρ ἀποσαλίσσαι μοῦνον Ἑλλήνιδα πόλις. ἐς ὁ διεξελθοῦσι, καὶ ἱζομένοισι ὑπὸ Διὸς Λυκαίου ὄχθον, μετεμέλησέ σφι ἁρπάσασι τὴν Κυρήνην, καὶ ἐπειρῶντο ταχύτερον παιεναι ἐς αὐτήν. ⓐ ὀ Κυρηναῖοι ἀπεώρεον. τοῖσι ὀ Πέρσῃσι, ὡς ἐνὸς μαχεσμένου, φόβος ἐνέπεσε· ἀποδραμόντες ὀ ὅσον ἑξήκοντα στάδια, ἵζοντο. ἱδρυθέντι ὀ τῷ στρατοπέδῳ τούτῳ ἦλθε παρὰ Ἀρυάνδεω ἄγγελος, ἀποκαλέων αὐτούς. ⓐ ὀ Πέρσαι, Κυρηναίων δεηθέντες ἐπὶ σφι δοῦναι, ἐτύγχανον λαβόντες ὀ ταῦτα, ἀπαλλάσσοντο ἐς τὴν Αἴγυπτον. παραλαβόντες ὀ τοὺς ἐνθεῦτεν αὖτις Λίβυες, τά τε ἐσθῆτος εἵνεκα καὶ τῆς σκευῆς, τοῦ ἕκαστος ἐστερέετο, διαρπαζόμενοι αὐτέων καὶ ἐπελαύνοντες ἔφόνευον, ἐς ὁ ἐς τὴν Αἴγυπτον ἀπίκοντο. Οὗτος ὁ Περσέων στρατὸς τὴν Λιβύης ἐκάστω ἐς Εὐεσπερίδας ἦλθε. τοὺς ὀ ἰὼν ἀποδιδράσκοντα τῶν Βαρκαίων, τούτους ὀ ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἀναγ. αἰαστάσας σάντας ἐποίησαν παρὰ βασιλῆα. βασιλεὺς δὲ σφι Δαρεῖος ἔδωκε τῆς Βακτρίης χώρης κώμην ἐγκαθοικῆσαι. οἱ ὀ τῇ κώμῃ ταύτῃ οὔνομα ἐγένετο Βάρκη, ἥ περ ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἐοῦσα οἰκεομένη ἐν τῇ γῇ τῇ Βακτρίῃ.

Οὐ μὲν οὐδὲ ἡ Φερετίμη οὕτω ζόην κατέπλεξε. ὡς γὰρ δὴ τάχιστα ἐκ τῆς Λιβύης ἀπαλλάχθη οὐδὲν Βαρκαίους ἀπενόστησε ἐς τὴν Αἴγυπτον, ἀπέθανε κακῶς. ζωὸς γὰρ εὐλεέων ἐξέζεσε. ὡς ἄρα αἱ θεοπροσαι αἱ κ. ἔζεσε; λίῳ ἰσχυραὶ τιμωρίαι εἰσὶ θεῶν ἐπίφθονοι γίνονται. ἡ μὲν δὴ Φερετίμης τε Βάττεω τοιαύτη τε καὶ τοσαύτη τιμωρίη ἐγένετο ἐς Βαρκαίους.

1 Hos ex Ægypto ad regem transportarunt: rex autem Darius iis ad incol. *Legendo αἰαστάσους pro αἰχμάτους.* 2 Feliciter vitam finiuit. quumprimum enim vlta Barc. in Ægypt. rediit, misere periit. 3 Vt enim diis odiosæ sunt nimium acres hominum vltiones. *Perinde acsi dicat, deos illi tam miserabilem vitæ exitum immisisse, odio prosequentes eam qua vsa fuerat in vltione sumenda crudelitatem; vt & alias adeo atroces vltiones odio prosequi solent. Valla autem sensum inuertit.*

182

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΠΕΜΠΤΗ, ἐπιγραφομένη ΤΕΡΨΙΧΟΡΗ.

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARVM LIBER quintus, qui inscribitur TERPSICHORE.

Οἱ δὲ ἐν τῇ Εὐρώπῃ τῶν Περσέων καταλιφθέντες ὑπὸ Δαρείου, τῶν ὁ Μεγάβαζος ἦρχε, τοῖσι μὲν Περινθίοις Ἑλλησποντίοισι, οὐ βουλομένοισι ὑπηκόοισι εἶναι Δαρείου, κατεστρέψαντο, πρότερον προσβαλόντες καὶ ὑπὸ Παιόνων πεπονθότες. Οἱ γὰρ ὦν ἀπὸ Στρυμόνος Παίονες, χρήσαντος τοῦ θείου τοῖσι Περινθίοις, καὶ ὧν μὴ ἀντιξομένοισι ἐπικαλέσωνται σφέας Περίνθιοι, ὀνομαστὶ βώσαντες, τοῦτο ἐπιστρέφειν· ὧν δὲ μὴ ἐπιβώσωνται, μὴ ἐπιστρέφειν· ἐποίεον Παίονες τάδε. ἀντιξομένων δὲ τῶν Περινθίων ἐν τῷ προαστείῳ, ἐνθαῦτα μονομαχίη τριφασίη ἐν προκλήσεος σφι ἐγένετο· καὶ γὰρ ἀνδρὶ ἀνδρὶ καὶ ἵππον ἵππῳ συνέβαλλον, καὶ κυνὶ κυνί. νικώντων δὲ τὰ δύο τῶν Περινθίων, ὡς ἐπαιώνιζον κεχαρηκότες, συνεβάλλοντο Παίονες τὸ χρηστήριον ὦδε τοῦ θεοῦ ἔχειν· καὶ ἐπῳδήν κου πρὸς σφίσι αὐτοῖσι, Νῦν ἂν εἴη ὁ χρησμὸς ἐπιτελούμενος ἡμῖν, νῦν ἡμέτερον ὂν ἔρδειν. οὕτω τοῖσι Περινθίοισι παιωνίσασι ἐπιχειρέουσι Παίονες, καὶ πολλόν τε ἐκράτησαν, καὶ ἐλίπον σφέων ὀλίγους. Τὰ μὲν δὴ ἀπὸ Παιόνων πρότερον γενόμενα, ὧδε ἐγένετο. Τότε δὲ ἀνδρῶν ἀγαθῶν περὶ τῆς ἐλευθερίης γινομένων τῶν Περινθίων, Πέρσαι τε καὶ ὁ Μεγάβαζος ἐπεκράτησαν πλήθεϊ. ὡς δὲ ἐχειρώθη ἡ Πέρινθος, ἤλασε τὸν στρατὸν ὁ Μεγάβαζος διὰ τῆς Θρηίκης, πᾶσαν πόλιν καὶ παν ἔθνος τῶν ταύτῃ οἰκημένων ἡμερούμενος βασιλεῖ Δαρείῳ. ταῦτα γὰρ ἐνετέταλτο ἐκ Δαρείου, Θρηίκην καταστρέφεσθαι. Θρηίκων δὲ ἔθνος μέγιστόν ἐστι, μετὰ γε Ἰνδούς, πάντων ἀνθρώπων· εἰ δὲ ὑπὸ ἑνὸς ἀρχοιτο, ἢ φρονέοιτο κατὰ τωὐτό, ἀμαχητὶ ἂν εἴη, καὶ

ΤΕΡΨΙΧΟΡΗ.

ΑΤ Persæ qui in Europa sub [1] Megabyzo relicti à Dario erāt, primos ex Hellespontiis Perinthios, Dario subesse recusantes, subegerūt, antea quoque à Pæonibus male affectos. Siquidem Pæones qui sunt à Strymone, admoniti diuino responso vt bellum Perinthiis inferrent: & siquidem à Perinthiis ex aduerso considentibus prouocarentur, nominatim compellantibus, eos inuaderent: sin minus, ab inuadendo abstinerent: ita fecerunt. Enimuero considentibus Perinthiis ex regione Pæonum in suburbanis, ibi singulare certamen triplex ex prouocatione commissum est, viri cum viro, equi cum equo, canis cum cane. Et quum victores duobus certaminibus Perinthii præ gaudio carmen Pæana cantarent, tunc Pæones hoc ipsum esse responsum dei coniectantes, inter se dixere, Nunc oraculum dei perfectum est, nunc nostrum est opus. Atque ita in Perinthios canentes impetum fecerunt, egregieque vincentes ex illis paucos reliquere. [2] Quæ quondam à Pæonibus gesta fuerant, hunc in modum gesta sunt. Tunc autem Perinthii pro libertate strenue pugnantes, tamen multitudine à Megabyzo superati sunt. Perintho capta, Megabyzus per Thraciam arma circumferens, omnes eius vrbes atque omnes nationes pacatas regi reddebat. Hoc enim illi à Dario fuerat imperatum, vt omnem Thraciam subigeret. ¶ Gens Thracum, secundum Indos, omnium maxima est: quæ si aut vnius imperio regeretur, aut idem sentiret, vt mea fert opinio, inexpugnabilis foret, &

1 *Vel*, Megabazo, *si nostra exempl. sequaris: itidemque in sequentibus*, Megabazō, & Megabazus. *Verum & apud alios istud nomen non hoc sed illo scriptum modo inuenitur.* 2 Quæ quondam à Pæonibus acciderant *Perinthiis*, ita se habuerant. *Vel*, Talem quidem olim cladem *Perinthij* à Pæonibus acceperant. Tunc tamen pro libertate stren.

omnium

omnium gentium multo validissima: sed quia id nimis arduum illis est, & nulla ratione contingere potest, ideo imbecilles sunt. Habent autem multa nomina singularum regionum singuli. Moribus tamen ac opinionibus consimilibus imbuti sunt, præter Getas & Trausos, [1] & qui supra Crestonæos incolunt. Ex quibus quæ à Getis fiant qui [2] se pro immortalibus gerunt, à me commemoratum est. Trausi vero in ceteris quidē omnibus idem quod Thraces, verum circa natalia suorum atque obitus hoc factitant: Edito puero, propinqui eum circumsidentes cum ploratione prosequuntur, ob ea mala quæ necesse est illi, quod vitam ingressus sit, perpeti: humanas omnes calamitates recensentes. Hominem autem fato functum, per lusum atque lætitiam terræ demandant, referentes quod malis liberatus in omni sit felicitate. At qui supra Crestonæos incolunt, ista agunt: Singuli plures vxores habent: quorum vbi quis decessit, disceptatio magna fit inter vxores, acri amicorum circa hanc rem studio, quænam dilecta fuerit à marito præcipue. Quæ talis iudicata est & hunc honorem adepta, ea à viris ac mulieribus exornata, ad tumulum à suo propinquissimo mactatur, vnaque cum viro humatur, ceteris vxoribus id sibi pro ingenti calamitate ducentibus. nam id eis summo dedecori datur. Reliquis Thracibus hic mos est: Liberos in mercato venundant. Virgines autem non asseruant, sed quibus libuerit cum viris concumbere sinunt. at vxores asseruant vehementer, easque magno ære à parentibus coemunt. Punctas [3] notis esse frontes, nobile iudicatur: non esse notatas punctis, ignobile. Otiosum esse, pro honestissimo habetur: agricolatorem vero, pro contemptissimo. E bello atque rapto viuere, pulcherrimum. Atque hi quidem sunt eorum insignissimi mores. Deos autem hos solos colunt, Martem, Liberum, Dianam: sed reges, præter populares, etiam Mercurium, eumque è diis præcipue: per quem solum iurant, à quo progenitos quoque se aiunt. Optimatibus eorum tales sunt sepulturæ: Prolato triduum cadauere, mactatisque omnifariis hostiis, conuiuantur. illudque defletum prius, deinde combustum sepeliunt, aut aliter humo contegunt. Aggestoq; desuper tumulo,

IV

V

VI

VII

VIII

reuersus excogitabat quo pacto Adraſtus ipſe demigraret. Quod vbi excogitaſſe ſibi viſus eſt, miſit ad Bœotias Thebas nunciatum, velle ſe [1] afferre Sicyonem Melanippum Aſtaci filium. Eumque tribuentibus Thebanis, in vrbem intulit: atque ei fanum in ipſa curia deſignatum exædificauit munitiſſimo in loco, in quem intulit Melanippum. [2] Quod factum deberet exiſtimari inimiciſſimum Adraſto, quod & Meciſtem fratrem eius & Tydeum generum Melanippus interfeciſſet. Cliſthenes vbi fanum extruxit, hoſtias & dies feſtos Melanippo dedit ab Adraſto ereptos, quibus illum Sicyonii magno cum honore proſequi conſueuerant. Etenim regio Polybi fuerat, qui, quum ſine liberis decederet, imperium Adraſto legauit nepoti ſuo ex filia. eum igitur Sicyonii cum aliis honoribus proſequebantur, tum vero [3] tragicis choris, ita vt non Dionyſum, ſed Adraſtum venerarentur. at Cliſthenes choros quidem Libero, ceteras vero ceremonias Melanippo dicauit. Hæc ille in Adraſtum egit. Tribus autem Dorienſium ne forent eædem Sicyoniis quæ Argiuis, in alia nomina commutauit: ex quibus Sicyonios plurimum ridiculos reddidit. quippe hyos & onou, *id eſt, ſuis & aſini*, [4] vltima nomina pro priſtinis impoſuit, præterquam tribui ſuæ, cui à ſua arche, *id eſt à ſuo imperio*, nomen indidit. itaq; hi tribules Archelai vocabantur: ceterorum autem alii, Hyatæ, *id eſt, ſuales*: alii, Oneatæ, *id eſt aſinales*: alii, Chœreatæ, *id eſt, porcales*. His tribuum nominibus Sicyonii, & Cliſthene imperante, & eo defuncto, adſexaginta annos vſi ſunt, quæ poſtea [5] inter ſe reputantes, in alia tranſtulerunt, Hylleas, Pamphylos, Dymanates: quartæ tribui quam adiecerunt, impoſito cognomine Ægiales, ab Ægialo Adraſti filio. Hæc Sicyonius Cliſthenes: [6] & ipſe (vt mihi videtur) præ contemptu Ionum, ne forent eædem ipſis & Ionibus tribus, Cliſthenem ſibi cognominem imitatus eſt. Quum enim populus Athenienſis fuiſſet antea exagitatus, poſteaquam omnium autoritatem ad ſuam vnius redegit, tum tribuum nomina cenſuit immutanda, & plures ex paucioribus faciendas, decem pro quatuor, & totidem phylarchos, *id eſt, tribuum præfectos*. Ita populo in tribus diſtributo atque compoſito, erat

ἀπελθὼν ὀπίσω, " ἐβάλλετο μηχανὴν τῇ αὐτὸς ὁ Ἄδραστος ἀπαλλάξεται. ὡς δὲ ἁ Ἐξουρηΐς ἐδόκεε, πέμψας ἐς Θήβας τὰς Βοιωτίας, ἔφη ἥξειν ἐπαγόμενος Μελάνιππον Ἀστακοῦ ἁ Θηβαῖοι ἔδοσαν. ἐπαγόμενος ὦν ὁ Κλισθένης Μελάνιππον, τέμενός ἁ ἀπέδειξε ἐν αὐτῷ τῷ πρυτανηίῳ, καί μιν ἵδρυσε ἐνθαῦτα ἐν τῷ ἰσχυροτάτῳ. ἐπηγάγετο δὲ Μελάνιππον ὁ Κλισθένης (ἦν γὰρ τῶν δεῖ ἀπηχθῆσθαι) ὡς ἐχθιστον ἐόντα Ἀδρήστῳ· ὅς τέ οἱ τὸν ἀδελφεὸν ἁ Μηκιστέα ἀπέκτονε, καὶ τὸν γαμβρὸν Τυδέα. ἐπεί τε δὲ ἁ τέμενος ἀπέδεξε, θυσίας τε καὶ ὁρτὰς Ἀδρήστου ἀπελόμενος, ἔδωκε τῷ Μελανίππῳ. ἁ δὲ Σικυώνιοι ἐώθασι μεγαλωστὶ κάρτα ὑμᾶν Ἄδρηστον· ἦν γὰρ χώρη ἐὼν αὐτῇ Πολύβου· ὁ δὲ Ἄδρηστος ἦν Πολύβου θυγατριδέος· ἄπαις δὲ Πόλυβος τελευτᾷ διδοῖ Ἀδρήστῳ τὴν ἀρχήν. τά τε δὴ ἄλλα ἁ Σικυώνιοι ἐτίμων τὸν Ἄδρηστον, καὶ δὴ καὶ τὰ πάθεα αὐτοῦ τραγικοῖσι χοροῖσι ἐγέραιρον· τὸν μὲν Διόνυσον οὐ νομίζοντες, δὲ Ἄδρηστον. Κλισθένης δὲ χορούς μὲν τῷ Διονύσῳ ἀπέδωκε, τὰ δὲ ἄλλα θυσίας τῷ Μελανίππῳ. ταῦτα μὲν ἐς Ἄδρηστον ἁ ἐπεποίητο· Φυλὰς δὲ τὰς Δωριέων, ἵνα δὴ μὴ αἱ αὐταὶ ἔωσι τοῖσι Σικυωνίοισι ἔτι τοῖσι Ἀργείοισι, μετέβαλε ἐς ἄλλα ὀνόματα. ἔνθα καὶ πλεῖσον κατεγέλασε τῶν Σικυωνίων. ἐπὶ γὰρ ὗς τε καὶ ὄνου τὰς ἐπωνυμίας μετατιθεὶς, αὐτὰ τὰ τελευταῖα ἐπέθηκε, πλὴν τοῦ ἑωυτοῦ φυλῆς. ταύτην δὲ τὸ οὔνομα ἀπὸ τοῦ ἑωυτοῦ ἀρχῆς ἔθετο. ὅτοι μὲν δὴ Ἀρχέλαοι ἐκαλέοντο· ἕτεροι δέ, Ὑᾶται ἄλλοι δέ, Ὀνεᾶται ἕτεροι δέ, Χοιρεᾶται. τούτοισι τοῖσι ὀνόμασι τῶν φυλέων ἐχρέωντο οἱ Σικυώνιοι, καὶ ὅτι Κλισθένεος ἀρχοντος. καὶ ἐκείνου τεθνεῶτος, ἔτι ἐπ' ἔτεα ἑξήκοντα. μετέπεμψαν μούσαι λόγον σφίσι δόντες, μετέβαλον ἐς τοὺς Ὑλλέας καὶ Παμφύλους καὶ Δυμᾶνας· τετάρτοις δὲ αὐτοῖσι προσέθεντο ὅτι τοῦ Ἀδρήστου παιδὸς Αἰγιαλέος, τὴν ἐπωνυμίην ποιεύμενοι κεκλῆσθαι Αἰγιαλέας. Ταῦτα μὲν νυν ὁ Σικυώνιος Κλεισθένης ἐπεποιήκεε. ὁ δὲ Ἀθηναῖος Κλισθένης, ἐὼν τοῦ Σικυωνίου τούτου θυγατριδέος, καὶ οὔνομα ὅτι τούτου ἔχων, δοκέων ἐμοὶ, καὶ ἔστι ὑὸς Ἰωνας, ἵνα μὴ σφίσι αἱ αὐταὶ ἔωσι φυλαὶ καὶ Ἴωσι, τὰς ὁμώνυμον Κλισθένεα ἐμιμήσατο. ὃς γὰρ δὴ Ἀθηναίων δῆμον πρότερον ἀπωσμένον, τότε πρώτων προσέθετο τῇ ἑωυτοῦ μοίρῃ, τὰς φυλὰς μετωνόμασε, καὶ ἐποίησε πλείονας ἐξ ἐλασσόνων. δέκα τε δὴ φυλάρχους αὐτὶ τεσσέρων ἐποίησε, δέκα δὲ καὶ δήμους κατένειμε ἐς τὰς φυλάς. ὥστε δῆμον προσθέμενος

1 Reducere, *Sic in ſeq.* 2 Reduxit autem Melanippum Cliſthenes (hoc enim narrandum eſt) vt Adraſto inimiciſſimum, quod & Meciſt. 3 Eius infortunia choris tragicis decorabant, 4 Cognomina enim eorum mutans in alia quibus ὗὸς & ὄνου, *id eſt, ſuis & aſini*, appellationes præfixæ eſſent, vltimas ſyllabas addebat. 5 Quum apud ſe expendiſſent, 6 *Poſt* Cliſthenes, *adde*, fecerat. Athenienſis autem Cliſthenes, quum huius Sicyonii eſſet ex filia nepos, & ab eo nomen haberet, &c.

πολλῷ κατύπερθε τῶν ἀντισασιωτέων. Ἐν τῷ μέρει δὲ ἑωυτῶν ὁ Ἰσαγόρης ἀντιτεκνᾶται τάδε· ἐπικαλέεται Κλεομένεα (Ⓜ) Λακεδαιμόνιον, ξεῖνόν ἑωυτῷ ξεῖνον ἀπὸ τῆς Πεισιστρατιδέων πολιορκίης. (Ⓜ) δὴ Κλεομένεα εἶχε ἀντίη φοιτᾶν παρὰ τὴν Ἰσαγόρεω τὴν γυναῖκα. τὰ μὲν δὴ πρῶτα πέμπων ὁ Κλεομένης ἐς τὰς Ἀθήνας κήρυκα, ἐξέβαλε Κλεισθένεα, καὶ μετ' αὐτοῦ ἄλλους πολλοὺς Ἀθηναίων, τοὺς ἐναγέας ἐπίλεγων. ταῦτα δὲ πέμπων, ἔλεγε ἐκ διδαχῆς τοῦ Ἰσαγόρεω. (ⓐ) μὲν γὰρ Ἀλκμαιωνίδας καὶ (ⓐ) συσσιῶται αὐτέων εἶχον αἰτίην τοῦ φόνου τούτου· αὐτὸς δὲ οὐ μετεῖχε, οὐδ' (ⓐ) φίλοι αὐτοῦ. Οἱ δ' ἐναγέες Ἀθηναίων ὧδε ὠνομάσθησαν· ἦν Κύλων τῶν Ἀθηναίων ἀνὴρ Ὀλυμπιονίκης· ἐπὶ τυραννίδι ἐκόμησε· πρὸς τούτοισι ἐπαμβὼν δὲ ἑταιρηίην τῶν ἡλικιωτέων, καταλαβεῖν τὴν ἀκρόπολιν ἐπειρήθη· οὐ δυνάμενος δὲ ἐπικρατῆσαι, ἱκέτης ἵζεται πρὸς τὸ ἄγαλμα. τούτους ἀνιστέασι μὲν (ⓐ) πρυτάνιες τῶν Ναυκράρων, οἵπερ ἐνέμοντο τότε τὰς Ἀθήνας ἐπωμοσίους, πλὴν ἀπὸ θανάτου. φονεύσαι δὲ αὐτοὺς αἰτίη ἔχει Ἀλκμαιωνίδας. ταῦτα πρὸ τῆς Πεισιστράτου ἡλικίης ἐγένετο. Κλεομένης δὲ ὡς πέμπων ἐξέβαλε Κλεισθένεα καὶ τοὺς ἐναγέας, Κλεισθένης μὲν αὐτὸς ἐπρηξε· μετὰ δὲ, οὐδὲν ἧσσον παρὼν ἐς τὰς Ἀθήνας ὁ Κλεομένης, οὐ σὺν μεγάλῃ χειρί. ἀπικόμενος δὲ ἀγγλατέει ἑπτακόσια ἱστία Ἀθηναίων, τὰ (ⓐ) ἐπέστεον ὁ Ἰσαγόρης. ταῦτα δὲ ποιήσας, δεύτερα τὴν βουλὴν καταλύειν ἐπειρᾶτο. τριηκοσίοισι δὲ τοῖσι Ἰσαγόρεω φασιώτῃσι τὰς ἀρχὰς ἐνεχείριζε. ἀντισταθείσης δὲ τῆς βουλῆς, καὶ οὐ βουλομένης πείθεσθαι, ὅ, τε Κλεομένης καὶ ὁ Ἰσαγόρης καὶ (ⓐ) φασιῶται αὐτοῦ καταλαμβάνουσι τὴν ἀκρόπολιν· Ἀθηναίων δὲ (ⓐ) λοιποὶ τὰ αὐτὰ φρονήσαντες, ἐπολιόρκεον ἡμέρας δύο. τῇ δὲ τρίτῃ ὑποσπόνδους ἐξέρχονται ἐκ τῆς χώρης ὅσοι ἦσαν αὐτέων Λακεδαιμόνιοι. ἐπετελέετο δὲ τῷ Κλεομένεϊ ἡ φήμη. ὡς γὰρ ἀνέβη ἐς τὴν ἀκρόπολιν, μέλλων δὴ αὐτὴν καταλήσειν, πρὸς ἐς τὸ ἄδυτον τῆς θεοῦ, ὡς προσερέων. ἡ δὲ ἱρείη ἐξαναστᾶσα ἐκ τοῦ θρόνου, πρὶν ἢ τὰς θύρας ἀνοῖξαι ἀμείψαι, εἶπε, Ὦ ξεῖνε Λακεδαιμόνιε, πάλιν χώρει, μηδ' ἐσίθ' ἐς τὸ ἱρόν. οὐ γὰρ θεμιτὸν Δωριεῦσι παρίεναι ἐνθαῦτα. ὁ δ' εἶπε, Ὦ γύναι, ἀλλ' οὐ Δωριεύς εἰμι, ἀλλ' Ἀχαιός. ὁ μὲν δὴ τῇ κλεηδόνι οὐδὲν χρεώμενος,

multo superior iis qui erant contrariæ factionis. [1] Superatus in partibus Isagoras, hoc inuicem excogitauit, vt Cleomenem Lacedæmonium aduocaret, iã inde ab obsidione Pisistratidarum sibi hospitem factum: qui quidem culpabatur quod ad vxorem Isagorę ventitaret. is misso primum Athenas caduceatore, Clisthenem eiecit, & cum eo alios complures Athenienses, eos enageas vocans, *q.d. piaculares*, videlicet admonitu Isagoræ hæc dicens. nam Isagoras atque amici eius non erant affines cædis cuius insimulabantur [2] Alcmæonidæ, & qui Athenienſium erant enagees, ita nominabantur, *qui piaculo obstricti erant*. Cylon quidam Athenienſis vir olympionices, affectatæ tyrannidis compertus est. Simulato nanq; æqualium sodalitio arcem occupare conatus est. Id quum efficere non potuisset, assedit simulacro dei supplex, ipse ac socii. hos illinc submouerunt quidem magistratus Naucratiorum, qui tunc Athenas incolebant, data fide puniendi eos citra mortem: sed culpa horum mox interfectorũ fuit penes Alcmæonidas. Hæc ante Pisistrati ætatem gesta sunt. Vbi autem Cleomenes per nũcium eiecit Clisthenem atq; piaculares, quamuis Clisthenes ipse profugisset nihilo secius Athenas venit, nõ magna cum manu, atque illinc septingentas familias *militares* Athenienſiũ, tanquam piaculo contaminatas, relegauit, quas ei suggerebat Isagoras. Hoc acto conabatur secundo loco senatum dissoluere, & magistratus trecentis Isagoræ militibus mandare: verum reluctante senatu, atque obtemperare nolente, Cleomenes Isagorasque cum suæ factionis hominibus arcem occuparunt. quos ceteri Athenienses cum senatu sentientes, biduo obsederunt: tertio die quicunque Lacedæmonii ibi erant, accepta fide, regione discesserunt, [3] rato effecto quod Cleomeni dictum est. nam ei ad occupandam arcem ascendenti, & ad dei penetrale consulendi gratia eunti, exurgens è sella sacerdos, antequam ille valuas referaret, Lacedæmonie, inquit, hospes, retro redeas, neve templum introeas. non enim Doribus hùc introire fas est. Cui Cleomenes, Ego, inquit, mulier, Dores non sum, sed Achæus. Itaque admonitu vti nolens,

1 Superatus autem vicissim Isagoras, hoc contra excogit. 2 Alcmæonidæ enim & qui earundem partium erant, cædis huius inuidiam sustinebant, at ipse *Isagoras* nequaquam, nec eius amici. Enagees autem inter Athenienses ita nominati fuerunt.
3 Omine Cleomeni rato effecto. *Id est, Rato effecto eo quod omine portendebatur Cleomeni. vel, Exitu omen approbante Cleomeni. Quod autem hic φήμην, statim post, κληδόνα vocat, quod Valla interpret.* admonitum.

atque

atque in conatu pergens, tunc quoque iterum à proposito cum Lacedæmoniis decidit. Ceteros autem ad necem vinxere Athenienses, & in iis Timesitheum fratrem eius, cuius manualia opera atque strenuitatem maximam referre possem. Atque hi quidem in vincula coniecti mortem oppetiere. LXXIII Athenienses autem post hæc reuocatis cum Clisthene septingentis *militum* familiis, quas Cleomenes exegerat, Sardis mittunt ad contrahendam cum Persis societatem. Intelligebant enim sibi cum Cleomene atque Lacedæmoniis esse bellandum. Vt Sardis venere nuncii, mandataque exposuere, percontatus est eos Artaphernes Hystaspis filius, Sardium prætor, quinam homines essent Athenienses, & vbi terram incolentes, qui socii Persarum fieri orarent. Vbi id ex nunciis audiuit, ita eis ingenue respondit, Si regi Dario terram darent & aquam, se contracturum cum eis societatem: sin minus, illos abscedere præcepit. Nuncii inter se colloquuti, quod societatem facere cuperent, daturos se esse dixerunt. quo nomine, vbi reuersi sunt domum, LXXIV vehementer accusati sunt. Cleomenes, intelligens ab Athenientibus se & verbis & factis lædi, ex omni Peloponneso copias coegit, dissimulans quem ad finem, quum haberet in animo tum populum Athenientem vlciscī, tum Isagoram constituere tyrannum, quivna cum eo ex arce decesserat. Comparato exercitu ingenti, ipse Eleusina inuasit, & ex composito Bœotii OEnoem occupatūt & Hysias, vltimos Atticæ populos: & ab altera parte Chalcidenses oræ Atticæ loca populabantur. Athenienses etsi ancipiti bello districti, Bœotiorū & Chalcidensium vltione dilata, arma contra Peloponnenses in Eleusine agentes ferunt. LXV Dumque ambo exercitus conserturi prœlium essent, Corinthii, primi omnium secum reputantes iniuste à se agi, [1]auerterunt se, atque abscesserunt. Secundum hos idem fecit Demaratus Aristonis filius, qui & ipse erat rex Spartiatarum, & è Lacedæmone copias contraxerat, nec à Cleomene superiori tempore dissenserat. Ob quam regum dissensionem lex apud Spartam lata est, non licere vtrique regi cum exercitu prodire. (nam prius prodibant) & his seiunctis, alterum quoque è Tyndaridis relinqui: qui & isti antehac ab eis euocati, exercitū ambo comitabantur. Porro tūc

ἐπεχειρησέτε, καὶ τότε πάλιν ἐξεπιστρατεύθη τῶν Λακεδαιμονίων. οὗτοι δὲ ἄλλοι Ἀθηναῖοι κατέδησαν τοὺς ὑπὲρ θανάτου ἐόντας, καὶ Τιμησίθεον τὸν ἀδελφεόν, τοῦ ἔργα χειρῶν τε καὶ λήμματος ἔχομεν ἂν μέγιστα καταλέξαι. ἕτοιμοι μὲν νυν δεδεμένοι ἐτελεύτων. 198

Ἀθηναῖοι δὲ μετὰ ταῦτα Κλισθένεα καὶ τοὺς ἑπτακόσια ὀπίσια τοὺς διωχθέντας ὑπὸ Κλεομένεος μεταπεμψάμενοι, πέμπουσι ἀγγέλους ἐς Σάρδις, συμμαχίην βουλόμενοι ποιήσασθαι πρὸς Πέρσας. ἐπιστάμενοι δὲ σφι πρὸς Λακεδαιμονίους τε καὶ Κλεομένεα ἐκπεπολεμῶσθαι. ἀπικομένων δὲ τῶν ἀγγέλων ἐς τὰς Σάρδις, καὶ λεγόντων τὰ ἐντεταλμένα, Ἀρταφέρνης ὁ Ὑστάσπεος, Σαρδίων ὕπαρχος, ἐπειρώτα τίνες ἐόντες ἀνθρωποι, καὶ ποῦ γῆς οἰκέοντες, δεοίατο Περσέων συμμαχίην γενέσθαι. πυθόμενος δὲ πρὸς τῶν ἀγγέλων, ἀπεκρίνατο σφι τάδε· Εἰ μὲν δίδοσι βασιλεῖ Δαρείῳ Ἀθηναῖοι γῆν τε καὶ ὕδωρ, ὁ δὲ συμμαχίην σφι συνετίθετο· εἰ δὲ μὴ δίδοσι, ἀπαλλάσσεσθαι αὐτοὺς ἐκέλευε. οἱ δὲ ἄγγελοι ὑπὸ σφέων αὐτέων βουλευόμενοι, δίδοναι ἔφασαν, βουλόμενοι τὴν συμμαχίην ποιήσασθαι. ἕτοιμοι μὲν δὴ ἀπελθόντες ἐς τὠυτῷ, αἰτίας μεγάλας ἔσχον. Κλεομένης δὲ ὑπισάμενος πρεσβυτέρῃσι καὶ ἔρξασι τῶν Ἀθηναίων, συνέλεγε ἐκ πάσης Πελοποννήσου στρατόν, οὐ φράζων ἐς ὅ συλλέγει. ὑσάσθαί τε ἐθέλων τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων, καὶ Ἱππίην βουλόμενος τύραννον κατασῆσαι. συνεξῆλθε γὰρ οἱ ἐκ τῆς ἀκροπόλιος. Κλεομένης τε δὴ στόλῳ μεγάλῳ ἐσέβαλε ἐς τὴν Ἐλευσῖνα, καὶ Βοιωτοὶ ἀπὸ συνθήματος Οἰνόην μὲν καὶ τοὺς ἐσχάτους τῆς Ἀττικῆς. Χαλκιδέες τε ὑπὸ τὰ ἕτερα ἐσίνοντο, ὑπιόντες χώρης τῆς Ἀττικῆς. Ἀθηναῖοι δέ, καίπερ ἀμφιβολίην ἐχόμενοι, Βοιωτῶν μὲν καὶ Χαλκιδέων ἐπὶ τερσὶ ἔμελλον μνήμην ποιήσασθαι, Πελοποννησίοισι δὲ ὁδὸν ἐν Ἐλευσῖνι αἰτίην ἔθεντο τοῦτο. Μελλόντων δὲ συνάψειν τὰς τάξις ἐς μάχην, Κορίνθιοι μὲν πρῶτα σφι αὐτοῖσι δόντες λόγον ὡς οὐ ποιοῖεν τὰ δίκαια, μετέβησάν τε καὶ ἀπαλλάσσοντο· μετὰ δὲ, Δημάρητος ὁ Ἀρίστωνος, ἐὼν καὶ οὗτος βασιλεὺς Σπαρτιητέων, καὶ συνεξαγαγών τε τὴν στρατιὴν ἐκ Λακεδαίμονος, καὶ οὐκ ἐὼν διάφορος ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ Κλεομένεϊ. ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς διχοστασίης, ἐτέθη νόμος ἐν Σπάρτῃ, μὴ ἐξεῖναι ἕπεσθαι ἀμφοτέροις τοὺς βασιλέας, ἐξιούσης τῆς στρατιῆς. τέως γὰρ ἀμφότεροι εἵποντο. ὥστε βλυομένου τούτεων τοῦ ἑτέρου, καταλείπεσθαι καὶ τὴν Τυνδαρίδεων τὴν ἑτέρην. τοῦτο μὲν δὴ καὶ ἕτοιμοι ἀμφότεροι, ὑπικλητοὶ σφι ἐόντες, εἵποντο. τότε δὴ

1 Sententiam mutauerunt,

ἐν τῇ Ἐλθυσῖνι ὁρέωντες ⓐ λοιποὶ τῶν συμμάχων τούς τε βασιλῆας τῶν Λακεδαιμονίων οὐκ ὁμολογέοντας, καὶ Κορινθίους ἐκλιπόντας τὴν τάξιν, οἴχονται καὶ αὐτοὶ ἀπαλλαξόμενοι. Τέταρτον δὴ τοῦτο ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν ἀπικόμενοι Δωριέες, δίς τε ἐπὶ πολέμῳ ἐσβαλόντες, καὶ δὶς ἐπ' ἀγαθῷ τοῦ πλήθεος τῶν Ἀθηναίων. πρῶτον μὲν, ὅτε καὶ Μέγαρα κατοίκισαν, ἔστ' ὁ τόλος ἐπὶ Κόδρου βασιλεύοντος Ἀθηναίων, ὀρθῶς ἂν καλέοιτο· δεύτερον δὲ καὶ τρίτον, ὅτε ἐπὶ Πεισιστρατιδέων ἐξέλασιν ὁρμηθέντες, ἐκ Σπάρτης ἀπίκοντο· τέταρτον δὲ τότε, ὅτε ἐς Ἐλθυσῖνα Κλεομένης ἄγων Πελοποννησίους ἐσέβαλε. οὕτω τέταρτον τότε Δωριέες ἐσέβαλον ἐς Ἀθήνας. Διαλυθέντος μὲν τοῦ τόλου τούτου ἀκλεῶς, ἐνθαῦτα Ἀθηναῖοι ἤρξαντο βουλόμενοι, πρῶτα μὲν πατήσαι Βοιωτοὺς καὶ Χαλκιδέας. Βοιωτοὶ μὲν τοῖσι Χαλκιδεῦσι βοηθέοισι ἐπὶ Εὔριπον. Ἀθηναίοισι δὲ ἰδόντι τοὺς Βοιωτοὺς, ἔδοξε πρότερον τοῖσι Βοιωτοῖσι ἢ τοῖσι Χαλκιδεῦσι ἐπιχειρέειν. συμβάλλουσί τε δὴ τοῖσι Βοιωτοῖσι ⓐ Ἀθηναῖοι, καὶ πολλῷ ἐκράτησαν· καρτὶ δὲ πολλοὺς φονεύσαντες, ἑπτακοσίους αὐτέων ἐζώγρησαν. τῆς δὲ αὐτῆς ταύτης ἡμέρης ⓐ Ἀθηναῖοι διαβάντες ἐς τὴν Εὔβοιαν, συμβάλλουσι καὶ τοῖσι Χαλκιδεῦσι. νικήσαντες δὲ καὶ τούτους, τετρακισχιλίους κληρούχους ἐπὶ τῶν ἱπποβοτέων τῇ χώρῃ λείποισι· ⓐ καὶ ἱπποβάτας ἐκάλεσαν ⓐ παχέες τῶν Χαλκιδέων. ὅσους δὲ τούτων ἐζώγρησαν, ἅμα τοῖσι Βοιωτῶν ἐζωγρημένοισι εἶχον ἐν φυλακῇ, ἐς πέδας δήσαντες. χρόνῳ δὲ ὕστερον ἔλυσάν σφεας δίμνεως ἀποτιμησάμενοι. τὰς δὲ πέδας αὐτέων, ἐν τῇσι ἐδεδέατο, ἀνεκρέμασαν ἐς τὸν ἀκρόπολιν, ἀντίον ἐπὶ ἑσπέρην ἐσιεῦσαν, κρεμάμεναι ἐκ τειχέων ἐξεπεφλυσμένων πυρὶ ὑπὸ τῶν Μήδου. αἰτίον δὲ τοῦ μεγάρου τοῦ πρὸς ἑσπέρην τετραμμένου, καὶ τῶν λύτρων τὸν δεκάτην ἀνέθηκαν, ποιησάμενοι τρίποδα χαλκεον· ὃς, ἀριστερῆς χειρὸς ἕστηκε πρῆγμα ἐσιόντι ἐς τὰ πρόπυλαια τὰ ἐν τῇ ἀκροπόλι. ὑπογέγραπται δὲ ⓐ τάδε,

Ἔθνεα Βοιωτῶν καὶ Χαλκιδέων δαμάσαντες
Παῖδες Ἀθηναίων ἔρμασιν ἐν πολέμου,
Δεσμῷ ἐν ἀχλυόεντι σιδηρέῳ ἔσβεσαν ὕβριν.

Τῶν ἱππους δεκάτην Παλλάδι ταύσδ' ἔθεσαν.

Ἀθηναῖοι μὲν νυν πλέονες ἐγένοντο. δηλοῖ δὲ καὶ κατ' ἓν μοῦνον, ἀλλὰ πολλαχῇ ἡ ἰσηγορίη ὡς ἐστὶ χρῆμα ἀσπουδαῖον, εἰ καὶ Ἀθηναῖοι τυραννευόμενοι μὲν, οὐδαμῶν τῶν σφέας περιοικεόντων ἦσαν τὰ πολέμια ἀμείνους,

ceteri socii qui erant in Eleusine, cernentes non conuenire inter reges, & Corinthios aciem deseruisse, & ipsi dilapsi abierunt. Quarto tunc Dores in LXXVI Atticam profecti sunt, bis ad bellandum ingressi, bis ob Athenienſium multitudinis commodum. Primo, quum Megaram coloniam deduxerunt, hęc expeditio recte vocetur, sub Codro Athenienſium rege: iterum ac tertio, quum ad expellēdos Pisistratidas ex Sparta ventū est: quarto, quum Cleomenes Peloponnenſes ducens, Eleusinen inuasit. Ita quarto tūc Dores aduersus Athenas expeditionem sumpserunt. Dilapso igitur LXXVII indecore hoc exercitu, ibi Athenienſes volentes vltum ire iniurias, primam expeditionem fecerunt aduersus Chalcidenſes: quibus Bœotii ad Eurip ū iere suppetias. His conspectis Athenienſes putarunt sibi cum eis prius quam cum Chalcidenſibus pugnam conserendam. itaque congressi cum illis egregie superant, permultisque eorum cæsis, septingentos capiunt. Eodem die transgressi Eubœam, cum Chalcidenſibus conflixere: quibus etiam victis, quatuor millia colonorum in prædiis hippobatarum, *q.d. equitum*, reliquerunt. hippobatæ autem apud Chalcidenſes vocabantur locupletes. Horum quoscunque ceperunt, vna cum Bœotiorum captiuis vinctos in carcerem coniecerunt: quos aliquanto post binis mulctatos minis soluerunt: eorumque vincula quibus alligati fuerant, in arce suspenderunt: quæ ad meam vsque memoriam extabant, pendentia è muris à Medo ambustis, eregione cœnaculi ad occasū spectantis. Decimam quoque [1] redemptionis consecrarunt, facta ærea quadriga, quæ ad siniſtram manum intrantium statim in propylæa arcis stabat, cum hac inscriptione,

Attica perdomitis acri sub marte iuuentus
Bœotûm populis Chalcidicaque manu,
Damna rependerunt vinclis & carcere cæco,
Quorum hæ de decima stant tibi Pallas equæ.

Et Athenienſes quidem augescebant. LXXX Iuris autem æquabilitatem esse rem bonam, nō ex vno tantum, sed vndique datur intelligi: si Athenienſes etiam quamdiu tyrannis subiecti fuerunt, nullis finitimorum in bello præstantiores erant:

1 Pecuniarum à singulis in pretium redemptionis persolutarum

liberati

liberati vero tyrannis, multo omnium primi extitere. Vnde liquet, eos, dum tyrannis parebant, [1] de industria peccasse, tanquam domino laborantes: at libertate parta, sibiipsi quisque rem gerere properabat. [2] Athenienses ita agebant. LXXIX ¶ Thebani autem post hæc vlciscendi illos cupidi, sciscitatum ad deum miserunt. Quibus respondens Pythia, negabat per sese eos posse illos vlcisci, iubebatque vt [3] ad famæ celebritatem referentes rogarent sibi proximos. [4] Reuersis qui missi ad oraculum erant, ac responsum exponentibus, Thebani illud nihili facientes quod referebatur, vt rogarent proximos, dicebant, Nunquid non proxime nos incolunt Tanagtæi Coronæique & Thespienses, qui nostri assidue commilitones, alacri atque concordi in partes animo bella nobiscum tolerant? quid hos rogari oportet? [5] nunquid potius hoc non habendum pro oraculo? LXXX Hæc illis ratiocinantibus, quidam re audita, inquit, Ego quid nobis significare velit oracullum videor mihi intelligere. Asopi duæ filiæ fuisse traduntur, Thebe & Ægina, quæ quoniam sorores sunt, opinor deum respondere nobis vt Æginetas rogemus vicem nostram vlcisci. Thebani, quoniam nulla quam hæc visa est dici potior sententia, protinus misere ad Æginetas orandos auxilia, tanquam proximos, ex dei oraculo. Illi petentibus his auxilia dixere se mittere cum eis Æacidas. Societate Æacidarum freti Thebani, quum lacessissent Athenienses, accepta offensione aduersæ pugnæ, iterum auxilia virorum remissis Æacidis orauerunt. Quorum prece moti Æginetæ, tum magnitudine opum inflati, tum pristinæ inimicitiæ quam gessere cum Atheniensibus memores, bellum illis haud indictum intulerunt. Nam quum Athenienses [6] Bœotiis incumberent, ipsi longis nauibus in Atticam traiicientes, cum alios multos populos in cetera ora maritima, tum Phalerum diripuerunt, magnam ex hac re calamitatem LXXXII Atheniensibus afferentes. Inimicitia autem quam Æginetæ aduersus Atheniẽses habebant, ex hoc initio extitit: Epidaurii, quum sua ipsis terra nihil redderet, de hac calamitate Delphicum consuluere oracullum. Quibus Pythia iussit vt Damiæ & Auxesiæ simulacra erige-

ἀπαλλαχθέντες δὲ τυράννων, μαχέω ἔρρωτοι ἐγένοντο. δηλοῖ ὧν ταῦτα ὅτι κατήκοοι μὲν, ἐθελοκάκεον, ὡς δεσπότῃ ἐργαζόμενοι· ἐλευθερωθέντων δὲ, αὐτὸς ἕκαστος ἑωυτῷ προθυμέεσθαι κατεργάζεσθαι. οὕτω μὲν νυν ταῦτα ἔσχηκαν. Θηβαῖοι δὲ μετὰ ταῦτα ἐς θεὸν ἔπεμπον, βουλόμενοι τίσασθαι Αἰγινήτας. ἡ δὲ Πυθίη ἀπὸ σφέων μὲν αὐτέων οὐκ ἔφη αὐτοῖσι εἶναι ὑπερ, ἐς Πολύφημον, δὲ ξενείσαντας, ἐκέλευε τοὺς ἀγχίστα δέεσθαι. ἀπελθόντων ὧν τῶν θεοπρόπων, ἐξέφερον τὸ χρηστήριον, ἀλίην ποιησάμενοι. ὡς ἐπεπυσμένοι δὲ λεχθέντων αὐτέων τοὺς ἀγχίστα δέεσθαι, Εἶπον Θηβαῖοι ἀκούσαντες τούτεων, Οὐκ ὧν ἀγχίστα ἡμέων οἰκέουσι Τανάγραιοί τε καὶ Κορωναῖοι καὶ Θεσπιέες, καὶ οὗτοί γε ἅμα ἡμῖν ἀεὶ μαχόμενοι, προθύμως σὺν ἡμῖν φέρουσι τὸν πόλεμον; τί δεῖ τούτων γε δέεσθαι; ἀλλὰ μᾶλλον μὴ οὐ τοῦτο ἦ τὸ χρηστήριον. Τοιαῦτα δὴ βουλευομένων, εἶπε δή κοτε μαθών τις, Ἐγώ μοι δοκέω συνιέναι τὸ ἐθέλει λέγειν ἡμῖν τὸ χρηστήριον· Ἀσώπου λέγονται θυγατέρες Θήβη τε καὶ Αἴγινα· τουτέων ἀδελφεῶν ἐουσέων, δοκέω ἡμῖν Αἰγινητέων δέεσθαι τὸν θεὸν χρῆσαι ἡμωρητῆρων γενέσθαι. καὶ, οὐ γὰρ ἄλλως γνώμη ταύτης ἀμείνων ἐδόκεε φανέεσθαι, αὐτίκα πέμψαντες ἐδέοντο Αἰγινητέων, βοηθέειν καλεόμενοι κατὰ τὸ χρηστήριον σφι βοηθέειν, ὡς ἐόντων ἀγχιστέων. οἱ δὲ σφι αὐτέοισι βοηθήσειν ἔφασαν Αἰακίδας συμπέμπειν. Πειρημένων δὲ τῶν Θηβαίων κατὰ τὴν συμμαχίην τῶν Αἰακιδέων, καὶ τειχέων ἀρειφθέντων ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων, αὖτις οἱ Θηβαῖοι πέμψαντες, τοὺς μὲν Αἰακίδας σφι ἀπεδίδοσαν, τῶν δὲ ἀνδρῶν ἐδέοντο. Αἰγινῆται δὲ, εὐδαιμονίῃ τε μεγάλῃ ἐπαρθέντες, καὶ ἔχθρης παλαιῆς ἀναμνησθέντες ἐούσης πρὸς Ἀθηναίους, ὅτε Θηβαίων δεηθέντων, πόλεμον ἀκήρυκτον Ἀθηναίοισι ἐπέφερον. ὑπερεμένων γὰρ αὐτέων Βοιωτοῖσι, ὑπερπλώσαντες μακρῇσι νηυσὶ ἐς τὴν Ἀττικὴν, καὶ μὲν ἔσυραν Φάληρον, καὶ δὲ τῆς ἄλλης παραλίης πολλοὺς δήμους. ποιεῦντες δὲ ταῦτα, μεγάλως Ἀθηναίους ἐσίνεοντο. Ἡ δὲ ἔχθρη ἡ προφειλομένη ἐς Ἀθηναίους ἐκ τῶν Αἰγινητέων, ἐγένετο δὲ ἐξ ἀρχῆς τοιῆσδε· Ἐπιδαυρίοισι ἡ γῆ καρπὸν οὐδένα ἀπεδίδου· περὶ ταύτης ὧν τῆς συμφορῆς Ἐπιδαύριοι ἐχρέοντο ἐν Δελφοῖσι. ἡ δὲ Πυθίη σφέας ἐκέλευε Δαμίης τε καὶ Αὐξησίης ἀγάλματα ἱδρύ-

1 Remisse agere voluisse. *Vel, Operam sedulo non nauasse.* 2 Horum igitur res ita se habebant. *Vel. Hic igitur erat rerum Atheniensium status.* 3 Ad Polyphemum, 4 Reuersi consultores oraculi, quod ab eo responsum erat exposuerunt, conuocata concione. Thebani, quum audirent quod illi dicebant, *nimirum* vt proximos rogarent, Nonne, inquiunt, proxime nos habitant Tanagr. 5 Imo *videndum* ne aliud potius sibi velit oraculum. 6 Bœotos bello premerent,

ται δὲ καὶ σφι ἱδρυσαμένοισι, ἄμεινον σφι οἰσέεσθαι. ἐπὶ πρώτεον ὦν οἱ Ἐπιδαύριοι κότερα χαλκοῦ ποιέονται τὰ ἀγάλματα, ἢ λίθου. ἢ ὑπὸ Πυθίη δὲ δεύτερα τούτων ἔα, ἀπὸ ξύλου ἡμέρης ἐλαίης. ἐδέοντο ὦν οἱ Ἐπιδαύριοι Ἀθηναίων ἐλαίῃ σφι δοῦναι, τὰς ἁγιωτάτας δὴ κείνας νομίζοντες εἶ) (λέγε) ὑπὸ γὰρ οὐκ ἐλαίης ἔσαν ἀποδεδειγμένον κατ' ὀκνον τὸ χρεών, ἢ Ἀθηναίοισι) οἱ ὑπὸ τοῖσδε δώσειν ἔφασαν, ἐπ' ᾧ ἀπάξοισι ἑτέους ἑκάστου τῇ Ἀθηναίῃ τε τῇ πολιάδι ἱερά, καὶ τῷ Ἐρεχθέι. καταινέσαντες δὲ ὑπὸ τούτοισι οἱ Ἐπιδαύριοι, τὸ τε ἐδέοντο ἔτυχον, καὶ ἀγάλματα ἐκ τῶν ἐλαιέων τουτέων ποιησάμενοι, ἱδρύσαντο. καὶ ἤδη τῇ σφι ἔφερε καρπόν, καὶ Ἀθηναίοισι ἐπετέλεον τὰ συνέθεντο. Τοῦτον δὲ τὸν χρεόν, καὶ τὸν περὶ τούτου, Αἰγινῆται Ἐπιδαυρέων ἤκουον, τά τε ἄλλα, καὶ δίκας, ἀμφισβητέοντες ἐς Ἐπίδαυρον, ἐδίδοσάν τε καὶ ἐλάμβανον παρ' ἀλλήλων οἱ Αἰγινῆται. ὡς δὲ ἀπὸ τόδε, νέας τε πληξάμενοι, καὶ ἀγνωμοσύνῃ χρησάμενοι, ἀπέσησαν ἀπὸ τῆς Ἐπιδαυρείων· ἅτε δὴ ἐόντες ἀμφίφοροι, ἐδῃλέοντο αὖτις. ὥστε δὴ θαλασσοκράτορες ἐόντες, καὶ δὴ καὶ τὰ ἀγάλματα τοῦτα τῆς τε Δαμίης καὶ τῆς Αὐξησίης ὑπαρέον) αὐτέων. καὶ σφέα ἀναμισήσαντες ἐσύλησαν ἐκ σφετέρης χώρης ἐς τὸ μεσόγαιον, τῇ Οἰὴ μὲν οὔνομα ἐστί, στάδια δὲ μάλιστά κη ἀπὸ τῆς πόλιος ἐς Ἑκατὸν ἀπέχει. ἱδρυσάμενοι δὲ ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ, θυσίῃσί τε σφέα καὶ χορῇσι γυναικηίοισι κερτόμοισι ἱλάσκονται, χορηγῶν ἀποδεικνυμένων ἑκατέρῃ τῶν δαμίων δέκα ἀνδρῶν. κακῶς δὲ ἠγόρθωσι καὶ χορὸὶ ἄνδρα μὲν οὐδένα, τὰς δὲ ὀπιχωρίας γυναῖκας. ἔσαν δὲ καὶ τοῖσι Ἐπιδαυρίοισι αἱ τοιαῦται ἱερουργίαι· εἰσὶ δὲ σφι καὶ ἄρρητοι ἱερουργίαι. Κλεφθέντων δὲ τῶνδε τῶν ἀγαλμάτων, οἱ Ἐπιδαύριοι τοῖσι Ἀθηναίοισι τὰ ξυνέθεντο, οὐκ ἐπετέλεον. πυνθανόμενοι δὲ οἱ Ἀθηναῖοι ἐμέμφοντο τοῖσι Ἐπιδαυρίοισι. οἱ δὲ ἀπέφαινον λόγῳ ὡς οὐκ ἀδικοῖεν. ὅσον μὲν γὰρ χρεὸν εἶχον τὰ ἀγάλματα ἐν τῇ χώρῃ, ὑπετελέομεν τὰ συνέθεντο. ἐπεὶ δὲ ἐστερήθημεν αὐτέων, οὐ δίκαιον εἶ) ἀποφέρειν ἔτι, μηδὲ τοῦ ἕνεκα ἔχοντας αὐτὰ Αἰγινήτας πειρᾶσθαι ἐκκλέπτειν. πρὸς ταῦτα Ἀθηναῖοι, ἐς Αἴγιναν πέμψαντες, ἀπαιτέουσι τὰ ἀγάλματα. οἱ δὲ Αἰγινῆται ἔφασαν σφίσι τε καὶ Ἀθηναίοισι οὐδὲν πρῆγμα. Ἀθηναῖοι μὲν νῦν λέγουσι, μὴ τὴν ἀπαίτησιν ἀποσαλεῦσαι τελέως μὴ τῶν ἀρχαίων τύπους· οἱ ἀποπεμφθέντες ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, καὶ ἀπικόμενοι ἐς Αἴγιναν, τὰ ἀγάλματα ταῦτα, ὡς σφετέρων ξύλων ἐόντα, ἐπειρῶντο ἐκ τῶν βάθρων ἐξανασπᾶν, ἵνα σφέα ἀναχωμίσωνται.

rent: & postquam erexissent, melius secum actum iri. Sciscitantibusque Epidauriis vtrum ex ære facerent illa an ex lapide, respondit se è neutro fieri finere, sed è ligno oleagino, oleæ tamen, non oleastri. Rogabant igitur Epidaurii Athenienses vt sibi permitterent oleam incidere, qui scilicet oleas illas sacratissimas esse existimarent. (fertur etiam nusquam gentium nisi Athenis illa tempestate oleas fuisse.) Athenienses se vero dixerunt concessuros, hac tamen lege, si quotannis illi sacra Mineruæ vrbanæ & Erechtheo afferent. Accepta condicione Epidaurii quæ rogabant impetrauerunt, & simulacra ex his oleis fabricata statuerunt: terraque sua fructum eis ferente, quod conuenerat Athenienſibus persoluebant. Eo tempore atque superiori Æginetæ Epidauriis parebant tum in aliis tum vero in litibus, quas Æginetæ inter se vel actores, vel rei, illuc se conferentes agebant: verum ex eo tempore fabricatis nauibus, nullo consilio vsi, ab Epidauriis desciuerunt. Factique hostes, ac mari potiti, cum alias clades inferebant, tum simulacra Damiæ & Auxesiæ surripuerunt: eaque asportata, in regionis suæ mediterraneo loco statuerunt, cui nomen est OEæ, viginti ferme procul ab vrbe stadiis. Hoc in loco illis erectis, supplicabant sacrificiis atque iocabundis choris mulierum, denis viris vtrique dæmonum assignatis, qui choris præessent. Chori autem neminem virum [1] nuncupabant, sed indigenas feminas: quæ ceremoniæ apud ipsos quoque Epidaurios fuerant. Surreptis statuis, Epidaurii quod fuerant pacti Athenienſibus non soluebant: cuius rei quum à nunciis Athenienſium admonerentur, reddere rationem cur iniurii non essent: se enim quamdiu apud se statuas habuissent, quod contentum erat exoluisse, eisdem iam viduatos, non debere exoluere, sed Æginetas, qui illas haberent: à quibus id exigi iubebant. Ad eas repetendas Æginam Athenienses miserunt. Æginetæ negare quicquam negocii esse sibi cum Athenienſibus. Athenienses autem aiunt, post repetita simulacra, triremem missam publice cum ciuibus quibusdam: qui Æginam quum venerunt, simulacra, tanquam è suis lignis facta, conati sint suis sedibus emoliri vt asportarent:

χ. ἐκ τῶν ἐμῶν ἀγαλμάτων ἐστὶ ταῦτα

χ. ἀῦται αἱ γυναῖκας

χ. καρτόμοισι αὖτις

1 Probris infectabantur,

quumque

quumque eo pacto auferre nequirent, circumdatis funibus trahere tentasse. Sed dum trahunt, tonitrum & cum tonitruo terræmotum extitisse: eaque de re illos remiges qui trahebant simulacra, ab his in amentiam esse conuersos: & ex hoc morbo sese tanquam hostes mutuo trucidasse, donec vnus ex omnibus relictus est, qui ad Phalerum se recepit. Athenienses quidem ita rem gestam esse memorant. Æginetæ vero negant illos vna cum naui veniisse, (facile enim se vnam nauim, atque adeo compluſculas, etiamsi sibi nullæ fuissent naues, fuisse propulsaturos) sed cum compluribus in ipsorum terram inuasisse, se vero cessisse, nec pugna nauali contendere voluisse. Qui tamen planum facere nequeunt, an quia impares se esse ad pugnandum agnoscerent, cesserint: an volentes permiserint illos facere quod fecerunt. Athenienses certe, quod nulli propugnatores obstarent, egressos è nauibus ad simulacra se conuertisse: & quum ea è suis vestigiis amoliri nequirent, circumdatis restibus trahere ita conatos, donec illic ambo simulacra, dum traherentur, fecere rem apud me fide carentem, alicui alteri credibilem. aiunt enim illa procubuisse sibi in genua, atque ex eo tempore semper genu nixa permansisse. Et hæc quidem Athenienses fecisse: Se vero, quod audirent sibi bellum ab Athenienſibus illatum iri, præparasse Argiuos vt sibi aduersus Athenienses in Æginam descendentes adesset auxilio. Eosque, quum latuissent hostem in traiiciendo ex Epidauro in insulam, in Athenienses, qui nihil præscissent, à nauibus discluſos irruisse: & interea tonitrum ipsis terræmotumque extitisse. Hæc ab Argiuis Æginetisque commemorantur. Athenienses quoque confitentur vnum omnino è suis incolumem in Atticam reuertisse, quem tamen Argiui aiunt superstitem fuisse ex Attico exercitu quem ipsi profligassent. Eundem Athenienses, dæmonio incolumem, nihilo secius periisse referunt, hunc in modum: Quum Athenas se recepisset, clademque renunciasset, vxores eorum qui aduersus Æginam profecti fuerant, indigne ferentes vnum ex omnibus esse reducem, circumfusas hominem prehendisse, ac fibulis vestimentorum pupugisse, percontantes singulas vbi suus vir esset, atque hoc modo hunc fuisse

xxxvi

xxxvij

οὐ δυναμένους δὲ τοῦτο τῷ τρόπῳ αὐτέων κρατῆσαι, περιβαλόντας σειρία ἕλκειν τὰ ἀγάλματα. καὶ σφι ἕλκουσι, βροντή τε, καὶ ἅμα τῇ βροντῇ σεισμὸν ἐπιγενέσθαι· τοὺς δὲ περιπέλτας τοὺς ἕλκοντας, ὑπὸ τούτων ἐλλοφρονῆσαι· παθόντας δὲ τοῦτο, κτείνειν ἀλλήλους ἅτε πολεμίους· ἐς ὃ ὀκτὼ τῶν ἕνα λειφθέντα, ἀναχωρῆσαι αὖτις ἐς Φάληρον. Ἀθηναῖοι μὲν νυν οὕτω λέγουσι γενέσθαι· Αἰγινῆται δὲ, οὐ νηὶ μιῇ ἀπικέσθαι Ἀθηναίους, (μίαν μὲν γὰρ, καὶ ὀλίγῳ πλεῦνας μιῆς, εἰ ἔτυχον ἐοῦσαι νέες, ἀπαμυνέσθαι ἂν δυνατέως) ἀλλὰ πολλῇσι νηυσὶ ἐπιπλέειν. σφι ἐπὶ τὴν χώρην· αὐτοὺς δὲ σφι ἐξελθεῖν, καὶ οὐ ναυμαχῆσαι· οὐκ ἐχόντων δὲ τοῦτο Ἀθηναίων ἀντέχειν, οὔτε εἰ ἔασονες συγγινοσκόμενοι εἰ τῇ ναυμαχίῃ, καὶ τοῦτο ἐξόν, οὔτε εἰ βουλόμενοι ποιῆσαι οἱόντι καὶ ἐποίησαν. Ἀθηναίους μὲν νυν, ἐπεί τε σφι οὐδεὶς ἐς μάχην καθίστατο, ἀποβαίνοντας ἀπὸ τῶν νεῶν, τραπέσθαι πρὸς τὰ ἀγάλματα. οὐ δυναμένους δὲ ἀναστάσας ἐκ τῶν βάθρων αὐτὰ, οὕτω δὴ περιβαλλομένους σειρία, ἕλκειν, ἐς οὗ ἑλκόμενα τὰ ἀγάλματα ἀμφότερα τοῦτο ποιῆσαι· ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες, ἄλλῳ δέ τεῳ. ἐς γὰρ τὰ γόνατα γάρ σφι αὐτὰ πεσεῖν, καὶ ἀπὸ τούτου χρόνου ἁρμοσθῆναι οὕτω ἔχοντα. Ἀθηναίους μὲν δὴ ταῦτα ποιέειν. σφέας δὲ Αἰγινῆται λέγουσι πυθομένους τοὺς Ἀθηναίους, ὡς μᾶλλον ὑπὸ σφέας στρατεύεσθαι, ἑτοίμους Ἀργείους ποιέεσθαι. τοὺς τε δὴ Ἀθηναίους ἀποβεβαικέναι ἐς τὴν Αἰγινήτιν, παρεῖναι βοηθέοντας σφι τοὺς Ἀργείους, καὶ λαθεῖν τε ἐξ Ἐπιδαύρου ἁμβάντας ἐς τὴν νῆσον, καὶ οὐ περιόψεσθαι τοῖσι Ἀθηναίοισι ὑποπεσεῖν ὑποπαμένους ὑπὸ τῶν νεῶν. ἅμα τε ἐν τούτῳ τὴν βροντήν τε γενέσθαι καὶ τὸν σεισμὸν αὐτοῖσι. Λέγεται μὲν νυν ὑπ' Ἀργείων τε καὶ Αἰγινητέων τάδε· ὁμολογέεται δὲ καὶ ὑπ' Ἀθηναίων ἕνα μοῦνον τὸν ἀποσωθέντα αὐτέων ἐς τὴν Ἀττικὴν γενέσθαι. πλὴν Ἀργεῖοι μὲν λέγουσι, αὐτέων τὸ Ἀττικὸν στρατόπεδον διαφθαρέντων, τὸν ἕνα τούτων περιγενέσθαι· Ἀθηναῖοι δέ, δαιμόνιόν. περιγενέσθαι μέντοι καὶ τόνδε τὸν ἕνα, ἀλλ' ἀπολέσθαι τρόπῳ τοιῷδε. χειμαθεὶς γὰρ ἐς τὰς Ἀθήνας, ἀπήγγειλε τὸ πάθος· τοὺς δὲ γυναῖκας τῶν ἐν Αἰγίνῃ στρατευσαμένων ἀνδρῶν, δεινόν τι ποιησαμένας, κεῖνον μοῦνον ἐξ ἁπάντων σωθῆναι, περιελθεῖν τὸν ἄνθρωπον ὅτεῳ λαβόμενος, καὶ κεντήσας τῇσι περόνῃσι τῶν ἱματίων, εἰρωτᾶν ἑκάστην αὐτέων ὁκοῖόν ἐστι ἐωυτῇ ἀνήρ. ἐπεὶ δὲ τὸν μὲν ὕστερον διαφ-

φαρίων. Ἀθηναίοισι δὲ ἐπὶ τῷ πάθεος δυνότερόν τι δόξαν εἶναι τὸ τῶν γυναικῶν ἔργον. σημεῖον μὲν δὴ οὐκ ἔχον ὅτεῳ ζημιώσωσι τὰς γυναῖκας, τὸ δὲ ἐσθῆτα μετέβαλον αὐτέων ἐς τὴν Δωρίδα. ἐφόρεον γὰρ δὴ πρότερον αἱ τῶν Ἀθηναίων γυναῖκες ἐσθῆτα Δωρίδα, τὴν Κορινθίων τῇ ἁπλοϊστάτῃ μετέβαλον ὦν ἐς λίνεον κιθῶνα, ἵνα δὴ περόνησι μὴ χρέωνται. Ἔστι δὲ, ἀληθέι λόγῳ χρεωμένοισι, οὐκ Δωρὶς αὕτη ἡ ἐσθὴς ἀλλὰ παλαιόν, ἀλλὰ Κάφη. ἐπεὶ ἥγε Ἑλλὰς ἡ ἐσθὴς πᾶσα ἡ ἀρχαίη τῶν γυναικῶν, ἡ αὐτὴ ἰωνὶ, τὼυτὸ τῶν Δωρίδα καλέομεν. Τῶσι δὲ Ἀργείοισι καὶ τῶσι Αἰγινήτῃσι, καὶ πρὸς ταῦτα ἔπι τόδε ποιήσαι. νόμον τινὰ ἐσφέρουσι ἑκατέρῃσι τῇσι περόνῃσι ἡμιολίας ποιέεσθαι τῇ ὀρθοστάτεος μέζονι, καὶ ἐς τὸ ἱρὸν τῶν θεῶν τουτέων πρόνας μάλιστα ἀναθήναι τὰς γυναῖκας. Ἀπεχθὲς δὲ μήτε τι ἄλλο προσφέρειν πρὸς τὸ ἱρὸν, μήτε κέραμον, ἀλλ' ἐκ χυτρίδων ὀπισθοφόρων νόμον τὸν λοιπὸν αὐθὶς τῇσι πίνειν. Ἀργείων μὲν νῦν καὶ Αἰγινητέων αἱ γυναῖκες ἔκ τε τούτου κατ' ἔριν τῶν Ἀθηναίων, περόνας ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἐφόρεον μείζονας τῶν ἀστῶν. Τῆς δὲ ἔχθρης τῆς πρὸς Αἰγινήτας Ἀθηναίοισι ὧδε ἡ ἀρχὴ κατέστη ἐφάνη ἐγένετο. τότε δὴ Θηβαίων ὀπιστρατευσάντων τῷ θεῷ τὰ ἀγάλματα ἀπαμύνασθαι βουλόμενοι Αἰγινήτας ἐβοήθεον τοῖσι Βοιωτοῖσι. Αἰγινῆται δὲ ἐδόκεον τῆς Ἀτθίδος τὰ πολλὰ καὶ ἀγαθὰ κατεστράφθαι καὶ Ἀθηναίοισι ὁρμεωμένοισι ἐπ' Αἰγινήτας στρατεύεσθαι, ἦλθε μαντήιον ἐκ Δελφῶν, ἐπιέζοντας ἀπὸ τῶν Αἰγινητέων αἰτίην τεισάσθαι ἔτεα, τῷ ἐνὶ καὶ τεισηκοστῷ, Αἰακῷ τέμενος ἀποδεξάντας, ἄρξεσθαι τοῦ πρὸς Αἰγινήτας πολέμου καὶ σφι χωρήσειν τὰ βούλονται. τοῦτο δὲ ἀούσιμα ἐπιστρατεύωνται, πολλὰ μὲν σφέας ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ χρόνου πείσεσθαι, πολλὰ δὲ καὶ ποιήσειν· τέλος μέντοι καταστρέψασθαι. Ταῦτα ὡς ἀπενεχθέντα ἤκουσαν Ἀθηναῖοι, τὸ μὲν Αἰακῷ τέμενος ἀπεδέξαντο τοῦτο τὸ νῦν ἐπὶ τῆς ἀγορῆς ἵδρυται· τεισήκοντα δὲ ἔτεα οὐκ ἀνέμειναν, ἀκούσαντες ὅκως χρεὼν εἴη ἐπισχεῖν πονηθέντας ὑπ' Αἰγινητέων ἀνάρσια. Ἐς τιμωρίην δὲ παρασκευαζομένοισι αὐτοῖσι, ἐκ Λακεδαιμονίων πρῆγμα ἐγένετο, ἐμποδὼν ἐλθεῖν ἐβούλετο. πυθόμενοι γὰρ Λακεδαιμόνιοι τὰ ἐκ τοῦ Ἀλκμεωνιδέων ἐς τὴν Πυθίην μεμηχανημένα, καὶ τὰ ἐκ τῆς Πυθίης

confectum. Idq; factum mulierũ visum esse Athenienſibus ipsa clade tristius. in quas quum alia ratione animaduertere non possent, vestem illarum in Iadem mutauerunt. nam antea Doridem vestẽ gerebant Atticæ feminæ, simillimam Corinthiæ. eam itaque mutauerunt in lineam, ne fibulis vterentur. [1]Quanquã reuera si ratione vtamur, non las olim vestis fuit, sed Caira. quoniam omnis prisca vestis feminarum Græcarum eadẽ erat quæ nunc, quam Doridem appellamus. Præterea Argiui & Æginetæ idem adhuc factitant. apud quorum vtrosque mos est fibulas faciendi sescuplas mensura quàm tunc consueuerat: quas præcipuæ feminæ eorum templis deorum consecrare solent, neq; aliud quicquam Atticum illic offerre, ne vrceum quidem, sed ex ollis gentilibus in posterum ibidem potare. Eoque contentionis processere Argiuæ atq; Æginęæ mulieres cum Atticis, vt ad meam vsq; ętatem fibulas gestauerint quam antea grãdiores. Odiorum principium Æginetarum in Athenienses hoc, quemadmodum commemoratum est, extitit. Cuius rei circa statuas gestæ memoriam retinentes, libenter Thebanorum rogatu auxilium tulere Bœotiis Æginetæ. Qui quũ maritima Atticæ vastarent, Athenienſesque aduersus Æginam expeditionem inirent, aduenit è Delphis oraculum, vt ab Æginetis lædendis triginta annos abstinerent, tricesimo anno, quum fanum Æaco dicassent, bellum cum Æginetis inchoarent, ad votum eis re succeſſura. Sin bellum continuo inferrent, fore vt interea multa detrimenta acciperent & inferrent, sed ad extremum illos [2]subigerent. Hoc oraculum ad se Athenienses allatum vbi audiere, eatenus ei obtemperandum censuerunt vt Æaco fanum dicarent, quod nunc in foro extructum visitur: [3]sed triginta annis non esse abstinendũ, quod videlicet audisset esse fatale, multa se passuros indigna ab Æginetis, si bello abstinerent. His tamen ad vlciscendum se parantibus, Lacedæmonium factum extitit impedimento. Siquidem Lacedęmonii, audito commento Alcmæonidarum erga Pythiam, & quæ egisset Pythia

Κορινθίη τῇ Ἀθηναίων γυναῖκες ἐσθῆτα Δωρίδα, τὴν Κορινθίων τῇ ἁπλοϊστάτῃ μετέβαλον ὦν ἐς (ιν) λίνεον κιθῶνα, ἵνα δὴ περόνησι μὴ χρέωνται. (Lxxviii)

(χ. ἀπιλίην)

(κ. κρίμνων.)

(Lxxix)

(xc)

1 Vt tamen verum fateamur, non Ionica est hæc vestis ab antiqua origine, sed Caira. omnis enim prisca vestis Græcarum mulierum eadem erat cum illa quam nunc Doricam appellamus. At vero Argiuis & Æginetis hac de caussa consuetudinem istam inualuisse *aiunt*, vt fibulæ fiant mensuræ sescuplo maioris quam quæ tum recepta erat. quin etiam mulieres apud eos templo deorum fibulas præcipue consecrare, *vel fibulas prodonarijs offerre*: Atticum vero, nihil, ac ne laterem quidem, templo offerre: atque adeo vt ibi ex vrceis suæ patriæ potarent, more postea receptum fuisse. *Animaduertendum est autem, in Græco textu interpunctionẽ quæ est post ποιῆσαι, inde translatam ponendam esse post ἔτεα, vt sit, ἔτι καὶ νῦν ποιῆσαι νόμων τοῦδε.* 2 *Vel potius*, Ipsi subigerentur. 3 Sed annos triginta non abstinuerunt, *vel, supersederunt*, quum audissent sibi esse abstinendum, passis hostilia ab Æginetis. His tamen ad vlc.

in ipsos

in ipsos atque Pisistratidas, duplicem se iacturam feciſſe animaduertebant: quod & suos hospites è patria eiecissent, & nulla sibi ex hoc facto gratia ab Athenienſibus haberetur. Præterea oraculis vrgebantur, denunciantibus multa ipsis & [1] indigna ex Athenienſibus futura, quorum antehac securi fuissent, præsertim ex eo quod à Cleomene Spartam reuerso didicerant. Etenim Cleomenes potitus est ex arce Athenienſium oraculis quæ à Pisistratidis prius possessa, quum illi expellerentur, [2] relicta fuerant in templo. Ea Lacedæmonii vbi per Cleomenem accepere, & animaduertebant Athenienſes augescentes, nec ad ipsis obtemperandum vllo modo esse animatos: præterea genus Atticum quod sub tyrannis fuisset infirmum, & ad parendum promptum, nunc parta libertate ipsis par existere: hæc omnia considerantes, accersierunt Hippiam Pisistrati à Sigeo Hellesponti, quo Pisistratidæ confugerant. Postquam Hippias accersitus adfuit, accitis etiam aliorum sociorum nunciis, ita Spartiatæ apud eos verba fecere, [3] Agnoscimus viri socii, nos haud recte egisse, qui ementitis oraculis inducti, viros qui erant nostri in primis hospites, [4] quique in animum inducebant præbere nobis Athenas obnoxias, è patria eiecimus. & quum hæc fecerimus, tamen ingrato populo vrbem tradidimus: qui posteaquam per nos [5] liberatus, despexit nos, pariter ac regem nostrum per dedecus detrimentumque eiecit: inflatusque superbe, famam auget, præcipue quidem Bœotos suos finitimos atque Chalcidenses didicisse qui ipsi sint: sed fore fortassis vt alius quis, si peccauerit, idem discat. Quare, quoniã in illis agendis peccauimus, nunc demus operã vt illuc vna vobiscũ euntes, suppliciũ de illis sumamus. Hac enim de causſa Hippiam & vos è sua quoſq; vrbe accersiuimus, vt publico consensu & communi exercitu reducentes hunc Athenas, reddamus ei quæ abstulimus. Hæc Spartiatæ. Quæ quum alii socii non probarent, quumq;

ὅτι σφέας τε καὶ τὸν Γεισιστρατίδας, συμφορὴν ἐποιεῦντο διπλῆν, ὅτι τε ἄνδρας ξείνους σφι ἐόντας ἐξεληλάκεσαν ἐκ τῆς ἑωυτῶν, καὶ ὅτι ταῦτα ποιήσασι χάεις οὐδεμίη ἐφαίνετο πρὸς τῶν Ἀθηναίων. ἔτι τε πρὸς τούτοισι ἐνῆγον σφέας ⓐ χρησμοὶ, λέγοντες πολλά τε καὶ ἀνάρσια ἔσεσθαι αὐτῖσι ἐξ Ἀθηναίων, τῶν πρότερον μὲν ἔσαν ἀδαέες, τότε δὲ, Κλεομένεος κεμίσαντος ἐς Σπάρτην, ἐξέμαθον. ἐκτήσατο δὲ ὁ Κλεομένης ἐκ τῆς Ἀθηναί- 202
ων ἀκροπόλιος τοὺς χρησμοὺς, τοὺς ἔκτισντο πρότερον μὲν ⓐ Γεισιστρατίδαι, ἐξελαυνόμενοι δὲ ἔλιπον ἐν τῷ ἱρῷ· καταλειφθέντας δὲ ὁ Κλεομένης ἀνέλαβε. Τότε δὲ ὡς ἀνέλαβον ⓐ Λακεδαιμόνιοι τοὺς χρησμοὺς, καὶ τοὺς Ἀθηναίους ἐώρων αὐξομένους, καὶ οὐδαμῶς ἐρίμους ἐόντας πειθαρχέειν σφι, νόῳ λαβόντες ὡς ἐλεύθερον μὲν ἐὸν τὸ ἦθος ὁ Ἀττικὸν, ἰσόρροπον τῷ ἑωυτῶν ἂν ἦθος εἴη, κατεχόμενον δὲ ὑπὸ τυραννίδος, ἀδαὲς, καὶ πειθαρχέεσθαι ἑτοῖμον· μαθόντες ταῦτεον ἔκπεμπον τὸν Ἵππιον ⓐ Γεισιστράτου ἀπὸ Σιγείου τοῦ ἐν Ἑλλησπόντῳ, ἐς ὃ καταφοβήσιοι ⓐ Γεισιστρατίδαι. ἐπεί τε δὲ σφι Ἵππίης καλεόμενος ἦκε, μεταπεμψάμενοι καὶ τοὺς ἄλλων συμμάχων ἀγγέλους, ἔλεγόν σφι Σπαρτιῆται τάδε, Ἄνδρες σύμμαχοι, συγκινώσκομέν ἀδίκοισι ἡμῖν οὐ ποιήσασι ὀρθῶς. ἐπαρθέντες γὰρ χρηστηρίοισι μαντηίοισι, ἄνδρας ξείνους ἐόντας ἡμῖν τὰ μάλιστα, καὶ ἀναδεκομένους εὐπρηξίας παρέξειν τὰς Ἀθήνας, τούτους ἐκ τῆς πατρίδος ἐξηλάσαμεν, καὶ ἔπειτα ποιήσαντες ταῦτα, δήμῳ ἀχρείῳ παρεδώκαμεν τὴν πόλιν· ὃς ἐπεί τε δι' ἡμέας ἐλευθερωθεὶς ἀνέκυψε, ἡμέας μὲν καὶ ⓐ βασιλέα ἡμέων τὸν ἐϋβοίης ἐξέβαλε, δόξαν, ὃ φύσας αὐξάνει· ὥστε ἐκμεμαθήκασι μάλιστα μὲν ⓐ τοῖσι περ αὐτέων Βοιωτοὶ καὶ Χαλκιδέες, τάχα δὲ καὶ δῆλος ἐκμαθήσει ἁμαρτών. ἐπεὶ ὦν ἐκεῖνα ποιήσαντες ἡμάρτομεν, νέῳ πειρησόμεθά σφεας ἅμα ὑμῖν ἀπικόμενοι βιησάμενοι. αὐτὸ δὴ τόδε εἵνεκα τὸν δέ τε Ἱππίην μετεπεμψάμεθα καὶ ὑμέας ἀπὸ τῶν πολίων, ἵνα κοινῷ τε λόγῳ κοινῷ σὺν λαῷ ἐλάσαντες αὖθις ἐς τὰς Ἀθήνας, ἀποδῶμεν τὰ ἀπελόμεθα. Οἱ μὲν ταῦτα ἔλεγον· τῶν δὲ συμμάχων ὁ πλῆθος οὐκ ἐνεδέκετο τοὺς λόγους· οἱ μὲν νέων δῆλοι

1 Hostilia, *vel, atrocia*, ab Athen. fut. quorum *oraculorum* antea quidem ignari fuerant, tum vero cognita habuerant, quum Cleomenes ea Spartam attulisset. iis enim potitus est ex Athenienſium arce oraculis quæ, *&c. vt τὰ πρότερον referat χρηστήρια.*

2 In templo reliquerant: relicta autem Pisistratus acceperat. Lacedæmonii igitur, quum hæc oracula in eorũ manus peruenissent, Athenienſium potentiam crescere & ad parendum ipsorum imperio nullo modo animatos esse videntes, quum apud se considerassent, gentem Atticam tantisper dum libertate potiretur, *vel sui iuris esset*, viribus parem suæ esse futuram, at si tyrannide coerceretur, infirmam & ad imperata faciendum fore promptam: hæc, *inquam*, omnia quum animaduertissent, accersiuerunt Hippiam.

3 Conscii nobis sumus nos haud recte. 4 Quique se Athenas in potestatem nostram redacturos receperant. 5 Liberatus, animo erigi cœpit, nos regemque nostrum per contumeliam eiecit: atque adeo superbe inflatus, suam potentiam auget: vt & iam didicerunt potissimum quidem finitimi eorum Bœoti & Chalcid. discet vero fortasse & alius quem peccare contigerit. *i. non cauta se erga illos gerere. Quod tamen potest aliter etiam exponi, sicut & illud δόξαν φύσας.*

Η. Σακλίος ἠσυχίῳ ἦεν· Κορίνθιος δ' Σωσικλέης ἔλεξε τάδε,
» Ἦ δὴ ὅ, τε οὐρανὸς ἐς γαῖαν ἔνερθε τῆς γῆς, καὶ ἡ γῆ μετ-
» έωρος ὑπὲρ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ οἱ ἄνθρωποι νομὸν ἐν θα-
» λάσσῃ ἕξουσι, καὶ οἱ ἰχθύες τῷ πρότερον ἀνθρώ-
» ποι, ὅτε ὑμεῖς ὦ Λακεδαιμόνιοι ἰσονομίας κατα-
» λύοντες, τυραννίδας ἐς τὰς πόλιας καταγεῖν πρήσ-
» σοιτε. τῷ οὔτε ἀδικώτερον οὐδέν ἐστι κατ'
» ἀνθρώπους, οὔτε μιαφονώτερον. Εἰ γὰρ δὴ τοῦτό
» γε δοκέει ὑμῖν εἶναι χρηστόν, ὥστε τυραννεύεσθαι τὰς
» πόλιας, ἀλλὰ πρῶτοι τύραννον καταστησάμενοι πα-
» ρὰ σφίσι αὐτοῖσι, οὕτω καὶ τοῖσι ἄλλοισι δίζεσθε κατ-
» ιστάναι· νῦν δὲ, ἀνδρὶ ἀπείρῳ ἐόντες τυράννων, καὶ
» φυλάσσοντες δεινότατα τοῦτο ἐν τῇ Σπάρτῃ μὴ
» γενέσθαι, πρήσσετε ἐς τοῦτο συμβήσεις. Εἰ δὲ
» αὐτοῦ ἕκαστοι ἔατε, κατάπερ ἡμεῖς, εἴχετε ἂν περὶ
» αὐτοῦ γνώμας ἀμείνονας συμβάλλεσθαι ἢ περ νῦν.
» Κορινθίοισι γὰρ ἐν πόλιος κατάστασις τοιήδε. ἐν
» ὀλιγαρχίῃ, καὶ οὗτοι Βακχιάδαι καλεόμενοι ἔνε-
» μον τὴν πόλιν· ἐδίδοσαν δὲ καὶ ἤγοντο ἐς ἀλλήλων.
» Ἀμφίονι δὲ ἑνὶ τουτέων τῶν ἀνδρῶν, γίνεται θυ-
» γάτηρ χωλή· οὔνομα δὲ οἱ ἐν Λάβδα. Ταύτην
» (Βακχιαδέων γὰρ οὐδεὶς ἤθελε γήμαι) ἔσχε Ἠ-
» ετίων ὁ Ἐχεκρατίδεος δήμου μὲν ἐὼν Πέτρης ἐών,
» ἀταρὰ τὰ ἀνέκαθεν Λαπίθης τε καὶ Καινίδης. ἐκ
» δὲ οἱ ταύτης γυναικὸς, οὐδεὶ ἐς δεκάτην, παῖδες ἐ-
» γένοντο· ἐξαλη ὧν ἐς Δελφοὺς περὶ γόνου. ἐσιόντα
» δὲ αὐτὸν, ἰθέως ἡ Πυθίη προσεφώνεε τοῖσιδε τοῖ-
» σι ἔπεσι,
» Ἠετίων, οὔ τίς σε τίει πολυλίτον ἐόντα.
» Λάβδα κύει, τέξει δ' ὁλοὸν πέτρον· ἐκ δὲ πεσεῖ-
» ται
» Ἀνδράσι μουναρχῆσι, δικαιώσει δὲ Κόρινθον.
» Ταῦτα χρησθέντα τῷ Ἠετίωνι, ἐξαγγέλλεται κως
» τοῖσι Βακχιάδῃσι, τοῖσι τὸ μὲν πρότερον γεγομένον
» χρηστήριον ἐς Κόρινθον ἐὼν ἄσημον, φέρον τε ἐς τοὺ-
» τὸ καὶ τὸ Ἠετίωνος, καὶ λέγον ὧδε,
» Αἰετὸς ἐν πέτρῃσι κύει. τέξει δὲ λέοντα
» Καρτερὸν, ὠμηστήν· πολλῶν δὲ ὑπὸ γούνατα λύσει.
» Ταῦτά νιν εὖ φράζεσθε Κορίνθιοι, οἱ περὶ καλ-
» λιρρόην οἰκεῖτε καὶ ὀφρυόεντα Κόρινθον.

silentium tenerent, Corinthius Soſicles ita loquutus eſt, [1] Eo tempore cœlum sub terra, ac terra ſuperior cœlo erit, homineſq; domicilium in mari habebunt, quo tempore vos Lacedæmonii rebus publicis euerſis, tyrannides in vrbes introducere conabimini. quibus nihil eſt in rebus humanis neque iniuſtius, neq; magis mortifetum. Quod ſi bonum vobis videtur ciuitates ſubeſſe tyrannidi, ipſi vobis primi tyrannum conſtituite, atq; ita vt aliis conſtituatis operã date. At nunc ipſi tyrannorum expertes, & ne id in Sparta contingat vehementiſſime cauentes, hoc in ſocios ſtuderis efficere: qui ſi eſſetis, vt nos ſumus, experti, meliorem quam nũc facitis, de hac re [2] ſententiam diceretis. Nam iſta res apud Corinthios ciuitatis perturbatio fuit. quum eſſet apud eos paucorum regimẽ: & ii qui Bacchiadæ vocabantur, vrbem incolerent, vltro citroque inter eos matrimonia contrahebantur. Horum vni nomine Amphioni nata eſt filia clauda, cui nomen erat Labda: quam quoniam nemo Bacchiadarum ducere volebat, duxit Eetion Echecratis filius, è Petra quidem tribu, ſed oriundus à Lapithe ac Cæneo. Qui quum neq; ex hac muliere, neque ex alia tolleret liberos, miſſus eſt Delphos ad conſulendum de prole. eum introeuntẽ ſtatim Pythia his verſibus compellauit,

Eetion, te nemo (licet sis tantus) honorat.
Conceptum pariet saxum graue Labda, monarchos
[3] *Qui cadet in ciues, emendabit q; Corinthum.*

[4] Hoc oraculum quod Eetioni redditum eſt, eôdem tendebat quo alterum antea Bacchiadis redditum, haud prius intellectum quam hoc renunciatum eſt in hæc verba,

Concipit in petris aquila, enixura leonem
Robuſtum, ſæuum, genua & qui multa reſoluet.
Hæc bene nunc animis verſate Corinthia proles,
Qui colitis pulchram [5] *Pallenem, altamque Corinthum.*

1 Nunc profecto cælũ ſub terra erit, terraq; cælo ſupereminebit, homines mare incolent, piſces domicilium prius hominum accipient, quum vos Laced. reb. pub. euerſ. t. in vrbes reducere conemini. quibus nihil in reb. hum. nec magis iniuſtũ eſt, nec magis ſanguinarium. *Perinde acſi diceret cum poeta, Omnia naturæ præpoſtera legibus ibunt, Parſq; ſuũro mundi nulla tenebit iter. Omnia iã fient fieri quæ poſſe negabam: quum vos Laced. adeo mutati ſitis vt, &c. Sed legendum* ἢ δὴ ὅ, τε οὐρανὸς, *&c.* 2 Sententiam proponeretis. Talis erat Corinthiis vrbis ſtatus, vt penes paucos imperium eſſet. Quum igitur ii qui Bacchiadæ cognominabantur, ciuitatis gubernacula tenerent, & vltro citroq; matrimonia inter ſe contraherent, contigit vt vni ex his, qui Amphion vocabatur, filia naſceretur quæ clauda eſſet, nomine Labda. Eam quod nullus Bacchiadarum ducere vellet, duxit Eetion, *&c.* 3 Quod cadet. *neque enim videtur poſſe alio referri* πεσεῖται *quam ad* ἀλείπτοχον. 4 Hæc oraculum Eetioni reſpondiſſe, Bacchiadis renunciatur, qui quod prius editum de Corintho fuerat oraculum non intelligebant, quum eôdem quo & illud Eetioni redditum, pertineret.
5 Pirenem,

1 Id ora-

1 Id oraculum quum ad eam diem fuisset indeprehensum, simulatque ex hoc Eetionis patuit eodem vtrumque pertinere, silentio suppressere, animo futurũ Eetionis filium extinguendi. Et vt primum mulier enixa est, miserunt è suo numero decem viros ad tribum in qua habitabat Eetion, qui puerum extinguerent. Isti, postquam ad Petram peruenere, & ad Eetionis atrium accessere, puerum petunt. Labda cur veniissent ignara, 2 paternæq; beneuolentiæ causa veniisse eos rata, affert filium, & in vnius eorum manum porrigit. erat autem inter viam constitutum, vt qui primus eorum puerum cepisset, is humi illum allideret. Verum diuina quadam fortuna puer ei viro cui à Labda traditus erat, arrisit. quam rem illi consideranti miseratio subiit pueri occidendi. Sic misertus alteri tradidit, & ille tertio, atque ita deinceps per manus traditus infans, per omnes decem transiit: ac nemine interimere volente, rursus matri est redditus. Illi egressi atque ante ianuam stantes, alius alium incusabant castigabantque, sed primum præcipue, qui ex conuento non fecisset: donec interiecto temporis spatio placitum est vt rursus introgressi omnes 4 fierent participes cædis. Sed necesse erat ex Eetionis stirpe germinari Corintho perniciem. nam Labda stans pro foribus, hæc omnia exaudiebat: eoque metuens ne illi immutata voluntate acceptum rursus puerum interimerent, asportauit, & in mensura frumentaria occuluit: qui locus visus est minime inuestigabilis, quum sciret, illos, si redirent ad inuestigandum puerum, omnia scrutaturos: vt & contigit. nam introgressis & scrutantibus vbi nõ apparuit, visum est eis abeundum, atque iis à quibus missi essent, dicendum se cuncta quæ illi mandassent perpetrasse: atque ita reuersi dixerunt. Post 5 hæc Eetionis filio crescenti impositum est nomen Cypselo, ob periculum hoc quod deuitauerat in cypsela, *id est, mensura frumentaria*. Vbi autem in virilem adoleuit ætatem, consulenti oraculum Delphis, anceps est redditum, quo fretus Corinthum aggressus occupauit. oraculum autem hoc erat,

Vir locuples nostras hic qui descendit ad ædes

dens, Fili, inquit, quoniam [2] precibus mecum agis vt dicam veritatem, omne tibi verum exponetur: Vt me domum Ariston duxit, tertia quàm me duxerat nocte simulacrum tanquã Aristonis ad me venit, quod posteaquã mecum concubuit, [3] corona quam gestabat, me circũdedit, atq; abiit. Dehinc Ariston aduenit, qui cernens me coronas habentẽ, sciscitabatur quisnam me illis donasset. Ego ipsum dedisse respondi: eoq; id abnuente, iuraui, asserens non bene illum facere qui negaret, quippe qui paulo ante ingressus, vbi mecum coiisset, coronis me donasset. Ariston, cernens me iurantem, intellexit eam rem diuinam fuisse. compertumque est illas coronas fuisse sumptas ex heroico cõditorio, quod est iuxta ianuam aulę extructum, quod vocant Astrobaci: & vates esse hunc eundem heroem responderunt. Habes igitur fili ita vt volebas audire. aut enim ex hoc heroe genitus es, paterque tibi est Astrobacus heros, aut ex Aristone. nam ea te nocte concepi. Verum quod tibi præcipue exprobrant inimici, quod Ariston, quum ei te natum esse nunciatũ est, multis audientibus negauit te suum esse, quia tempus decem mensium non exisset, per inscitiam talium rerum illi hoc verbum excidit. nam mulieres nouem etiam mensium ac septem mensiũ partum edunt, non omnes decimum mensem explentes. ego autem fili septimestrem te genui. Ipse quoque Ariston non diu post agnouit [4] se per imprudentiam id verbum extuliisse. Itaque alias orationes de tua genitura noli admittere. omnia enim verissime audisti. Nam quod ad asinarios attinet, ipsi Leutychidi & iis qui talia loquuntur, suæ vxores de asinariis pariãt filios. Hęc illa dixit. Demaratus auditis quæ volebat, LXX

1 Aristoni fuisse prolificum semen. nam si fuiss. 2 Precibus instas mihi vt dic. ver. 3 Coronas quas gestabat mihi circumposuit. Et hoc quidem abiit, Ariston autem postea venit. 4 Se per stultitiam id verbum emisisse. Cetera autem quæ de tua genitura dicuntur, ne admittito.

sumpto

sumpto viatico per speciem eundi Delphos ad oraculum consulendum, Elin contendit. Eum suspicati Lacedæmonii fugam capessiturum, insequuti sunt. Sed Demaratus iam ex Elide Zacynthum traiecerat, quem illuc transgressi Lacedæmonii prehenderunt, eiusque famulos: sed Zacynthiis eum dedere abnuentibus, Demaratus illinc in Asiam ad regem Darium traiecit: à quo magnifice exceptus est, territorioque ac vrbibus donatus. Ita in Asiam Demaratus abiit, ac tali fortuna vsus est, vir cum aliis in multis factis dictisq; apud Lacedæmonios illustris, tum quod illis olympiadem palmam quadriiugo certamine reportauerat, rem eius solius, ad ea tempora, regum Spartiatarum. Leutychidi autem Menaris filio, qui in regnum amoti Demarati successerat, natus est filius Zeuxidamus, quē nonnulli Spartiatarum Cynisconem, *id est, catulum* vocabant. Is Spartæ non regnauit, ante Leutychidem defunctus, relicto filio Archidamo. Leutychides orbatus filio, alterā duxit vxorem EVrydamen, Menii sororem, Diactoris filiam, ex qua nullam prolem virilem suscepit, sed filiam nomine Lampito: quam Archidamus Zeuxidami filius in matrimoniū accepit, ab ipso Leutychide datam. At ne Leutychides quidem ipse Spartæ consenuit, sed has pœnas Demarato rependit: In expeditione Thessalica dux quū omnia faciendi ius haberet, multum pecuniæ per corruptelam dono accepit, ipseque in re deprehensus, quum sederet in castris, vtraque manu pecuniam tenens, in iudicium delatus è Sparta profugit, domusque eius excisa fuit: & Tegeæ in quam profugerat, mortem obiit. Sed hæc insequenti tempore acta sunt. ¶ Tunc autem Cleomenes, quum sibi res in Demaratum bene cessisset, assumpto protinus Leutychide, contendit aduersus Æginetas, maiorem in modum illis propter ignominiā infensus. Ita Æginetæ vtriusque regis contra se aduentu non repugnandum iam sibi esse putauerunt. ex quibus reges adduxere decem, quos delegere, diuitiis ac genere eminentissimos, cum alios, tū Criū Polycriti, & Casambū Aristocratis filium, qui plurimū habebant potentiæ. Eos in Atticam adductos, penes inimicissimos Æginetis Athenienses deposuerunt. Post hæc Cleomenes,

LXXI

LXXII

XXIII

XXIV

καὶ ἐπόδεξε λακεδαιμονίων, ἐπορεύετο ἐς Ἦλιν· τὰ μὲν λόγῳ φάς ὡς ἐς Δελφοὺς χρησόμενος τὰ χρηστήρια πορεύεται. Λακεδαιμόνιοι δὲ, ὡς σφι πυθόμενοι δημάρητον δρησμῷ ὑποχρέειν, ἐδίωκον· καὶ κως ἔφθη ἐς Ζάκυνθον διαβὰς ὁ Δημάρητος ἐκ τῆς Ἤλιδος. ὑποδεξάντες δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι, αὐτῶν τε ἀπέστησαν, καὶ τοὺς θεραπόντας αὐτοῦ ἀπαιρέονται. μετὰ δὲ, (οὐδὲ γὰρ ἔτι ἐδίδοσαν αὐτὸν οἱ Ζακυνθίοι) ἐνθεῦτεν διαβαίνει ἐς τὴν Ἀσίην πρὸς βασιλέα Δαρεῖον· ὁ δὲ ὑποδεξάμενός τε αὐτὸν μεγαλωστὶ, καὶ γῆν τε καὶ πόλιας ἔδωκε. οὕτω ἀπίκετο ἐς τὴν Ἀσίην Δημάρητος, καὶ τοιαύτη χρησάμενος τύχῃ· δηλά τε Λακεδαιμονίοισι συχνὰ ἐργασί τε καὶ γνώμῃσι ἀποδεξάμενος, ἐν δὲ καὶ Ὀλυμπιάδι ἐλάσας τεθρίππῳ πρώτοισι ἐσέβαλε, μοῦνος τῶν πρὸ τοῦ τῶν ἡγεμόνων βασιλέων ἐν Σπάρτῃ ποιήσας. Λεωτυχίδης δὲ ὁ Μενάρεος, Δημαρήτου καταπαυθέντος, διεδέξατο τὴν βασιληίην· καὶ οἱ παῖς Ζευξίδημος, τὸν δὲ Σπαρτιητέων μετεξέτεροι Κυνίσκον ἐκάλεον. οὗτος ὁ Ζευξίδημος οὐκ ἐβασίλευσε Σπάρτης. τοῦ Λεωτυχίδεω γὰρ τελευτᾷ, λιπὼν παῖδα Ἀρχίδημον. Λεωτυχίδης δὲ τρηχὺς Ζευξιδήμῳ γαμέει δευτέρῳ γυναῖκα Εὐρυδάμην, ἐοῦσαν Μενίου μὲν ἀδελφέην, Διακτορίδεω δὲ θυγατέρα· ἐκ τῆς ἔρσεν μὲν οἱ οὐδὲν, θυγάτηρ δὲ, Λαμπιτώ· τὴν Ἀρχίδημος ὁ Ζευξιδήμου γαμέει, δόντος αὐτῷ Λεωτυχίδεω. Οὐ μὲν οὐδὲ Λεωτυχίδης κατεγήρα ἐν 226
Σπάρτῃ, δικὰ τοιῶν τοιόνδε μιν Δημοκήτῳ δόξαντα ἐξέπεσε· ἐστρατήγησε Λακεδαιμονίοισι ἐς Θεσσαλίην· παρεὼν δὲ ὁ ἱππαρχείσια πρῶτα ποιήσασθαι, ἐδωροδόκησε ἀργύριον πολύ· ἐπὶ δὲ αὖθις φωρᾷ μιν ἐς τὰς ἐσκοπέους, ὑπὸ πατρὸς χειρὶ διπλῇ δρυείῃ, ἔφυγε ἐκ Σπάρτης, ὑπὸ δικαστήριον ἁλοὺς· καὶ οἱ οἰκία κατεσκάφη. ἔφυγε δὲ ἐς Τεγέην, ἐς ἐτελεύτησε ἐν ταύτῃ. ταῦτα μὲν δὴ ἐγίνετο χρόνῳ ὕστερον. Τότε δὲ ὡς οἱ Κλεομένεϊ ἐδεδώδη τὰ ἐς τὸν Δημάρητον φρήσμα, αὖτις αὖ Λεωτυχίδεα, ἅτε ἐόντα οἱ ἐπιτήδεον, ἐπῆλθε· τοὺς δὲ Αἰγινήτας, ὡς φάνη σφι ἔχοντα πρὸς τὸν πολέμιον ἔχων. ὅτε δὲ ὅτε οἱ Αἰγινῆται ἀμφοτέρων τῶν βασιλέων ἡκόντων ἐς αὖτις ἐδικαίευν ἐπὶ αὐτιβάντῳ, ἐκεῖνοί τε ὑπερεξάμενοι ἄνδρας δέκα Αἰγινητέων τοὺς πλείστου ἀξίους καὶ πλούτῳ καὶ γένεϊ, ἦγον ἄλλους τε καὶ δὴ καὶ Κεῖόν τε Πολυκρίτου, καὶ Κάσαμβον Ἀριστοκράτεος, οἵπερ ἐχθρὸν μέγιστον κέαται. ἀγαγόντες δὲ σφέας ἐς γλῶτταν τὴν Ἀττικὴν, ἔνθα δὴ Ἀττικὴν κατὰ λίθην) ἐς τοὺς ἐχθίστους Αἰγινήτῃσι Ἀθηναίους. Μετὰ δὲ ταῦτα, Κλεομένεα

ἐπαίσιον γλυμμένον κακοτεχνήσαντα ἐς Δημάρητον, δεῖμα ἔλαβε Σπαρτιητέων, καὶ ὑποδεξάμενος ἐς Θεσσαλίην. ἐνθεῦτεν δὲ ἀπικόμενος ἐς τὴν Ἀρκαδίην, νεώτερα ἐφύετο πρήγματα, συνιστὰς τοὺς Ἀρκάδας ἐπὶ τὴν Σπάρτην, ἄλλους τε ὅρκιοισι ποιεύμενος ἀγωνοφόρους, ἢν μὴ ἐθέλωσι σφέας αὐτοὺς τῇ αὐτῇ ὁδῷ ἡγήσασθαι. ἔτι δὲ καὶ ἐς Νώνακριν πόλιν πρόθυμος ἦν τοὺς Ἀρκάδων τοὺς περιεστεῶτας ἀγινέων, ὀμόσοντας τὸ Στυγὸς ὕδωρ. ἐν δὲ ταύτῃ τῇ πόλι λέγεται εἶναι τὸ Ἀρκάδων τὸ Στυγὸς ὕδωρ. καὶ δὴ καὶ ἔστι τοιόνδε τι· ὕδωρ ὀλίγον φαινόμενον, ἐκ πέτρης στάζει ἐς ἄγγος, τὸ δὲ ἄγγος αἱμασιῆς λίθου περιδέδεται κύκλος. ἡ δὲ Νώνακρις, ἐν τῇ ἡ πηγὴ αὕτη τυγχάνει ἐοῦσα, πόλις ἐστὶ τῆς Ἀρκαδίης πρὸς Φενεόν. Μαθόντες δὲ Λακεδαιμόνιοι Κλεομένεα ταῦτα πρήσσοντα, κατῆγον αὖθις· δείσαντες δὲ οἱ τοῖσι αὐτοῖσι ἐς Σπάρτην τοῖσι καὶ πρότερον ἦρχε. κατελθόντα δὲ αὖτον, αὐτίκα ἐπελάβετο μανίης νοῦσος, ἐόντα καὶ πρότερον ἐπιμήνιον. ὄκως γάρ τεῳ ἐντύχοι Σπαρτιητέων, ἐνέγραπτε ἐς τὸ πρόσωπον τὸ σκῆπτρον. ποιεῦντα δὲ αὖτον ταῦτα, καὶ παραφρονήσαντα, ἔδησαν οἱ προσήκοντες ἐν ξύλῳ. ὁ δέ, δεθείς, φύλακον μουνωθέντα ἰδὼν τῶν δεσμῶν, αἴτεε μάχαιραν. οὐ βουλομένου δὲ τοῦ φύλακος δοῦναι, ἀπείλεε οἱ μιν αὖτις ποιήσειν ἐς ὃ δείσας ἀπειλὰς ὁ φύλακος (ἦν γάρ τῶν εἱλωτέων) δίδοι οἱ μάχαιραν. Κλεομένης δὲ λαβὼν σίδηρον, ἄρχετο ἐκ τῶν κνημέων ἑωυτὸν λωβώμενος. ὑπιπάμενον γὰρ κατὰ μῆκος τὰς σάρκας, παρεβύσσα ἐκ τῶν κνημέων ἐς τοὺς μηρούς· ἐκ δὲ τῶν μηρῶν ἐς τὰ ἰσχία, καὶ τὰς λαπάρας· ἐς ὃ ἐς τὴν γαστέρα ἀπίκετο, καὶ ταύτην κατατρώσας, ἀπέθανε διπτῷ τοιούτῳ. ὡς μὲν οἱ πολλοὶ λέγουσι Ἑλλήνων, ὅτι τὴν Πυθίην ἀνέγνωσε ἐς τὰ περὶ Δημάρητον γεγόμενα λέγειν· ὡς δὲ Ἀθηναῖοι μοῦνοι λέγουσι, ἔβη ἐς Ἐλευσῖνα ἐσβαλών, ἔκειρε τὸ τέμενος τῶν θεῶν· ὡς δὲ Ἀργεῖοι, ὅτι ἐξ ἱροῦ αὐτέων τοῦ Ἄργου, Ἀργείων τοὺς καταφυγόντας ἐκ τῆς μάχης κατατμήσειε, καὶ αὐτὸ τὸ ἄλσος ἐν ἀλογίῃ ἔχων, ἐνέπρησε. Κλεομένεϊ γὰρ μαντευομένῳ ἐν Δελφοῖσι, ἐχρήσθη Ἄργος αἱρήσειν· ἐπεί τε δὲ Σπαρτιήτας ἄγων ἀπίκετο ἐπὶ ποταμὸν Ἐρασῖνον, ὃς λέγεται ῥέειν ἐκ τῆς Στυμφαλίδος λίμνης. τὸν γὰρ δὴ λίμνην ταύτην ἐς χάσμα ἀφανὲς ἐκδιδοῦσαν, ἀναφαίνεσθαι ἐν Ἄργεϊ, τὸ ἐνθεῦτεν δὲ τὸ

quum eum subiisset metus Spartiatarum, iam manifestus maleficii in Demaratum excogitati, in Thessaliam subterfugit: atque illinc in Arcadiam profectus, res nouas moliebatur, solicitans Arcadas aduersus Spartam, adigensque eos iureiurando ad se sequendum quocunque ipsos educeret. Quinetiam in animo habebat primores illorum ad vrbem Nonacrin ductos adigere ad iusiurandum per aquam Stygis. In hac autem vrbe ab Arcadibus fertur esse Stygis aqua: & est videlicet talis ea aqua: E petra emanat aquula, distillans in vas quoddam, in gyrum macerie præseptum. Nonacris autem vbi fons hic visitur, vrbs Arcadiæ est, ante Pheneon vrbem. Talia molientem Cleomenem Lacedæmonii quum animaduertissent, timentes sibiipsis, Spartam reuocarunt ad pristinam dignitatem. Sed eum reuersum statim morbus insaniæ cepit, iam etiam antea subinsanum. nam vt cuique Spartiatarum obuius erat, in eius faciem infligebat sceptrum. Hæc illum facientem ac desipiscentem propinqui soleis ligneis illigauerunt. Qui custodem digressis aliis solum remansisse cernens, petiit ab eo gladium. custode abnuente dare, ab initio comminabatur quæ mox ei faceret, donec minis conterritus custos (erat enim seruus quidam) gladium tradidit. [1] Eo accepto, Cleomenes à suris incipiens sese detruncabat. In longum namque discindens carnes, è tibiis ad femora processit, è femoribus ad coxarum vertebras atque ilia, quousque peruenit ad vterum, in quo rescindendo, sic expirauit, vt quidem plerique Græcorum memorant, quia Pythiam corruperat ad ea dicenda quæ circa Demaratum acta sunt: vt autem soli Athenienses, quod adortus Eleusinem, fanum deorum fuerat depopulatus: vt Argiui, quia eos qui è pugna fugerant Argiuos, ex Argi templo ipsorum abductos obtruncarat: & [2] ipsum lucum quem in Argia occupasset, incenderat. Cleomeni enim Delphis oraculũ poscenti responsum fuerat, eum Argos esse capturũ. qui posteaquam ad flumen Erasinum copias Spartiatarum duxit, quod flumen è lacu Stymphalio manare fertur: hunc enim lacum in voraginem condi, & Argis postea ex orientem apparere, illincque

1 Cleomenes vero arrepto ferro cepit à tibiis sese lacerare. nam conscindens longis vulneribus carnes, à tibiis sursum versus ad femora perrexit, eque femoribus ad coxas & latera atque ventrem peruenit. *Ita Camer. hunc locum interpret.* 2 Ipsum lucum contemptui habens incend. *Videtur autem hic legisse* ἐν ἀμελίᾳ *pro* ἐν ἀλογίῃ.

iam eam

iam eam aquam vocari Erasinum: ad hoc igitur flumen posteaquam peruenit, ei hostias immolauit: & quum læta non essent exta de flumine transmittendo, dixit delectari se quidem Erasino, qui nollet prodere ciues suos, non tamẽ ideo Argiuos gauisuros. Moxque illinc motis castris ad Thyream venit, & mari taurum quum mactasset, nauibus copias ad regionem Tirynthiam ac Nau-
LXXVII pliam duxit. Id audientes Argiui ad eos arcendos obuiam tendunt ad mare. Et quum aduentarent Tirynthum, in loco cui nomen inditum est Sepia, relicta non magna inter duas acies intercapedine, consederunt eregione Lacedæmoniorum. Neque vero illic pugnam ex aperto reformidabant, sed ne dolo exciperentur. nam ad hanc rem attinebat oraculum quod Pythia ediderat communiter eis atque Milesiis, in hæc verba,

Verum quando marem præuertet femina victrix,
Inter & Argiuos referet præclustris honorem:
Tunc Argiuarum reddet plerasque gementes,
Vt venturorum aiat quis quandoque virorum,
Telo sæuus obit sinuoso corpore serpens.

Hæc omnia Argiuis quum contigissent, metum incutiebant. ideoque eis visum est præcone hostium esse vtendum: atque ita esse faciendum, vt quoties præco Spartiata quippiam Lacedæmoniis denunciaret, idem facerent
XXIIX ipsi. Cleomenes autem animaduertens Argiuos facientes quicquid apud Lacedęmones pręco denunciasset, præcepit suis vt quum præco denunciaret prandendum, tunc raptis armis tenderent in Argiuos. Hoc exequuti Lacedæmonii, in Argiuos [1] è voce præconis prandentes impetum faciunt, eorumque cum multos occiderunt, tum plures in lucũ Argi fuga elapsos circumse-
XXIX derunt. Qui dum assetuantur, Cleomenes hoc sibi faciendũ putauit: Sciscitatus quosdã quos secum habebat perfugas, misit præconẽ ad euocandum nominatim eos Argiuos qui in luco præcluſi erant, ad se redimendos. est autem apud Lacedæmonios redemptio in singulos viros, binæ minæ. Ita Argiuorum quinquaginta, vt quisque euo-

ὕδωρ ἤδη τοῦτο τὸ Ἀργείων Ἐρασῖνον καλέεσθαι. ἀπικόμενος δὲ ὧν ὁ Κλεομένης ὅτι μὲν ποταμὸν τοῦτον, ἐσφαγιάζετο αὐτῷ. καὶ, οὐ γὰρ ἔδαμῶς ἐκαλλιέρεε ἀφαβαίνειν μιν, ἄγαθαι μὲν ἔφη τοῦ Ἐρασίνου οὐ προδιδόντος τοὺς πολίτας, Ἀργείοισι μέντοι οὐδὲ ὡς χαιρήσειν. μετὰ δὲ ταῦτα ἐξαναχωρήσας τὴν ταχίστην κατῆγε ἐς Θυρέην. σφαγιασάμενος δὲ τῇ θαλάσσῃ ταύτῃσι, πλοίοισι σφέας ἤγαγε ἔς τε τὴν Τιρυνθίην χώρην καὶ Ναυπλίην. Ἀργεῖοι δὲ ἐβοήθεον, πυνθανόμενοι ταῦτα, ὅτι θάλασσαν. ὡς δὲ ἀγχοῦ μὲν ἐγίνοντο τῆς Τίρυνθος, χώρῳ δὲ ἐν τούτῳ τῷ κέεται ἡ Σίπεια τοὔνομα, μεταίχμιον οὐ μέγα ἀπολιπόντες, ἵζοντο ἀλλήλοισι τοῖσι Λακεδαιμονίοισι. ἐνθαῦτα δὴ οἱ καὶ Ἀργεῖοι τὴν μὲν ἐκ τῆς φανερῆς μάχην οὐκ ἐφοβέοντο, ἀλλὰ μὴ δόλῳ αἱρεθέωσι. καὶ γὰρ δὴ σφι ἐς τοῦτο τὸ χρῆμα ἔτυχε καὶ χρησμήριον, ὅ τι κοινὰ ἔχρησε ἡ Πυθίη τούτοισί τε καὶ τοῖσι Μιλησίοισι, λέγον οὕτω,

Ἀλλ' ὅτεον ἡ θήλεα ἄρσενα νικήσασα
Ἐξελάσῃ, καὶ κῦδος ἐν Ἀργείοισιν ἄρηται,
Πολλὰς Ἀργείων ἀμφιδρυφέας τότε θήσει·
Ὥς ποτέ τις ἐρέει καὶ ἐπ' ἐσομένων ἀνθρώπων,
Δεινὸς ὄφις τελίκτης ἀπώλετο δουρὶ δαμασθείς.

Ταῦτα δὴ πάντα συνελθόντα, τοῖσι Ἀργείοισι φόβον παρεῖχε· καὶ δή σφι δοκέει ταῦτα ἔδοξε τῷ κήρυκι τῶν πολεμίων χρᾶσθαι. δόξαν δέ σφι, ἐποίεον τοιόνδε· ὅκως ὁ Σπαρτιήτης κήρυξ προσημήνοι τοῖσι Λακεδαιμονίοισι, ἐποίεον καὶ οἱ Ἀργεῖοι τοῦτο. Μαθὼν δὲ ὁ Κλεομένης ποιεῦντας τοὺς Ἀργείους ὁκοῖόν τι ὁ σφέτερος κήρυξ σημήνειε, προαγγέλλει σφι ὅταν σημήνῃ ὁ κήρυξ ποιέεσθαι ἄριστον, τότε ἀναλαβόντας τὰ ὅπλα, χωρέειν ἐς τοὺς Ἀργείους. ταῦτα καὶ ἐγίνετο ὑπὸ τελέα ἐκ τῶν Λακεδαιμονίων. ἄριστον γὰρ ποιεύμενοισι τοῖσι Ἀργείοισι ἐκ τοῦ κηρύγματος, ἐπεκέατο. καὶ πολλοὺς μὲν ἐφόνευσαν αὐτέων, πολλῷ δὲ ἔτι πλείους ἐς τὸ ἄλσος τὸ Ἄργου καταφυγόντας περιίζομενοι ἐφύλασσον. Ἐνθεῦτεν δὲ ὁ Κλεομένης ἐποίεε τοιόνδε· ἔχων ἀνδρομόλους ἄνδρας, καὶ συνηθέας τούτεων, ἐξεκάλεε πέμπων κήρυκα, ὀνομαστὶ λέγων τοὺς ἐν τῷ ἱρῷ ἀπεργμένους τῶν Ἀργείων. ἐξεκάλεε δὲ, φὰς αὐτέων ἔχειν τὰ ἄποινα. ἄποινα δὲ ὅστι Πελοποννησίοισι, δύο μνέας τεταγμένας κατ' ἄνδρα ἀσσύριον ἐκτίνειν. κατὰ πεντήκοντα δὴ ὧν τῶν Ἀργείων ὡς ἑκάστους ἐκάλε-

1. *Id est, Prout præco denunciauerat.*

ὁμβρος ὁ Κλεομβρότης ἀπέκτεινε. ταῦτα δέ κως γινόμενα ἐλελήθεε τοὺς λοιποὺς τοὺς ἐν τῷ τεμένεϊ. ἅτε γὰρ τῶν ἀνθρώπων δένδρεον πυκνὸν ἐόντος τοῦ ἄλσεος, οὐκ ὥρων οἱ ἐντὸς τοὺς ἐκτὸς, ὅ, τι ἔπρησσον· πρὶν γε δὴ αὐτέων τις ἀναβὰς ὀπὶ δένδρου, κατεῖδε τὸ ποιεύμενον. οὐκων δὴ ἐπεκαλέοντο ἐξιέναι. Ἐνταῦτα δὴ ὁ Κλεομβρότης ἐκέλευε πομπά τινα τῶν Εἱλωτέων τοιήνειν ὕλην τοῦ ἄλσος. τῶν δὲ πειθομένων, ἐνέπρησε τὸ ἄλσος. καιομένου δὲ ἤδη, ἐπείρετο τῶν αὐτομόλων, τίνος εἴη θεῶν τὸ ἄλσος. ὁ δὲ ἔφη Ἄργου εἶναι. ὁ δ', ὡς ἤκουσε, ἀναστενάξας μέγα, Εἶπε, Ὦ Ἄπολλον χρηστήριε, ἦ μεγάλως μὲ ἐπάτησας, φάμενος Ἄργος με αἱρήσειν. συμβάλλομαι δὴ ἐξιέναι μοι τὸ χρηστήριον. Μετὰ δὲ ταῦτα, ὁ Κλεομβρότης τὴν μὲν πλέω στρατιὴν ἀπῆκε ἀπιέναι ἐς Σπάρτην· χιλίους δὲ αὐτέων λαβὼν τοὺς ἀρίστους, ἤιε ἐς τὸ Ἡραῖον θύσων. βουλόμενον δὲ αὐτὸν θύειν ὀπὶ τοῦ βωμοῦ, ὁ ἱρεὺς ἀπεῖργε, φὰς οὐκ ὅσιον εἶναι) ξείνῳ αὐτὸν θύειν. ὁ δὲ Κλεομβρότης ἱρεῖα ἐκέλευε τοὺς Εἵλωτας ἀπὸ τοῦ βωμοῦ ἀπαγαγόντας μαστιγῶσαι, καὶ αὐλὸς ἔθυσε. ποιήσας δὲ ταῦτα, ἀπῆιε ἐς τὴν Σπάρτην. Νοσήσαντα δέ μιν ἔσπηγεν ἐς ἔχθεα ἐς τοὺς ἐφόρους, φάμενοί μιν δωροδοκήσαντα, οὐκ ἑλεῖν τὸ Ἄργος, παρεὸν εὐπετέως μιν ἑλεῖν. ὁ δὲ σφι ἔλεξε, οὔτε εἰδὼς ψευδόμενος, ἔτε εἰ ἀληθέα λέγων, ἔχω σαφηνέως εἰπεῖν· ἔλεξε δ' ὧν φάμενος, ἐπεί τε δὴ τὸ τοῦ Ἄργου ἱρὸν εἶλε, δοκέειν οἱ ἐξελήλυθέναι τὸν χρησμὸν τοῦ θεοῦ. πρὸς ὧν ταῦτα οὐ δικαιεῦν πειρᾶν τῆς πόλιος, πρίν γε δὴ ἱρῆσι χρήσηται, μάθη εἴτε οἱ ὁ θεὸς τὸν δα- 228 δοῖ, εἴτε οἱ ἐμποδὼν ἔστηκε. καλλιερεομένῳ δ' ἐν τῷ Ἡραίῳ, ἐκ τοῦ ἀγάλματος τοῦ ξυλέου φλόγα πυρὸς ἐκλάμψαι. μαθεῖν δὲ αὐτὸς οὕτω τοῦτο ἀτρεκέως, ὡς οὐκ αἱρέει τὸ Ἄργος. εἰρομένῳ γὰρ ἐκ τῆς κεφαλῆς τοῦ ἀγάλματος ἐξέλαμψε, αἱρέειν αὐ κατ' ἄκρης τὴν πόλιν· ἐκ τῶν ξυλέων δὲ ἐκλάμψαντος, πᾶν οἱ πεποιῆσθαι ὅσον ὁ θεὸς ἐβούλετο γενέσθαι. ταῦτα δὲ λέγων, πιστά τε καὶ εἰκότα ἐδόκεε Σπαρτιήτῃσι λέγειν, ὥστε ἀπέφυγε πολλὸν τοὺς διώκοντας. Ἄργος δ' αὖ ἀνδρῶν ἐχηρώθη οὕτω ὥστε οἱ δοῦλοι αὐτέων ἔσχον πάντα τὰ χρήματα, ἄρξαντές τε καὶ διέποντες. ἐς ὃ ἐπήβησαν οἱ τῶν ἀπολομένων παῖδες. ἔπειτα σφέας ὕβρι ἀνακτώμενοι, ὁπίσω ἐς ἑωυτοὺς τὸ Ἄργος ἐξέβαλον· ἐξωθεύμενοι δ' οἱ δοῦλοι, μάχῃ ἔσχον Τίρυνθα. τέως μὲν δὴ σφι ἐς ἀλλήλους ἔπειτα οἱ ἐς τοὺς δούλους ἦλθε

catus fuerat, Cleomenes interimebat, quod faciens, latebat ceteros qui in fano erant, vtpote denso luco interiecto, non cernentes quid illi extrinsecus agerent. nisi postquam quidam conscensa arbore, quod fiebat inspexit: vnde non amplius qui euocabantur prodiere. Ibi Cleomenes iussit vnumquenque seruorum lucum materia circumdare: atque illis obtemperantibus, lucum incendit. Eoque iam ardente, percontatus est quendam perfugarum cuiusnam deorum esset ille lucus: perfuga, Argi esse respondit. Quo audito Cleomenes vehementer ingemiscens, O Apollon, inquit, vates, quantopere me frustratus es, dicens me Argos esse capturum. coniicio iam exitum habuisse oraculum. Post hæc maiore copiarum parte Spartam redire permissa, ipse cum mille delectis perrexit ad templum Iunonis, illic sacrificaturus. Sed sacrificare super aram volens, quũ à sacerdote vetaretur, negante fas esse externo illic sacra facere, iussit seruos abductum verberare: ac posteaquam immolauit, Spartam abiit. Reuersum inimici ad ephoros citauerunt, crimini dantes quod pecunia corruptus, Argos, quum facile posset, non cepisset. Quibus respondit Cleomenes (incertum mihi verean falso) se, posteaquam templum Argi cepisset, putasse dei expletum esse oraculum, & proinde non prius tentandam vrbem quam sacris operatus sciret an sibi deus illam traditurus esset, an impedimento futurus. Sibi autem apud Iunonis templum litanti effulsisse flammam è pectoribus simulacri: atq; ita se intellexisse non expugnaturum se Argos. Si enim è capite simulacri flamma extitisset, [1] fore vt vrbem ab arce caperet: quum vero è pectoribus illa extitisset. id omne fuisse confectum quod deus confici voluisset. Hæc dicens, credibilia ac probabilia Spartiatis dicere visus est, multoq; maiore parte sententiarum absolutus. Ceterũ Argos ita viris desolatum est vt serui eorum res omnes susceperint, atque magistratus administrarint, dum filii cæsorum ad puberem adoleuere ætatẽ: qui sese in suum ius asserentes, ac reuersi Argos, mancipia eiecere. Serui eiecti, prœlio Tyrinthem obtinuere, [2] eatenus quidem dum fuit in eis mutua beneuolentia, & donec ad eos venit

LXXX

LXXXI

LXXXII

LXXXIII

LXXXIV

1 Futurum fuisse vt vrbem funditus euerteret: 2 Fuitque mutua inter eos concordia, donec ad seruos venit, &c.

vates

vates quidam Cleandêr, genere Phigaeus ab Arcadia. is persuasit seruis vt dominos adorirentur: vnde bellum inter eos diuturnum extitit, donec Argiui ægre euasere victores. Ob hoc igitur aiunt Argiui Cleomenem ad insaniam redactum, male periisse. Ipsi autem Spartiatæ negant ab vllo dæmonio Cleomenem ad insaniam redactum: sed conuersatione Scytharum, intemperantem meri esse factum, & idcirco furiosum. Scythas enim Nomades, post illatum sibi à Dario bellum, ad illum vlciscendum perstitisse, missisque Spartam nunciis ad societatem faciendam, ita pepigisse, tanquam ex vtrorumque vtilitate foret vt ipsi quidem Scythæ iuxta flumen Phasin conarentur Medicam regionem inuadere, Spartiatæ vero ab Epheso ascendere, & ad certum locum vtrique occurrerent. Cum iis Scythis qui ad hoc missi sunt, consuetudinem habuisse Cleomenem aiunt, atque ex eo nimiam didicisse potandi intemperantiam: seque ob id eum insanisse arbitrari. Vnde quoties intemperantius bibere volunt, aiunt, Epiſcythison, *id est, age Scytham.* Ita de Cleomene referunt Spartiatæ. Mihi vero videtur ille has pœnas Demarato pependisse. ¶ Eum autem esse defunctum vbi audiere Æginetæ, Spartam nuncios misere, vociferatum contra Leutychidem de obsidibus qui Athenis tenerentur. His Lacedæmonii, consilio inito, multum iniuriæ à Leutychide illatum esse censuerunt, hominemque dedendum, quem illi Æginam deportarent pro iis qui Athenis tenerentur. Hunc quum essent ducturi Æginetæ, tunc ad eos Theasides Leoprepis filius, vir Spartæ probatus, Quid, inquit, viri Æginetæ facere vultis? regemne Spartiatarum deditum à suis ciuibus abducere? Si nunc præ iracundia Spartiatæ ita decreuerunt, cauete nequod exitiale malum in vestram regionem (si hoc feceritis) inferant. His auditis Æginetæ ab illo abducendo superfederunt, hac tamen condicione vt secum profectus Athenas Leutychides redderet sibi viros qui illic depositi essent. Vbi Athenas venit Leutychides, ac depositum repoposcit, Athenienses (vt qui reddere nollent) tergiuersari, quod dicerent duos in deponendo reges fuisse, ideoque iniquum esse id alteri sine altero reddi. Quibus

ἀνὴρ μαντις Κλέανδρος, ἡρος ἐὼν Φιγασεὺς ἀπὸ Ἀρκαδίης· ἔπεισε δὲ δούλοις ἀνέγνωσε ὁπὶ θεοὶ σφι δεσπότηισι. ἐκ τούτου ὁ πόλεμός σφι ἦν ὁπὶ χρόνον συχνόν. ἐς ὃ δὴ μόγις Ⓐ Ἀργεῖοι ἐπεκράτησαν. Ἀργεῖοι μὲν νυν ἀπὸ ταῦτα Κλεομένεα φασὶ μανέντα ἀπολέσθαι κακῶς. αὐτοὶ δὲ Σπαρτιῆται φασὶ ἐκ δαιμονίου μὲν οὐδενὸς μανῆναι Κλεομένεα, Σκύθῃσι δὲ ὁμιλήσαντά μιν, ἀκρητοποτέειν γενέσθαι, & ἐκ τούτου μανῆναι. Σκύθας γὰρ δὴ νομάδας, ἐπεί τε σφι Δαρεῖον ἐσβαλεῖν ἐς τὴν χώρην, μετὰ ταῦτα μεμονέναι μιν ἀμύνασθαι· πέμψαντας δὲ ἐς Σπάρτην, συμμαχίην τε ποιέεσθαι, καὶ σιμὸν ἁθροίσαντας ὡς χρεὼν εἴη αὐτοὺς μὲν δὴ τοὺς Σκύθας παρὰ Φᾶσιν ποταμὸν πειρᾶν ἐς τὴν Μηδικὴν ἐσβαλεῖν, σφέας δὲ τοὺς Σπαρτιήτας κελεύειν ἐκ Ἐφέσου ὁρμεωμένους ἀναβαίνειν, καὶ ἔπεσθαι ἐς τωὐτὸ ἀπαντᾶν. Κλεομένεα δὲ λέγεσι, ἥκοντων τῶν Σκυθέων ὁπὶ ταῦτα, ὁμιλέειν σφι μεζόνως. ὁμιλέοντα δὲ μᾶλλον τὸ ἰκνεόμενον, μαθεῖν τὴν ἀκρητοποσίην παρ' αὐτέων. ἐκ τούτου δὲ μανῆναί μιν νομίζουσι Σπαρτιῆται. ἐκ τε τοῦ, ὡς αὐτοὶ λέγεσι, ἐπεὰν ζωρότερον βούλωνται πίνειν, Ἐπισκύθισον λέγεσι. οὕτω δὴ Σπαρτιῆται τὰ περὶ Κλεομένεα λέγεσι· ἐμοὶ δὲ δοκέει εἶναι τὴν ὁ Κλεομένης Δημαρήτῳ ἐκτίσασθαι. Τελευτήσαντος δὲ Κλεομένεος, ὡς ἐπύθοντο Αἰγινῆται, ἔπεμπον ἐς Σπάρτην ἀγγέλους καταδεομένους Λευτυχίδεω τοῦ τῶν ἐν Ἀθήνῃσι ὁμήρων ἐχομένων. Λακεδαιμόνιοι δὲ δικαιότατον σφίσι γενόμενον ἐνόησαν τοῦτο εἶναι Αἰγινήτας ὑπὸ Λευτυχίδεω κακῶν μιν κατέκειν δν, ἔκδοτον ἀγγεῖλαι ἐς Αἴγινάν αὐτὶ τῶν ἐν Ἀθήνῃσι ἐχομένων ἀνδρῶν. μελλόντων δὲ ἄγειν τῶν Αἰγινητέων Ⓑ Λευτυχίδεα, εἷς ἦν σφι Θεασίδης ὁ Λεωπρέπεος, ἐὼν ἐν τῇ Σπάρτῃ δόκιμος ἀνήρ, Τί βούλεσθε ποιέειν ἄνδρες Αἰγινῆται, Ⓒ βασιλέα τῶν Σπαρτιητέων ἔκδοτον ἠνδρωμένον ὑπὸ τῶν πολιητέων ἄγειν; ἐνῦν ὀργῇ χρεωμένοι ἔγνωσαν οὕτω Σπαρτιῆται), ὅκως δὲ ὑστέρης μὴ ὑμῖν, ἢν ταῦτα ποιήσητε, πρόφασιν ἔχοντες κακὸν ἐς τὴν χώρην ἐσβάλωσι. ταῦτα ἀκούσαντες Ⓓ Αἰγινῆται, ἔχοντο τῆς ἀγωγῆς. ὁμολογίῃ δὲ ἐχρήσαντο τοιῇδε, ὁπισθόμενον Λευτυχίδεα ἐς Ἀθήνας, ἀποδοῦναι Αἰγινήτῃσι τοὺς ἄνδρας. Ὡς δὲ ἀπικόμενος Λευτυχίδης ἐς τὰς Ἀθήνας ἀπαιτέει τὴν παρακαταθήκην, οἱ Ἀθηναῖοι πρόφασιν ἔθεντο, οὐ βουλόμενοι ἀποδοῦναι, φάντες δύο σφέας ἔχοντας βασιλέας παραθέσθαι, καὶ οὐ δικαιοῦν τὸν ἕτερον ἄνευ τοῦ ἑτέρου ἀποδιδόναι.

οὐ φαμένων δὲ ἀποδώσειν τὴν Ἀθηναίων, ἔλεξέ
» σφι Λευτυχίδης τάδε, Ὦ Ἀθηναῖοι, ποιέετε μὴν
» ὁκότερα βούλεσθε αὐτοί. καὶ γὰρ ἀποδιδόντες, ποι-
» έετε ὅσια· καὶ μὴ ἀποδιδόντες, τὰ ἐναντία τούτεων.
» ὁκοῖον μέντοι κου ἐν τῇ Σπάρτῃ σωνέχθη γενέ-
» σθαι τοῦ τὰ δικαταθήκης, βούλομαι ὑμῖν εἶπαι.
229 » λέγομεν ἡμεῖς Ⓐ Σπαρτιῆται γενέσθαι ἐν τῇ Λα-
» κεδαίμονι χρῆ τεύτεω γενεὴν τὴν ἀπ' ἐμέο, Γλαῦ-
» κον Ἐπικυδείδεος παῖδα· τόνδε Ⓦ ἄνδρα φαμένῳ
» τά τε ἄλλα πολλὰ τοῦ εἰκέναι τὰ τοιαῦτα, καὶ δὴ καὶ
» ἀκούειν ἄριστα δικαιοσύνης πέρι, πολλῶν ὅσοι τὴν
» Λακεδαίμονα τόνδε Ⓦ χρόνον οἴκεον. σωνενει-
» χθῆναι δὲ Ⓐ ἐν χρόνῳ ἱκνεομένῳ τάδε λέγομεν·
» ἄνδρα Μιλήσιον, ἀπικόμενον ἐς Σπάρτην, βού-
» λεσθαι Ⓐ ἐλθεῖν ἐς λόγους, τοιαῦτα ἐκφήνοντα τοιάδε·
» Ἐμὲ μὲν Μιλήσιος, ἥκω δὲ τῆς σῆς Γλαῦκε δικαιο-
» σύνης βουλόμενος ἀπολαῦσαι· ὡς γὰρ δὴ αὐτὰ
» πᾶσι μὲν τοῖσι ἄλλοισι Ἕλλησι, ἐν δὲ καὶ τοῖσι Ἴω-
» σι τῆς σῆς δικαιοσύνης ἐστὶ λόγος πολλός, ἐμεωυ-
» τῷ λόγους ἐδίδουν καὶ ὅτι ὀπίσινδρομός ἐστι ἀεί ποτε
» ἡ Ἰωνίη, ἡ δὲ Πελοπόννησος ἀσφαλέως ἱδρυμένη·
» καὶ διότι χρήματα οὐδαμοῦ τοῦ αὐτοῦ ἐστὶ ὁρᾶν ἔ-
» χοντας. ταῦτά τε ὦν ὑπελαμβανόμην, καὶ βουλευο-
» μένῳ, ἔδοξέ μοι, τὰ ἡμίσεα πάσης τῆς οὐσίης ἐξαρ-
» σαμένους, θεῖναι παρὰ σοί· οὔ τε ἐξεπίστασθαι ὡς
» μοι χείμενα ἔσται παρὰ σοὶ σῶα. σὺ δή μοι καὶ τὰ
» χρήματα δέξαι, καὶ τάδε τὰ σύμβολα σῴζε λα-
» βών. ὅς δ' ἂν ἔχων ταῦτα ἀπαιτέῃ, τούτῳ ἀπο-
» δοῦναι. ὁμὼς δὴ ἀπὸ Μιλήτου ἥκων ξεῖνος τοσαῦ-
» τα ἔλεξε· Γλαῦκος δὲ ἐδέξατο τοῦ παραθήκην
» κεῖν' ὅπως τῷ εἰρημένῳ λόγῳ. χρόνου δὲ πολλοῦ
» διελθόντος, ἦλθον ἐς τὴν Σπάρτην τούτου τοῦ παρα-
» θεμένου τὰ χρήματα Ⓐ παῖδες. ἐλθόντες δ' ἐς λό-
» γους τῷ Γλαύκῳ, καὶ ἀποδεικνύντες τὰ σύμβολα,
» ἀπαίτεον τὰ χρήματα. ὁ δὲ διωθέετο, αὐτοπρεπέι
» νόμῳ τοιάδε, Οὔτε μέμνημαι τὸ πρῆγμα, οὔτέ με
» τοιφέρει οὐδὲν εἰδέναι τούτεων ὧν ὑμεῖς λέγετε.
» βουλομένῳ τε, ἀναμνησθεὶς, ποιέειν πρὸς τὸ δίκαιον. καὶ
» γὰρ ἐπεὶ ἔλαβον, ὀρθῶς ἀποδοῦναι· καὶ εἰ ἦγε ἀρχὴν
» μὴ ἔλαβον, νόμοισι τοῖσι Ἑλλήνων χρήσομαι ἐς ὑ-
» μέας. ταῦτα ὦν ὑμῖν ἀναβάλλομαι κυρώσειν ἐς τε-
» τάρτεον μηνὸς ἀπὸ τοῦδε. Ⓐ μὲν δὴ Μιλήσιοι συμ-
συμφορὴν ποιεύμενοι » φορὴν ποιεύμενοι, ἀπαλλάσσοντο, ὡς ἀπεστερημέ-
» νοι τῶν χρημάτων. Γλαῦκος δὲ ἐπορεύετο ἐς
» Δελφοὺς χρησόμενος τῷ χρηστηρίῳ. ἐπειρωτῶντα δ'
» αὐτὸν τὸ χρηστήριον εἰ ὅρκῳ τὰ χρήματα λήσεται, ἡ Πυθίη μετέρχεται τοῖσδε τοῖσι ἔπεσι,

negantibus se reddituros, Leutychides, Facite, inquit, Athenienses, vtrum ipsi vultis: si reddetis, sancte facturi, è contrario, si non redditis. Qualis autem res circa depositum contigerit Spartæ, volo referre: Dicimus nos Spartiatæ fuisse tertia ab hinc ætate quendam Glaucum Epicydidis filium, qui cum aliis summis laudibus excellebat, tum iustitia inter omnes optime audiebat qui per id tempus Lacedæmonem incolebant. Et huic procedente tempore contigisse vt vir quidam Milesius Spartam venerit, hominis conueniendi gratia, atque ita sit loquutus, Ego sum vir Milesius, qui ad tuam Glauce fruendam iustitiam venio. Nam quum esset tua fama celebris cum per omnem aliam Græciam, tum vero per Ioniam, apud memetipsum ratiocinatus sum, Ionia quidem semper obnoxia periculis est, Peloponnesus autem tuto fundata, [1] & ob id videre licet eosdem homines nihil habere pecuniarum. Hæc reputanti mihi atque consultanti visum est dimidium mei census in pecuniam redactum deponere penes te, quod probe intelligo hæc penes te depositа mihi incolumia fore: tu vero has pecunias accipe, & hanc notam, quam vna custodi: quam notam quisquis habens reposcet pecuniam, ei reddito. Hæc hospes qui Mileto venerat dixit: atque ea condicione depositum Glaucus accepit. Multo deinde tempore interiecto, filii eius qui pecuniam deposuerat, Spartam veniunt, Glaucum conueniunt: exhibitaque nota pecuniam reposcunt. Ille enimuero repellere homines, atque his verbis è contrario respondere, Neque istius rei quicquam reminiscor, neque ad me pertinet scire quæ dicitis. Volo tamen, [2] reminiscens, quicquid iustum fuerit facere, &, si accepi, iure optimo reddere: sin à principio non accepi, Græcorum legibus in vos vti. Ad quod confirmandum præstituo vobis tempus hinc ad quatuor menses. Ita Milesii [3] facta iactura, tanquam fraudati pecunia, discessere: & Glaucus Delphos se contulit ad oraculum consultandum. Cui consultanti an ὅρκῳ, *id est*, *iureiurando*, pecuniam prædaretur, Pythia respondit his versibus,

1 Et pecunias nequaquam ab iisdem possideri videmus. 2 Si reminiscar, 3 Calamitatem se passos existimantes, vt qui pecunia fraudati essent,

Glauce

Glauce Epicydides equidem expedit ad breue tempus
Sic orco vicisse, interuertisseque nummos:
Deiera, & euorcum quoniam manet exitus idem.
Ast orci natus, qui nomine, qui manibus, qui
Nullis est pedibus, rapide aduenit, vsq; adeo dum
Conuoluens omnem perdat prolemq; domumque:
Cum sobole euorci melius sed postea agetur.

His auditis Glaucus veniam sibi eorum quæ dixisset vt daret, deum obsecrabat. Cui Pythia inquit, idem pollere, tentare deum & facere. Tunc Glaucus accitis Milesiis hospitibus pecuniã reddidit. Cur autem hæc oratio apud vos instituta est, dicetur: Glauci nunc nulla supereſt neque soboles neque domus, quæ illius censeatur: sed ex Sparta radicitus extrita est. Ita bonum est nihil aliud de depositio cogitare quam vt repetentibus reddatur. Leutychides hæc loquutus, quum nihilo magis ab Athenienſibus audiretur, discessit. xxxvii At Æginetæ priusquam superiorum iniuriarum, quas Athenienſibus intulerant, gratificantes Thebanis darent pœnas, hæc fecerant: Quum Athenienſibus succenſerent quod sibi ab illis iniuriam fieri arbitrarentur, se ad vlciſcendum apparabant. Erat autem Athenienſium in Sunio quinqueremis quædam, quam Delum *iam inde à Theseo quotannis* mittebant: hanc Æginetæ locatis insidiis intercepere, plenam primoribus Athenienſium, viroſque alligauere. Ea clade ab Æginetis accepta, Athenienſes non amplius differendum putauerunt quin omnia in illos excogitarent. xxxviii Erat igitur quidam nomine Nicodromus Cnœthi filius, vir in Ægina spectatus: hic suam ipsius priorem abitionem Æginetis imputans, querebatur: qui *prius sua de missione quum transegisset*, cognito Athenienſes esse animatos ad nocendum Æginetis, quibus ipse infenſus esset, composuit cum illis de prodenda Ægina ad certum diem, quo esset rem aggressurus ipse, & illos oporteret venire subsidio. Atque ita ex compoſito vrbem quæ vetus vocabatur occupat. xxxix Sed Athenienſes ad diem non adfuerunt, quia classis eorum par Æginetanæ nondum erat comparata. Qui dũ à Corinthiis cõmodari sibi naues rogant,

Γλαῦκε Ἐπικυδείδη, ὄ μὲν αὐτίκα χέρδιον οὕτω,
Ὄρκῳ νικῆσαι, καὶ χρήματα λῆσασθαι·
Ὄμνυ· ἐπεὶ θάνατός γε καὶ ὅρκον μένει ἄνδρα.
Ἀλλ' ὅρκου παῖς ἐστιν ἀνώνυμος, οὐδὲ ἔπι χεῖρες,
Οὐδὲ πόδες· κραιπνὸς δὲ μετέρχεται, εἰσόκε πᾶσαν
Συμμάρψας ὀλέσῃ θρεπτὼ, καὶ οἶκον ἄπαντα·
Ἀνδρὸς δὲ ὅρκου θρεπτὼ μετόπισθεν ἀμείνων.

Ταῦτα ἀκούσας ὁ Γλαῦκος συγγνώμην τοῦ θεοῦ παραιτέεται αὐτῷ ἀφεῖναι τῶν ῥηθέντων· ἡ δὲ Πυθίη ἔφη, Τὸ πειρηθῆναι τοῦ θεοῦ, καὶ ταῦτα ποιήσαντα, ἶσον εἶναι δυνάσθαι. Γλαῦκος μὲν δὴ, μεταπεμψάμενος τοὺς Μιλησίους ξείνους, ἀποδιδοῖ σφι τὰ χρήματα. Τοῖσι δὲ Ἐρέτρῃσι ὁ λόγος ὧδε ἀπέβη μὴ λέγεσθαι ἐς ὑμέας, ἐξερήσεται. Γλαύκου νῦν οὔτε τι ἀπόγονόν ἐστι οὐδὲν, οὔτε ἔστι οὐδαμῇ νομιζομένη εἶναι Γλαύκου· ἐκτέτεισταί τε παρέρριζος ἐκ Σπάρτης. οὕτω ἀγαθὸν μηδὲ διανοέεσθαι περὶ τῶν παραπλησίων ἄλλο γε, ἢ ἀπαιτεόντων ἀποδιδόναι. Λευτυχίδης μὲν ἔπαθε ταῦτα, ὡς καὶ οὐδὲ οὕτω ἐσήκουον οἱ Ἀθηναῖοι, ἀπαλλάσσετο.

Οἱ δὲ Αἰγινῆται, πρὶν τῶν πρότερον ἀδικημάτων δοῦναι δίκας, τῶν ἐς Ἀθηναίους ὕβρισαν, Θηβαίοισι χαριζόμενοι, ἐποίησαν τοιόνδε· μεμφόμενοι τοῖσι Ἀθηναίοισι, καὶ ἀξιοῦντες ἀδικέεσθαι, ὡς ἀμωρησόμενοι τοὺς Ἀθηναίους παρεσκευάζοντο· καὶ, ἐὼν γὰρ δὴ τοῖσι Ἀθηναίοισι πεντήρης ἔτι Σουνίῳ λοχήσαντες ὧν, τὴν θεωρίδα ναῦν ἑλεῖν πλήρεα ἀνδρῶν τῶν πρώτων Ἀθηναίων. λαβόντες δὲ τοὺς ἄνδρας ἔδησαν. Ἀθηναῖοι δὲ παθόντες ταῦτα πρὸς Αἰγινητέων, οὐκέτι ἀνεβάλλοντο μὴ οὐ πρῶτα μὴ χρήσασθαι ἐπ' Αἰγινήτῃσι. Καὶ ἐὼν γὰρ Νικόδρομος Κνοίθου καλεόμενος ἐν τῇ Αἰγίνῃ, ἀνὴρ δόκιμος. Ἐπ' τούτῳ μεμφόμενος τοῖσι Αἰγινήτῃσι, πρότερον ἑωυτὸν ἐξέλασε ἐκ τῆς νήσου· μαθὼν δὲ ὅτε τοὺς Ἀθηναίους ἀναρτημένους ἔρδειν Αἰγινήτας κακῶς, σωτίδεται Ἀθηναίοισι πρόδοσίν Αἰγίνης, φράσας ἐν ἥτε ἡμέρῃ ἐπιχειρήσει, καὶ ἐκείνους ἐς ἐωυτὸν ἥκειν δεήσει βοηθέοντας. μετὰ ταῦτα καταλαμβάνει μὲν καὶ τὰ σωθήναι ὁ Νικόδρομος Ἀθηναίοισι τὴν παλαιὴν καλεομένην πόλιν· Ἀθηναῖοι δ' οὐ πρόσχωρέονται ἐς δέον· οὐ γὰρ ἔτυχον ἑτοίμας σφι ἀξιόμαχοι τῆσι Αἰγινητέων συμβαλέειν· ἐν ᾧ ὧν Κορινθίων ἐδέοντο χρῆσθαί σφι νέας,

ἐν τούτῳ διεφθάρη τὰ σημήια πα. ⓐ δὲ Κορίνθιοι (ἔσαν γὰρ σφι τῶν ⓦ χρόνον φίλοι ἐς τὰ μάλιστα) Ἀθηναίοισι δίδοσι δεομένοισι εἴκοσι νέας, δίδοσι δὲ πεντηκοντέρους ἀποδόμενοι. δωρεὴν γὰρ ἐν τῷ νόμῳ οὐκ ἐξῆν δοῦναι. ταύτας τε δὴ λαβόντες ⓐ Ἀθηναῖοι, καὶ τὰς σφετέρας, πληρώσαντες ἑβδομήκοντα τὰς πάσας νέας, ἔπλεον ὀπίσω τῆς Αἰγίνης ἡμέρῃ μιῇ τῆς συγκειμένης. Νικόδρομος δὲ, ὡς ⓐ Ἀθηναῖοι ἐς ⓦ καιρὸν οὐ παρεγένοντο, ἐς πλοῖον ἐσβὰς, ἐκδιδρήσκει ἐκ τῆς Αἰγίνης. σὺν δὲ ⓐ καὶ ἄλλοι τῶν Αἰγινητέων εἵποντο, τοῖσι Ἀθηναῖοι Σουνίου οἰκήσαι ἔδοσαν. ἐνθεῦτεν δὲ οὗτοι ὁρμεώμενοι ἔφερόν τε καὶ ἦγον τοὺς ἐν τῇ νήσῳ Αἰγινήτας. ταῦτα μὲν δὴ ὕστερον ἐγένετο. Αἰγινητέων δὲ ⓐ παῖδες, ἐπομόσαντος τοῦ δήμου σφι ἅμα Νικοδρόμῳ, ἐπεκράτησαν· καὶ ἐπειπάσφεας χειρωσάμενοι, ἄξηγον ἀπολέοντες. ἀπὸ τούτου δὲ καὶ ἄλλος σφι ἐγένετο, ὃ ἐκθύσασθαι οὐκ οἷοί τε ἐγένοντο ὀπιμηχανώμενοι, ἀλλ' ἔφθησαν ἐκπεσόντες πρότερον ἐκ τῆς νήσου ἢ σφι ἱλεῶν γενέσθαι τὸν θεόν. ἑξακοσίους γὰρ τοῦ δήμου ζωγρήσαντες, ἄξηγον ὡς ἀπολέοντες· εἷς δέ τις τούτων ἐκφυγὼν τὰ δεσμὰ, καταφεύγει πρὸς τὸ πρόθυρα Δήμητρος θεσμοφόρου. ἐπιλαβόμενος δὲ τῆς ὀπίσω θύρης, εἶχε. ⓐ δὲ, ἐπεί τε μιν ἐπασσάσαν ἐκ οἷοί τε ἐπέλκοντες ἐγένοντο, ἀποκόψαντες αὐτοῦ τὰς χεῖρας, ἦγον οὕτω. αἱ χεῖρες ἔχειναι ἐμπεφυκυῖαι ἔτι ἦσαν τοῖσι ὀπίσω ἤροι. Ταῦτα μὲν νυν σφέας ⓐ Αἰγινῆται ἐργάσαντο. Ἀθηναίοισι δὲ ἧκοισι ναυμαχήσαν νῆσοι ἑβδομήκοντα· ἑσταθέντες δὲ τῇ ναυμαχίῃ, ἐπεκαλέοντο τούτοις αὐλῆς τοῦ καὶ πρότερον, Ἀργείους· καὶ δὴ σφι οὗτοι μὲν οὐκέτι βοηθέοισι, μεμφόμενοι ὅτι Αἰγιναίων νέες ἀναγκὴ λαμφθεῖσαι ὑπὸ Κλεομένεος, ἔσχον τε ἐς τὸν Ἀργολίδα χῶρον, καὶ συναπέβησαν Λακεδαιμονίοισι. συναπέβησαν δὲ καὶ ἀπὸ Σικυωνίων ἄνδρες τῇ αὐτῇ ταύτῃ ἐσβολῇ· καὶ σφι ὑπὸ Ἀργείων ἐπεβλήθη ζημίη, χίλια τάλαντα ἐκτίσαι, πεντακόσια ἑκατέροισι. Σικυώνιοι μὲν νυν συνιέντες ἀδικήσαι, ὡμολόγησαν, ἑκατὸν τάλαντα ἐκλύσαντες, ἀζήμιοι εἶναι· Αἰγινῆται δὲ οὔτε συνεγνώσκοντο, ἐόντες τε αὐθαδέστεροι. Ἀμφὶ δὲ τοῖσι δεομένοισι, ἀπὸ μὲν τοῦ δημοσίου οὐδεὶς Ἀργείων ἔτι ἐβοήθεε, ἐθελοντὴς δὲ ἐς χιλίους. ἦγε δὲ αὐτοὺς στρατηγὸς Εὐρυβάτης, πενταέθλου ἐπασκήσας· τούτων ⓐ πλεῦ-

interea res corrupta est. Corinthii autem per id tempus Athenienſibus amiciſſimi dedere rogantibus naues viginti, ſed dantes vendiderunt ſingulas quinis drachmis: quoniam eas dono dare vetabantur lege. His acceptis Athenienſes, & ſuis inſtructis in ſummam ſeptuaginta numero, in Æginam nauigauerunt, peruenerunt que poſtridie eius diei qui erat deſtinatus. Qui quum ad diem non adeſſent, conſcenſo nauigio Nicodromus ex Ægina profugit, aliis nonnullis Æginetarum eum comitantibus, quibus Athenienſes Sunium incolendum dederunt. Vnde iſti prodeuntes, eos qui in inſula erant Ægineras & ferebant & agebant. ſed hæc poſterius acta ſunt. Ceterum proceres Æginetarum, ſuperata plebe quæ vna cum Nicodromo tumultum in ipſis fecerat, mox eos quos ceperant, ad necem abducebant. Vnde piaculum admiſere quod nullo ſtudio expiare potuerunt, præoccupatique, prius ex inſula ſunt deiecti quam deum ſibi propitiarent. nam quum ſeptingentos è plebe quos viuos ceperant, ad necem educerent, vnus eorum è vinculis elapſus fugit ad Cereris legiferæ veſtibulum, eiuſque cardinibus prehenſis adhærebat: quem illi quum auellere non poſſent, abſciſſis viri manibus ita deduxerunt: quæ manus cardinibus confertæ manſerunt. Hæc quum ipſis feciſſent Æginetæ, claſſe ſeptuaginta nauium cum Athenienſibus qui ſuperuenere congreſſi, ſuperantur. Victi nauali prœlio, coſdem quos prius Argiuos in auxilium vocauerunt: ſed illi noluere eis amplius auxilio eſſe, cauſſati quod & naues Æginæ neceſſario ſumptæ à Cleomene oram Argolidem tenuiſſent, & ipſi cum Lacedæmoniis in terram deſcendiſſent, vt nonnulli quoque è Sicyoniis nauibus deſcenderent in eadem contra ipſos expeditione. Quo nomine vtriſque mulcta ab Argiuis iniuncta eſt mille talentorum, quorum quingena vterque populus ſolueret. ſed quum Sicyonii ſuam culpam agnoſcentes, centum talentis cum Argiuis decidiſſent, Æginetæ ne agnoſcere quidem culpam voluere: erant enim ſuperbiores. Eapropter rogantibus eis nemo amplius Argiuorum publice auxilium tulit, ſed voluntariorum circiter mille, duce quodam cui nomen erat EVrybates, [1] quinq; palmarum viro. quorum

1 Qui quinque gymnaſtica certamina obierat.

plerique

plerique non remeauere, sed in Ægina sub Athenienſibus occubuere. Et ipſe dux EVrybates ſingulari certamine ter victor, quarto ſub Sophane Decelis filio oppetiit. Verum Æginetæ ſua claſſe adorti incompoſitos Athenienſes ſuperauere, eorumque naues quatuor cum ipſis pugnatoribus cepere. Et Athenienſes quidem bellum cum Æginetis contraxerant. ¶ PERSES autem quæ ipſius partes erant exequebatur, cum famulo aſſidue in memoriam redigente vt reminiſceretur Athenienſium, tum Piſiſtratidis aſſidentibus, Athenienſeſque criminantibus, tum cupiditate per hunc prætextum quo nixus erat, ſubigendi Græcos quicunque ſibi terram & aquam denegaſſent. Itaque Mardonium, qui male rem naualem geſſerat, præfectura amouit, alioſque deſignatos duces aduerſus Eretriam & Athenas miſit, Datin genere Medum, & Artaphernem Artaphernis fratris ſui filium, datis mandatis vt Athenas atque Eretriam diriperent, captiuoſque in conſpectum adducerent. Poſtquam hi duces declarati, ab rege digreſſi, ad planitiem Ciliciæ maritimam deuenere cum ingenti ac bene inſtructo exercitu, & ibi caſtra poſuere, aduenerunt nauticæ copiæ omnes, vt ſingulis erant imperatæ: ad hæc hippagogæ naues, quas ſuperiore Darius anno mandauerat tributariis ſuis præparandas. In has introductis equis atque terreſtri peditatu, ſexcentis cum triremibus in Ioniam contenderunt. Hîc non recto curſu ſecundum continentem, Helleſpontum & Thraciam verſus nauigabant, ſed è Samo vnde ſoluerant, præter Icarium, interque inſulas: præcipue quidem (vt ego ſentio) metu circumeundi Athon, quem ſuperiori anno circumnauigantes, magnam iacturam fecerant: ſed & coacti propter Naxon, quam antea non cepiſſent. Ad quam poſteaquam ex Icario pelago appulſi ſunt (in hanc enim vt primum copiæ ducerentur, Perſæ vrgebant) Naxii memores priorum, fuga ſe in montes concitauerunt, non auſi reſiſtere. Eorum autem quos adepti ſunt Perſæ quum in ſeruitutem rapuiſſent, delubra atque vrbem incenderunt. His actis ad cæteras inſulas redeunt. Hæc dum iſti agunt, Delii relicta & ipſi Delo fuga Tenum abeunt. Eo tendentes naues præcedens Datis non ſinebat ad Delum habere ſtationem, ſed trans Delum

XCIII

XCIV

XCV

XCVI

Ⓐ πλεῖοι δὲ οὐκ ἀπενόστησαν ὀπίσω, ἀλλ' ἐτελεύτησαν ὑπ' Ἀθηναίων ἐν Αἰγίνῃ. ἄλλος δὲ ὁ στρατηγὸς Εὐρυβάτης μονομαχίῃ ἐπασκέων, τρεῖς μὲν ἄνδρας οὕτω τοιούτῳ ἐπεκράτεε, τὸν δὲ τὸν τέταρτον Σωφάνεος τὸν Δεκελέως ἀπέθανε. Αἰγινῆται δὲ, ἐόντες ἀπάκτοισι Ἀθηναίοισι συμβαλόντες τῇσι νηυσὶ, ἐνίκησαν· καὶ σφέων νέας τεσσερεσκαίδεκα αὐτοῖσι ἀνδράσι εἷλον. Ἀθηναίοισι μὲν δὴ πόλεμος συνῆπτο πρὸς Αἰγινήτας. Ὁ δὲ Πέρσης τὰ ἑωυτῷ ἐποίεε, ὥστε ἀναμιμνήσκοντός τε αἰεὶ τοῦ θεράποντος, μεμνῆσθαί μιν τῶν Ἀθηναίων, καὶ Πεισιστρατιδέων προσκατημένων καὶ διαβαλλόντων Ἀθηναίους. ἅμα δὲ 231
βουλόμενος ὁ Δαρεῖος, ταύτης ἐχόμενος πρόφασιος, καταστρέφεσθαι τοὺς Ἑλλάδος τοὺς μὴ δόντας αὐτῷ γῆν τε καὶ ὕδωρ, Μαρδόνιον μὲν δὴ Φλεύρως πρήξαντα τῷ στόλῳ, πρόσαλύσι τοῦ στρατηγίης, ἄλλους στρατηγοὺς ἀποδέξας, ἀπέστειλε· ὅτι τε Ἐρέτριαν Ⓒ Ἀθήνας, Δᾶτίν τε, ἐόντα Μῆδον γένος, καὶ Ἀρταφέρνεα Ⓦ Ἀρταφέρνεος παῖδα, ἀδελφιδεὸν ἑωυτοῦ. ἐντειλάμενος δὲ ἀπέπεμπε ἄξοντας ἀνδραποδίσαντας Ἀθήνας καὶ Ἐρέτριαν, ἄγειν ἑωυτῷ ἐς ὄψιν τοὺς ἀνδράποδα. Ὡς δὲ Ⓐ στρατηγοὶ οὗτοι Ⓐ ἀποδεχθέντες πορφύρεοι τὰ βασιλήος, ἀπικόντο ἐς Κιλικίης ἐς τὸ Ἀλήιον πεδίον, ἅμα ἀγόμενοι στρατὸν πολλὸν πεζόν τε ἐσκευασμένον, ἐνῆσαν τε στρατοπεδευομένοισι ἐπήλυδες μὲν ὁ ναυτικὸς πᾶς στρατὸς ὁ ὁπισταχθεὶς ἑκάστοισι, παρεῆν δὲ καὶ ἱππαγωγοὶ νέες, τὰς τῷ πρὸ τοῦ ἔτεϊ προεῖπε τοῖσι ἑωυτοῦ δασμοφόροισι Δαρεῖος ἑτοιμάζειν. ἐσβαλόμενοι δὲ τοὺς ἵππους ἐς ταύτας, καὶ Ⓦ πεζὸν στρατὸν ἐσβιβάσαντες ἐς τὰς νέας, ἔπλεον ἑξακοσίοισι τριήρεσι ἐς τὴν Ἰωνίην. ἐνθεῦτεν δὲ οὐ πρὸς τὴν ἠπειρον εἶχον τὰς νέας ἰθὺ τοῦ τε Ἑλλησπόντου καὶ τοῦ Θρηίκης, ἀλλ' ἐκ Σάμου ὁρμεώμενοι, πρός τε Ἰκάριον καὶ Δι' νήσων Ⓥ πλοον ἐποιεῦντο. ὡς μοι ἐμοὶ δοκέειν, δείσαντες μάλιστα Ⓥ τὸν περίπλοον τοῦτον Ἄθω, ὅτι τοῦ πρὸ τοῦ ἔτεϊ ποιεύμενοι ταύτην τὴν περιβολὴν, μεγάλως προσέπταισαν· πρὸς δὲ, καὶ ἡ Νάξος σφέας ἐνέδησε, πρότερον οὐκ ἀλοῦσα. Ἐπεὶ δὲ ἐκ τοῦ Ἰκαρίου πελάγεος προσφερόμενοι προσέμιξαν τῇ Νάξῳ (ὅτι ταύτην γὰρ δὴ πρώτην ἐποίεον στρατιὴν οἱ Πέρσαι) μεμνημένοι τῶν πρότερον οἱ Νάξιοι, πρὸς τὰ ὄρεα οἴχοντο φεύγοντες, οὐδὲ ὑπέμειναν. οἱ δὲ Πέρσαι ἀνδραποδισάμενοι τοὺς κατέλαβον αὐτέων, ἐνέπρησάν τε καὶ ἱρὰ καὶ τὸ ἄστυ. ταῦτα δὲ ποιήσαντες, ὅτι τὰς ἄλλας νήσους ἀνάγοντο. Ἐνθαῦτα δὲ ὅτι ταῦτα ἐποίεον, Ⓐ Δήλιοι, ἐκλιπόντες καὶ αὐτοὶ τὴν Δῆλον, οἴχοντο φεύγοντες ἐς Τῆνον. τὰς δὲ στρατιῆς κατάπλεύσης, ὁ Δᾶτις προπλώσας, ὅτε ἔα λάσι νέας πρὸς τὴν Δῆλον προσορμίζεσθαι, ἀλλὰ πέρην

γρ. στρατιὴν ἀφίκοντο

ἐν τῇ Ῥ ἰ ω ᾖ ἀ υ ᾽ ε ς ᾽ π υ θ ό μ ε ν ο ς ἵ ν α ἔ ῃ σ α ν ⓐ Δ ή λ ι ο ι,
» π έ μ π ω ν κ ή ρ υ κ α, τ ο ι ῆ δ ε σ φ ι σ ι τ ά δ ε, Α ᾽ ν δ ρ ε ς ἱ ε ρ ο ὶ, τ ί
» φ ό β ῳ τ ε ς ὤ ι χ α δ ε, ο ὐ κ ᾽ ὀ π ι σ θ ί η δ ε α κ α τ α γ ν ό ν τ ε ς κ α τ ᾽
γ. π. στῖλ πα » ἐ μ ο ῦ; ἐ γ ὼ γ ὰ ρ τ ε ἀ υ τ ό ς ᾽ ὅ τ ι " ἔ σ υ τ ό γ ε φ ρ ο ν έ ω, κ α ὶ μ ο ι
» ἐ κ β α σ ι λ ή ο ς ὧ δ ε ἐ π έ σ τ α λ τ α ι· ἐ ν ᾗ χ ώ ρ ῃ ⓐ δ ύ ο θ ε ο ὶ
» ἐ γ έ ν ο ν τ ο, τ α ύ τ ῳ μ η δ ὲ ν ὶ σ ι ν έ α σ θ α ι, μ ή τ ε α ὐ τ ὴ ν τ ὴ ν χ ώ ρ η ν,
» μ ή τ ε τ ο ὺ ς ο ἰ κ ή τ ο ρ α ς α ὐ τ ῆ ς. ν υ ῦ ν ὦ ν κ ὰ ἄ π ι τ ε ὅ κ ῃ σ ι τ ά χ ι σ τ α ὑ μ έ-
τ ε ρ α α ὐ τ έ ω ν, κ α ὶ τ ὴ ν ν ῆ σ ο ν ν έ μ ε σ θ ε. τ α ῦ τ α μ ὲ ν ἐ π ε κ-
ή ρ υ κ ε υ σ α ν τ οἷ σ ι Δ η λ ί ο ι σ ι· μ ε τ ᾽ ὀ, λ ι β α ν ω τ ὸ ν τ ε ι-
η κ ό σ ι α τ ά λ α ν τ α κ α τ ε φ ή σ α ς ὅ κ ῃ τ ὸ β ω μ ὸ ν ἐ θ υ μ ί η σ ε. 10
Δ ᾶ τ ι ς μ ὲ ν δ ὴ τ α ῦ τ α π ο ι ή σ α ς, ἔ π λ ε ε ἅ μ α τ ῷ σ τ ρ α-
τ ῷ ὅ κ ῃ τ ὴ ν Ε ᾽ ρ έ τ ε ι α ν π ρ ῶ τ α· ἅ μ α ἀ ε ί ρ ο μ ό ς τ ε κ α ὶ Ι ᾽ ω-
ν α ς κ α ὶ Α ἰ ο λ έ α ς· μ ε τ ᾽ ὀ τ ὸ ν ὁ ρ μ ῆ σ α ν τ α ὐ θ έ ω ς ἐ ξ έ μ α χ θ έ ν τ α,
Δ ῆ λ ο ς ἐ κ ι ν ή θ η, ὡ ς λ έ γ ε ι σ ι Δ ή λ ι ο ι, κ α ὶ π ρ ό τ ε ρ ο ν κ α ὶ ὕ-
σ τ α τ α, τ ὰ μ έ χ ρ ι ἐ μ ε ῦ σ ε ι σ θ ε ί η. κ α ὶ τ ό δ ε μ ὲ ν κ α τ έ-
β η σ α ν α ἰ θ ε ρ ί η ι σ ι τ ῶ ν μ ε λ λ ό ν τ ω ν ἔ σ ε σ θ α ι κ α κ ῶ ν ἔ φ η ν ε ὁ
θ ε ό ς. ὅ τ ι γ ὰ ρ Δ α ρ ε ί ο υ τ ὸ Υ σ τ ά σ π ε ο ς, κ α ὶ Ξ έ ρ ξ ε ω τ ὸ
Δ α ρ ε ί ο υ, κ α ὶ Α ἰ ρ τ ο ξ έ ρ ξ ε ω τ ὸ Ξ έ ρ ξ ε ω, τ ρ ι ῶ ν τ ο ύ τ ω ν
ἐ π ὶ ξ ῆ ς ἡ μ ε ί ω ν, ἐ π λ ε ί ω κ α κ ὰ τ ῇ Ε ἱ λ ά δ ι ἢ ἐ π ὶ
Ε ἴ κ ο σ ι ν ἁ μ ᾶ ς ἡ μ ε ί α ς τ ὰ ς π ρ ὸ Δ α ρ ε ί ο υ ἡ μ ο μ έ ν α ς· 20
τ ὰ μ έ ν, ἀ π ὸ τ ῶ ν Π ε ρ σ έ ω ν α ὐ τ ῇ ἡ μ ο μ έ ν α, τ ὰ δ ὲ, ἀ φ ᾽ ἑ α υ-
τ έ ω ν τ ῶ ν κ ρ υ φ α ί ω ν π ρ ὸ τ ῆ ς ἀ ρ χ ῆ ς π ο λ ε μ ι ό ν τ ω ν. ο ὕ τ ω
δ ὲ τ ὸ ν ἐ ω ὦ ἀ ξ ε χ έ ς κ ι ν η θ ῆ ν α ι Δ ῆ λ ο ν, τ ο σ α ῦ τ ὰ ἐ ῤ ῥ ή θ η σ α ν ἀ κ ί-
ν η τ ο ν. κ α ὶ ἐ ν χ ρ ε σ μ ῷ ὧ δ ε γ ε γ ρ α μ μ έ ν ο ν π ε ρ ὶ α ὐ τ ῆ ς ὧ δ ε,

Κ ι ν ή σ ω κ α ὶ Δ ῆ λ ο ν, ἀ κ ί ν η τ ο ν π ε ρ ἐ ο ύ σ α ν.

δ ω ύ α τ α ι δ ὲ κ α ὶ Ε ἱ λ ά δ α γ λ ῶ σ σ α ν τ α ῦ τ α τ ὰ ο ὀ ν ό-
μ α τ α, Δ α ρ ε ῖ ο ς, ἐ ρ ξ ε ί η ς· Ξ έ ρ ξ η ς, ἐ ν ή ς· Α ἰ ρ τ ο ξ έ ρ-
γ. ὑφ᾽ ἃ ξ η ς, μ έ γ α ς ἐ ν ή ς. τ ο ύ τ ο ι σ ι " δ ὴ τ ο ῦ τ ο ν β α σ ι λ ῆ α ς ὧ δ ε
232 ἀ ν ὀ ρ θ ῶ ς κ α ὶ γ λ ῶ σ σ α ν τ ῷ σ φ ε τ έ ρ ῳ Ε ἱ λ λ ή ν ω ε ς κ α-
λ έ ο ι ε ν. Ο ἱ δ ὲ β ά ρ β α ρ ο ι ὡ ς ἀ π ῆ ρ θ ε ν ἐ κ τ ῆ ς Δ ή λ ο υ, 30
π ρ ο σ ί ε ρ ο ν π ρ ὸ ς τ ὰ ς ν ή σ ο υ ς. ἐ ν θ ε υ τ ε ν δ ὲ τ ρ α τ ι ῷ τ ε
π α ρ ε λ ά μ β α ν ο ν, κ α ὶ ὁ μ ή ρ ε ι ς τ ῶ ν ν η σ ι ω τ έ ω ν π α ῖ δ α ς
ἐ λ ά μ β α ν ο ν. ὡ ς δ ὲ π ρ ο σ ε π λ έ ο ν τ ε ς λ α ὶ ς ν ή σ ο ι ς, π ρ ο σ έ ρ ο ν
κ α ὶ ἐ ς Κ ά ρ υ σ τ ο ν, ὅ γ ε δ ὴ σ φ ι ⓐ Κ α ρ ύ σ ι ο ι ο ὔ τ ε ὁ μ ή-
ρ ε ι ς ἐ δ ί δ ο σ α ν, ο ὔ τ ε ἔ φ α σ α ν ὅ τ ι π ό λ ι ς ἀ ν υ γ ε ί π ο ν α ς
σ τ ρ α τ εύ ε σ θ α ι, λ έ γ ο ν τ ε ς Ε ἰ ρ ε τ ε ι ά τ ε ⓒ Α ἰ θ ω ά ς,
ἐ ν θ α ῦ τ α τ ο ύ τ ο ι ς ἐ π ο λ ι ό ρ κ ε ό ν τ ε κ α ὶ τ ὴ ν τ ῶ ν σ φ έ ω ν
ἔ κ φ ε ρ ο ν. ἐ ς ὃ κ α ὶ ⓐ Κ α ρ ύ σ ι ο ι π α ρ έ ζ η σ α ν ἐ ς τ ὸ ν Π ε ρ-
σ έ ω ν τ ὸ ν γ ώ μ ο ν. Ε ἰ ρ ε τ ε ι έ ε ς δ ὲ, π υ θ α ν ό μ ε ν ο ι τ ὸ ν
σ τ ρ α τ ὸ ν τ ὸ ν Π ε ρ σ ι κ ὸ ν ὅ τ ι σ φ έ α ς ὅ π λ ε ο υ σ α ν, 40
Α ἰ θ ω α ῶ ν ἐ δ ε ή θ η σ α ν σ φ ί σ ι β ο η θ ο ὺ ς γ ε ν έ σ θ α ι. Α ἰ-
θ ω α ῖ ο ι δ ὲ ὁ κ ὸ ν ἀ π ε ί π ε σ θ α ι τ ῶ ν ὅ π λ ω ν, ἀ λ λ ὰ
τ ο ῦ τ ε τ ε σ σ α ρ α κ ο σ ί ο υ ς κ λ η ρ ο ύ χ ε ο ν τ α ς τ ῶ ν ἱ π π ο β ο τ-
γ. τ ε ί τ α ν τ έ ω ν Χ α λ κ ι δ έ ω ν τ ῷ χ ώ ρ ῳ, " τ ο ύ τ ο ι σ φ ι δ ί δ ο σ α ι
σ φ ι τ ῶ ν χ ώ-
ρ ω ν, δ ί δ. μ ε ρ έ α ς. τ ῶ ν δ ὲ Ε ἰ ρ ε τ ι έ ω ν ἐ ς τ ὰ ἄ κ ρ α τ ὸ δ ὲ ν ὑ μ έ ας β ο υ-
λ ε ύ μ α ι, ο ἱ μ ε τ ε π έ μ π ο ν τ ο μ ὲ ν Α ἰ θ ω α ί ο ι ς, ἐ φ έ ρ ε ό-
ν ο ν δ ὲ δ ι φ α σ ί α ς ἰ δ έ α ς. ⓐ μ ὲ ν γ ὰ ρ α ὐ τ έ ω ν ἐ β ο υ λ ε ύ ο ν τ ο
ἐ κ λ ι π ε ῖ ν τ ὴ ν π ό λ ι ν ἐ ς τ ὰ ἄ κ ρ α τ ῆ ς Ε ὐ β ο ί η ς·

apud Rheneam. Et simul cognito vbi Delii essent, misso caduceatore his eos verbis affatus est, Viri sacri, quid fuga abistis, non pro merito de me male opinantes? Ego enim & ipse mea sponte animatus sum, & ab rege iussus, quo in loco duo dii geniti sunt, nequid aut eum locum aut eius incolas lædam. Redite igitur ad vestra ipsorum, & incolite insulam. Hæc Deliis per caduceatorem dixit: mox trecentas thuris libras super aram aggestas adoleuit. His actis ad- XCVIII uersus Eretriam primum nauigauit, simul omnem classem, simul Ionas pariter atque Æoles agens. Statimque ab illius digressu Delos tremuit (vt Delii aiunt) ad meam vsque ætatem tunc & primum & postremum commota, deo mala ventura hominibus portendente. Nam sub Dario Hystaspis, & Xerxe Darii, & Artaxerxe Xerxis filio, tribus iis deinceps ætatibus, plus malorum passa est Græcia quam viginti aliis ante Darium ætatibus, partim à Persis, partim ab ipsis primoribus de principatu bellantibus: vt non ab re Delos commota sit, prius immobilis: de qua in oraculo ita scriptum erat,

Et Delon, quamuis sit adhuc immota, mouebo.

Et sane in Græca lingua pollent hæc nomina, Darius, idem quod ἐρξείης *id est coercitor*: Xerxes, idem quod ἀρηΐος, *id est bellator, ad verbum, martius*: Artoxerxes, idem quod μέγας ἀρηΐος, *id est magnus bellator*. Barbari, postquam à Delo XCIX ad alias insulas profecti sunt, sumebant illinc tum copias tum liberos insulanorum obsides. Vt vero insulas præternauigantes, Carystum appulerũt, Carystiique negarunt se vel obsides daturos vel militaturos aduersus vicinas ciuitates (videlicet Athenas & Eretriam significantes) Carystii tamdiu obsessi sunt, eorumque ager vastatus, donec in deditionem Persarum venerunt. Eretrienses autem audito Persarum exercitum aduersum se venire, auxilia ab Athenienſibus imploravere. Quibus non deneganda auxilia rati Athenienses, miserunt subsidio illis ea quatuor millia hominum qui Chalcidensium equitum obtinuerant prædia. Sed Eretriensium haudquaquam syncerum erat cõsilium, qui tametsi accersebant Athenienses, tamen ancipiti sententia vacillabant: quibusdam eorum censentibus vrbem deserendam, & in cacumina Eubœæ eundum:

quibus-

quibusdam, qui proptia lucra à Persis expectarent, proditionem molientibus. Horum vtrorumque animos animaduertens Æschines Nothonis filius, Eretriensium primarius, patefecit Atheniensibus omnem præsentium rerum statum, orauitque vt domum abirent, ne vna cum illis occumberent. Hæc consulenti Æschini obtemperantes Athenienses, illinc in Oropum transgressi, CI salutem sibi pepererunt. At Persæ eo aduecti, naues oræ Eretricæ ad fanum & Chœreas & Ægilia applicuerunt: potitique his locis, continuo equos exposuere, & tanquam cum hostibus conflicturi se instruxere. Aduersus quos non decreuerunt Eretrienses sibi esse prodeundum: sed quandoquidem sententia de vrbe non deserenda euicerat, merito dabant operam vt mœnia custodirent. Adorientibus autem ea Persis, acri pugna per sex dies certatum est: multisque vtrinque cadentibus, septimo die EVphorbus Alcimachi filius, & Philagrus Cynei, inter populares suos viri spectati, filius, vrbem hostibus prodidere. Quam ingressi Persę postquam templa spoliauere, incenderunt, in vltionẽ eorum templorum quæ Sardibus deflagrauerant, hominibus iussu Darii in seruitutem captis. ¶ Potiti Eretria, & aliquot illic dies morati, in Atticam nauigauerunt, tuncque magnam partem vastauerunt, rati idem facturos Athenienses quod Eretrienses fecissent. erat enim locus Atticæ Marathon proxime Eretriam, ad equitandum opportunissimus, quo illos Hippias Pisistrati filius deducebat. Eodem Athenienses, & ipsi re audita ad vim arcendam processerunt, decem præfectis sibi ducibus: quorum decimus erat Miltiades, cuius patrem Cimonem Stesagoræ filium fugere ex Athenis Pisistratum Hippocratis contigerat, & dum fugit, obtinere Olympiadem quadriiugo certamine: quam victoriam muneris gratia trãstulit in Miltiadem ex matre germanum: proximaque Olympiade eisdem equabus aliam Olympiadem quum vicisset, à filiis Pisistrati interfectus est, non iam viuo Pisistrato. Interfectus est autem ad Prytaneum, noctu summissis percussoribus, sepultusque ante vrbem trans viam quæ vocatur Diacœle: & eregione sepultæ sunt equæ illę quę tres Olympiacas victorias

CII

CIII

» πολεμίη τῇδε τοι κατίσταται. Εἰ ἐθέλει τοι μηδὲν ἀν-
» θέξον καταστῆναι, τοσούτῳ τοι γίνεται πολεμιωτέ-
» ρη, ὅσῳ ἂν πρόσω ἐσβαίνοις ἑκατέρω, τὸ πρόσω ἀεὶ κλε-
» ῖσμός. δυσαρξίης γὰρ οὐκ ἔστι ἀνθρώποισι
» οὐδεμίη πλησμονή. καὶ δή τοι ὡς τοῦτο ἀντιβο- 30
» μένου, λέγω τὸν χῶρον πλεῦνα ἐν πλέονι χρό-
255 » νῳ γινόμενον, λιμὸν τέξεσθαι. ἀνὴρ δὲ οὕτω ἂν εἴη
» ἄριστος, εἰ βουλευόμενος μὲν, ἀρρωδέοι, πρὸ ὁπο-
» λεχθέντος πείσεσθαι χρῆμα, ἐν δὲ τῷ ἔργῳ θρα-
σὺς εἴη. Ἀμείβεται Ξέρξης τοῖσδε, Ἀρτάβα-
» νε, εἰκότως μὲν σύ γε τούτεων ἕνεκα ἁπάντων αἱρέεαι· ἀ-
» ταρ μήτε πρόπα φοβέο, μήτε πρὸ ὁμοίως ὑπολέ-
» γεο. Εἰ γὰρ δὴ βούλοιο ὑπὲρ τῶν ἀεὶ ἐπεσφερομένῳ
» πρήγματι τὸ πρὸ ὁμοίως ὑπολέγεσθαι, ποινσεις
» ἂν οὐδαμᾶ εὖ ἐόν. κρέσσον γὰρ, πρόπα θαρσέοντα, ἢ- 40
» μισυ τῶν δόξαν πάσχειν μᾶλλον, ἢ πρὸ χρῆμα πρόσ-
» δειμαίνοντα, μηδαμᾶ μηδὲν παθεῖν. εἰ γὰρ ἐέλζων πρὸς
» πρὸ λεχθέντων, μὴ τὸ βέβαιον ἀποδέξῃς, σφάλ-
» λεσθαι ὀφείλεις ἐν αὐτοῖσι. ὁμοίως καὶ ὁ ἐπεν-

vt non sim apud me. Nam mecum reputans, cum alia multa, tum vero duo, & ea omnium maxima, video tibi esse hostilissima. Ad hæc Xerxes,[1] Dæmonie virorum, inquit, quænam ista ais mihi hostilissima esse? vtrum horum tibi improbandum videtur, tanquam non satis copiosum? terrestrisne exercitus, quasi multo numerosior ille Græcus futurus esse videatur? an classis, tanquam illorum classe inferior? an hæc ambo? Nam ob hoc imbecilliores tibi videntur nostræ res, celerrime alterum quis exercitum compararet. Re XLIX
spondit Artabanus, Neque hunc, rex, exercitum improbauerit quisquam, qui sit mentis compos, neque hanc nauium multitudinem, [2] etiamsi plures coegeris. Quæ autem duo dico esse tibi multo hostiliora, ea vero hæc sunt, terra & I
mare. neque enim vsquam maris portus est eiusmodi (vt ego coniecto) qui surgente tempestate sit capax huius tuæ classis, idoneusque ad eam tutandam: neque vero vnum tibi portum esse oportet,[3] sed vniuersam continentem esse portum, quo se recipiant naues. Itaque quum portus tibi opportuni desint, intellige homines in arbitrio fortuitorum, non fortuita in arbitrio hominum esse. E duobus vno exposito, pergam dicere alterum: Terra cum ob alia tibi hostilis est, tum eo hostilior, si nihil obstiterit quo longius processeris, assidue vlteriora surripiens. Nulla enim est hominibus rei bene gerendæ satietas. Vnde etiam, vt nemo tibi occurrat, dico maiorem maiori in tempore regionem, famem esse allaturam. At vir ita demum fuerit optimus si in deliberando quidem, omnem rem quamcunque pati possit, reputans extimescat, in re autem agenda sit audax. Cui Xerxes, L
Artabane, inquit, merito tu quidem horum singula commemorasti: tamen LI
non est vt omnia reformides, omniaque peræque consideres. Nam si velis in rei cõsultatione semper omnia perinde considerare, nunquam aliquid efficias. Satius enim omnia alacriter aggredientem dimidium ærumnarum pati, quam omni in re præsumpto metu nihil omnino pati. Quod si repugnando omnibus quæ dicuntur, non vis committere vt quod firmum est infirmetur, perinde peccas atque is qui con-

1 O miserrime hominum. *Sic Bud. in simili loco interpret.* 2 Quod si maiorem numerum coegeris, duo illa quæ dico, multo etiam hostiliora futura sunt. Sunt autem illa duo, terra & mare. 3 Sed circum vniuersam continentem in quam tendis. 4 Non ostendas quid firmum sit, *vel*, *tutum*.

traria

traria istis dicat.[1] Et hoc æqualiter se habet. Scire vero aliquem (quum sit homo) qua ratione quid firmū esse oporteat, nequaquam arbitror. At iis qui facere quid volunt, consueuit plerunque succedere emolumentum: raro autem iis qui pensant omnia, & quos agere piget. Cernis quo res Persica potentiæ processit: quo nunquam progressam videres, si ii qui ante me extitere reges, istiusmodi consiliis quibus tu vsi fuissent,[2] aut vtentes istis sententiis, non alios suasores tales habuissent: nunc pericula contemnentes, tantopere statum suum prouexerunt. Magna enim negocia magnis cum periculis suscipi volūt. Quare nos, illorum facta æmulantes, optimo anni tempore ingredimur: subactaque omni Europa, rursus reuertemur, nullam vsquam neque famem neque rem tristem passi: nam & commeatus affatim ipsi nobiscum portamus: & ad quamcunque vel regionem vel gentem veniemus, eius re frumentaria potiemur: nam aratoribus viris non nomadibus inferemus bellum. Posthæc Artabanus, Quandoquidem, inquit, non finis vllam rem formidari,[3] & tamen meum admittis consilium: necesse est enim de multis negociis in longius extrahi orationem: Cyrus, Cambyse genitus, omnem præter Athenas Ioniam Persis tributariam reddidit. quare suadeo ne quo pacto hos viros aduersus patres suos ducas. nam sine Ionibus satis superque sufficimus hostem superare: quos necesse est aut iniustissimos esse, si metropolim suam in seruitutem redigant: aut iustissimos, si illius libertatem adiuuent. Si iniustissimi erunt, nullo modo certe nobis magno vsui futuri sunt: sin iustissimi, magnam poterunt tuo exercitui afferre perniciem. Itaque hoc vetus dictum tanquam probum, rex in mente habe, non statim ab initio exitum omnem esse manifestum. Ad hæc excipiens Xerxes, Artabane, inquit, sententiarum quas dixisti in hac præcipue falleris, qui Ionas metuis ne immutentur:[4] quorum maximum habemus commilitium: quorum & tu testis es, & alii qui sub Dario aduersus Scythas militauerunt, quum in eorum esset potestate situm vniuersas Persarū copias & perdere & seruare,

ἀντία τούτοισι λέξας, τοῦτο μὲν νυν ὀπίσω ἔχε· εἰ- «
δέναι δ' ἂν οὐδεμίαν ἐόντα κω χρὴ τὸ βέβαιον, δοκέω «
μὲν οὐδαμῶς. τοῖσι τὰ νικᾶν βουλομένοισι ποιέειν, «
ὡς τὰ πολλὰ φιλέει γίνεσθαι τὰ κέρδεα· τοῖσι δὲ «
ὀπιλεγομένοισί τε πολλὰ καὶ ὀκνέουσι, οὐ μάλα ἐθέ- «
λει. ὁρᾷς τὰ Περσέων πρήγματα ἐς ὃ δυνάμιος «
προσεχώρησε; εἰ τὰ νικᾶν ἐκείνοισι οἱ πρόσθεν γνό- «
μῃσι βασιλέες γνώμῃσι ἐχρέωντο τῇσι καὶ σύ, ἢ μὴ «
χρεώμενοι γνώμῃσι τοιαύτῃσι, ἄλλοισι συμβούλοισι «
εἶχον τοιούτοισι, οὐκ ἂν ποτε εἶδες αὐτὰ ἐς τοῦτο προ- «
ελθόντα· νῦν δὲ κινδυνεύοντες ἀναῤῥιπτέοντες ἐς τοι- «
οῦτο προσῆγαγον. μεγάλα γὰρ πρήγματα «
μεγάλοισι κινδυνεύοισι ἐθέλει καταῤῥέεσθαι. ἡμεῖς «
τοίνυν ὁμοιούμενοι κείνοισι, ὥρῃ τε τοῦ ἔτεος καλλί- «
στῃ πορευόμεθα, καὶ καταστρεψάμενοι πᾶσαν τὴν «
Εὐρώπην, νοστήσομεν ὀπίσω, οὔτε λιμῷ ἐντυγόν- «
τες οὐδαμόθι, οὔτε ἄλλο ἄχθος οὐδὲν παθόντες. «
τοῦτο μὲν γὰρ, αὐτοὶ πολλὸν φορβὸν φερόμεθα πο- «
ρευόμενοι· τοῦτο δὲ, τὴν ἂν κου ὀπιβέωμεν γῆν «
καὶ ἔθνος, τοῦτον ὃν σῖτον ἔξομεν. ἔτι δὲ ἀροτῆρας δὲ «
καὶ οὐ νομάδας στρατευόμεθα ἄνδρας. Λέ- «
γει Ἀρτάβανος μετὰ ταῦτα, Ὦ βασιλεῦ, ἐπεί τε «
ἀρρώδεεν οὐδὲν ἐᾷς πρῆγμα, σὺ δὲ μὴ συμβου- «
λίην ἔνδεξαι. ἀναγκαίως γὰρ ἔχει τοῦτο πολλῶν «
πρηγμάτων πλεῦνα λόγον ἐκτείνειν. Κῦρος ὁ «
Καμβύσεω Ἰωνίην πᾶσαν πλὴν Ἀθηναίων κατε- «
στρέψατο δασμοφόρην ἐοῦσαν Πέρσῃσι. τούτους ὦν «
τοὺς ἄνδρας συμβουλεύω σοι μηδαμῇ μηχανᾶν ἄ- «
γειν ἐπὶ τοὺς πατέρας. καὶ γὰρ αὐτοὶ τούτων οἷοί «
τε ἐσμὲν τὴν ἐλευθερίην κατυπέρτεροι γίνεσθαι. εἰ γὰρ «
σφέας, ὡς ἔπεικε, δεῖ ἀδικωτέρους γίνεσθαι κατα- «
δουλουμένους τὴν μητρόπολιν, ἢ δικαιοτάτους, «
σωτῆρας ἀδικώτατοι μὲν νυν γινόμε- «
νοι, οὐδὲν κέρδος μέγα ἡμῖν προσβάλλονται· δι- «
καιότατοι δὲ γινόμενοι, οἷοί τε δηλήσασθαι μεγά- «
λως τὴν σὴν στρατιὴν γίνονται. ἐς γνώμην ὦν βα- «
σιλεῦ καὶ τὸ παλαιὸν ἔπος, ὡς δὴ εἴρηται, τὸ μὴ ἄ- «
μα ἀρχὴν πρὸς τέλος καταφαίνεσθαι. Ἀ- «
μείβεται τοῖσδε τοῖσι Ξέρξης, Ἀρτάβανε, τὴν «
ἀπεφήνατο γνωμέων, σφάλλεαι καὶ ταύτῃ «
δὴ μάλιστα, ὃς Ἴωνας φοβέεαι μὴ μεταβάλ- «
λωσι τὴν ἐμὴν γνώμην μέγιστον, τὴν σύ τε «
μάρτυς γίνεαι, καὶ συστρατευσάμενοι Δαρείῳ «
ἐπὶ Σκύθας, ὅτι ὀπὶ τούτοισι ἡ πᾶσα Περσι- «
κὴ στρατιὴ ἐκινδύνευσε διαφθεῖραι καὶ σωθεῖσαν «

1 Hoc inquam perinde est. 2 Aut non vtentes istis sententiis, alios suasores tales habuissent. *Id est, Aut si hæc non fuisset eorum sententia, sed aliorum fuisset, quorum consilium sequerentur. Valla autem negatiua particula locum mutauit, & Sententia vti more Graco dixit.* 3 Ad meum admitte consilium. *vel, Meum saltem adm. cons.* 4 Quorum maximum habemus documentum, *id est, quorum fidei*, iis in rebus quarum & tu testis es, & al. *Id est, Qui maximum nobis suæ fidei documentum dederunt in iis rebus, &c.*

» ⓐ ὁ δικαιοσύνῃ καὶ πιστότητα ἐνέδωκεν. ἄγει ὑ-
» δὲν ποιήσαντες. παρεξ ὁ τοῦτο, ἐν τῇ ἡμετέρῃ κατα-
» λιπόντας τέκνα, καὶ γυναῖκας καὶ χρήματα, ὑδὲ ὁπι-
» λέγεαλ χρὴ νεώτερόν τι ποιήσειν. ὕτω ὁ μηδὲ τοῦτο
» φοβέο, ἀγαθὸν ἔχων ἀγαθόν, σῶζε οἰκόν τε τὸν ἐμόν,
» καὶ τυραννίδα τὴν ἐμήν. σοὶ γὰρ ἐγὼ μόνῳ ἐκ πάντων
» σκηπτρα τὰ ἐμὰ ὁπιτρέπω. Ταῦτα εἶπας, καὶ
Ἀρτάβανον ἀποστείλας ἐς Σοῦσα, δεύτερα μετεπέμ-
ψατο Ξέρξης Περσέων τοὺς δοκιμωτάτους. ἐπεὶ δὲ ⓐ
» πάρησαν, ἔλεγέ σφι τάδε, Ω᾽ Πέρσαι, οὐκ ἀπὸ μ᾽ ἐγὼ ὑ- 10
» μέων χρήζων, ὑμέας συνέλεξα ἄνδρας τε γενέαλ ἀ-
» γαθοὺς, καὶ μὴ καταισχύνειν τὰ πρόσθεν ἐργασμένα
» Πέρσῃσι, ἐόντα μεγάλα τε καὶ πολλὰ ἄξια· ἀλλ᾽ ἐξ
» τε ἕκαστος καὶ ⓐ σύμπαντες προθυμίην ἔχωμεν.
256 » ξυνὸν γὰρ τοῦτο πᾶσι ἀγαθὸν πανύδεται. τοῦ ὁ εἵνεκα
» προαγορεύω αὐτίκα θαι τὸν πόλεμον ἐντεταμένως·
» ὡς γὰρ ἐγὼ πυνθάνομαι, ἐπ᾽ ἄνδρας στρατευόμεθα
» ἀγαθοὺς· τοὺς ἢν κρατήσωμεν, οὐκ ἔστι ἡμῖν ἄλλος στρα-
» τὸς αὐτοῖς ἢ κοτε αὐθεφτων. νῦν ὁ Δαβαίνωμεν
κ. αὖτις. » ἐπὶ ξάμενοι θεοῖσι τοῖσι θεοῖσι τοῖ Περσίδα γῆν λελόγ- 20
χασι. Ταύτην μὲν τὴν ἡμέρην προεπευάζοντο ἐς
τὴν Δαβαίνην· τῇ ὁ ὑστεραίῃ ἀνέμενον τὸν ἥλιον, ἐθέλοντες
ἰδέαθαι αἴσχονται, θυμιήματά τε πάντοια ὁπὶ τοῦ
γεφυρέων καταίζοντες, καὶ μυρσίνῃσι στρωτοὺς τοὺ
ὁδόν. ὡς δ᾽ ἐπανέτελλε ὁ ἥλιος, σπένδων ἐκ χρυσέης
φιάλης Ξέρξης ἐς τὴν θάλασσαν, εὔχετο πρὸς ⓗ ἥ-
λιον μηδεμίην ⓐ συντυχίην τοιαύτην γενέαθαι, ἥ
μιν παύσει καταστρέψαθαι τὴν Εὐρώπην πρότε-
ρον ἢ ὁπὶ τέρματα τοῖσι ἐκείνης γῆσπαι. εὐξάμενος
ὁ, ἐσέβαλε τὴν φιάλην ἐς ⓗ Ἑλλήσποντον, καὶ χρύσεον 30
κρητῆρα, καὶ Περσικὸν ξίφος, τὸ ἀκινάκην καλέουσι.
Ταῦτα μὲν οὐκ ἔχω ἀτρεκέως σαφρίσαι οὔτε εἰ τῷ
ἡλίῳ ἀναθήκης κατῆκε ἐς τὴν θάλασσαν, οὔτε εἰ με-
τεμελήσε οἱ τὴν Ἑλλήσποντον τοιαύτῃσι δωρέῃσι, ὃ αὐτὸ τά-
πεων τῷ θαλάσσῃ ἐδωρέετο. Ὡς ὁ ταῦτα ⓐ
ἐπεποίητο, διέβαινον κατὰ μὲν τὴν ἑτέρην τῶν γεφυρέων
τὸν πρὸς τὸν Πόντου, ὁ πεζὸς τε καὶ ἡ ἵππος ἅπασα·
κατὰ ὁ τὸν πρὸς τὸ Αἰγαῖον, τὰ ὑποζύγια, καὶ ἡ θεραπη-
πίη. ἡγέοντο δὲ πρῶτα μὲν ⓐ μύριοι Πέρσαι,
ἐστεφανωμένοι πάντες· μετὰ δὲ τούτους, ὁ σύμ- 40
μικτος στρατὸς πάντοιων ἐθνέων. Ταύτην μὲν τὴν
ἡμέρην οὗτοι. τῇ ὁ ὑστεραίῃ, πρῶτοι μὲν οἵ τε ἵππου),
καὶ ⓐ τὰς

fidem tamen iustitiamq; præstitisse, nec quicquam nos læsisse. Præterea quum liberos suos atq; vxores in nostra terra reliquerint, non est caussa cur eos aliquid rerum nouatũ moliri suspicemur. Quare ne hoc quidem extimescas, sed bonum habens animum, tutare meam domum atq; tyrannidem. tibi enim soli ego sceptra mea permitto. Hæc loquu- LIII
tus Xerxes Artabanum Susa dimisit, iterumque illustrissimos quosque Persarum accersiit. Qui posteaquam præsto fuere, his eos verbis alloquutus est, [1]Persæ, ego vos, quorum opera mihi opus est, contraxi, vt viri præstantes existatis, neve res hactenus gestas à Persis magnas præclarasq; dedecoretis: sed cum singuli, tum vniuersi [2] exhibeamus nos alacres. commune enim hoc hominibus bonum est strenuos esse. Eaque de re vos censui præmonendos, ad bellum constanter tolerandum. nam (vt ego audio) aduersus viros egregios tendimus, quos si superauerimus, nullus vnquam nobis alius exercitus obstabit. Nunc igitur deos præsides terræ Persidis precati, transeamus. ¶ Ac eodem quidem die LIV
sese ad transeundum parauerunt. Postero autem tantisper morati sunt, dum solem exorientem cernerent, omnifarios odores in pontibus cõgerentes, ac myrto iter consternentes. Vbi sol exortus est, ex aurea phiala Xerxes libans in mare, apud solem vota concepit, nequid sibi aduersi contingeret, quo prius desisteret Europam subigere quam ad illius terminos peruenisset. Hæc precatus, phialam in Hellespontum abiecit, aureumque craterem, ac gladium Persicum, quem acinacem vocant. Hoc pro comperto diiudicare non possum, vtrũ soli dedicans gladium dimiserit in pelagus: an Hellespontum, quod eum flagellasse pœniteret, in compensationẽ gladio donauerit. His actis, per alterum LV
pontium, qui vergebat in Pontum, peditatus omnis equitatusq; transiuit: per alterum, qui vergebat in Ægeum, iumenta atq; seruitia: præcedentibus.[3] decem millibus Persarũ, coronatis omnibus, quos promiscuus omniũ nationũ sequebatur exercitus. & hi quidem eo die. Insequenti autẽ primi transiere equites,

1 Ego vos Persæ coegi, à vobis hæc requirens, vt fortiter, *vel strenue*, vos geratis. 2 Alacriter operam nauemus. Ad id enim contendimus quod communem omnibus vtilitatem afferet. Ideo autem vos vt gnauiter militetis præmoneo, quod viros aduersus quos tendimus, bellicosos esse audiam. Quos si superauer. 3 Illis decem mil. *quorum videlicet facta fuit paulo ante mentio. Sic in sequent. Illi equites, & Illi equi sacri, & Ille sacer currus, & Illi hastati, & Illi mille equites, & Ille alter exercitus.*

quique

quiq; spicula deorsum versa gestabant, & hi etiam coronati, dehinc equi sacri, ac sacer currus, tum ipse Xerxes, post hastati, & mille equites,[1] & præterea alius exercitus, quinetiam naues pariter ad vlteriora litora agebantur: quanquam audiui postremum omnium pertransisse regem. Xerxes, posteaquam in Europam traiecit, conspicabatur exercitum sub verberibus transeuntem. Transiuit autem eius exercitus septem per dies totidemque noctes nullo tempore intermisso. Ibi iam transgresso Hellespontum Xerxe, fertur quidam vir Hellespontius dixisse, O Iupiter, quidnam tu sub specie viri Persæ, & accepto Xerxis pro Iouis nomine, Græciam è sedibus suis exturbare vis, omnes homines ducens, quum etiam citra hoc tibi id facere liceret? Transgressis omnibus & iter ingredientibus, ingens prodigium oblatum est: quod Xerxes nihili fecit, etsi[2] coniectura discutiendum. siquidem equa leporem enixa est. quod facile erat ad coniectandum: fore enim vt Xerxes exercitum aduersus Græciam cum maximo strepitu & ambitiosissime duceret, rursusque pro seipso solicitus, ad eundem locum fuga recurreret. Alterum quoque ei prodigiū, dum Sardibus foret, exhibitum est. mula enim mulum edidit ancipitia genitalia habentem, maris & feminæ, sed maris superiora. Quorum prodigiorum vtrumq; pro nihilo habens, ire pergebat, comitantibus eum terrestribus copiis, nauticis extra Hellespontū nauigantibus, ac terram legentibus, & è diuerso atque terrestres agentibus. nam isti quidē vesperum versus ad promontorium Sarpedonis nauigabant: quo quum peruenissent, iussi erant permanere: illi vero ad auroram & solis exortum iter faciebant per Chersonesum, dextrorsum habentes sepulcrum Helles filiæ Athamantis, sinistrorsum Cardiam vrbem, per mediū oppidi, cui nomen est Agora, *id est, forum*. Illinc deflectentibus ad sinum nomine Melana, *hoc est, nigrum*, fluuius cui idem est nomen, non suffecit, sed alueum suum deseruit. Hoc fluuio trāsmisso à quo sinus hic cognominatur, vesperum versus contenderunt, Ænon vrbem Æolidem & lacum Stentoridem prætereuntes, dum

LVI

LVII

VIII

καὶ ⓐ τὰς λόγχας κάτω τρέποντες, ἐστεφανώντο δὲ καὶ οὗτοι. μετὰ δὲ, οἵ τε ἵπποι ⓐ ἱεροὶ, καὶ ὃ ἅρμα ὃ ἱερόν. ὄπισθε δὲ, αὐτὸς τε Ξέρξης, καὶ ⓐ αἰχμοφόροι, καὶ ⓐ ἱππόται ⓐ χίλιοι. ὄπισθε δὲ τούτοισι, ὁ ἄλλος στρατὸς καὶ αἱ νῆες ἅμα ἀπήισσον ἐς τὸ ἀστενδμόν. ἤδη δὲ ἤκουσα καὶ ὕστατον Δαρδανῶν βασιλῆα πρῶτον. Ξέρξης δὲ ἐπεί τε διέβη ἐς τὴν Εὐρώπην, ἐθηεῖτο Ⓦ στρατὸν ὑπὸ μαστίγων Δαβαίνοντα. διέβη δὲ ὁ στρατὸς αὐτὸ ἐν ἑπτὰ ἡμέρησι καὶ ἐν ἑπτὰ νυφεύνησι, ἐλιννύσας οὐδένα χρόνον ὑπαὶ τοῦ λέγεται, Ξέρξεω ἤδη Δαβεβηκότος Ⓦ Ἑλλήσποντον, αὐδῆσαι εἰπεῖν Ἑλλησπόντιον, Ὦ Ζεῦ, τί δὴ ἀνδρὶ εἰδόμενος Πέρσῃ, καὶ οἰωνόμενος αὖτις Διὸς Ξέρξεα δήμιος, ἀνάσατον τὴν Ἑλλάδα ἐθέλεις ποιῆσαι, ἄγων πάντας ἀνθρώπους; καὶ γὰρ αὖτις τούτεων ἔξεστί τοι ποιέειν ταῦτα. Ὡς δὲ διέβησαν πάντες, ἐς ὁδὸν ὥρμηντο τέρας σφι ἐφάνη μέγα, ὃ Ξέρξης ὐν οὐδενὶ λόγῳ ἐποιήσατο, καίπερ βουσύμβλητον ἐόν. ἵππος γὰρ ἔτεκε λαγώ, βουσύμβλητον ὦν τῆδε ἐλθέτω, ὅτι ἔμελλε μὲν ἐλᾶν στρατιὴν ὅτι τὴν Ἑλλάδα Ξέρξης ἀγαυρώτατα καὶ μεγαλοπρεπέστατα, ὀπίσω δὲ τωὐτὸ τοῦτο πρῆγμα ἔσεσθαι ἐς Ⓦ αὐτὸν κῶρον. ἐθηεῖτο δὲ καὶ ἕτερον αὖτις τέρας ἐόντι ὐν Σαρδισι. ἡμιόνος γὰρ ἔτεκε ἡμίονον διξὰ ἔχουσαν αἰδοῖα, τὰ μὲν, ἔρσενος, τὰ δὲ, θηλέης· κατύπερθε δὲ ἰὼ τὰ τοῦ ἔρσενος. Τῶν ἀμφοτέρων λόγον οὐδένα ποιησάμενος, τωυτέοισι ἐπορεύετο, σὺν δὲ ⓐ πεζὸς στρατὸς· ὁ δὲ ναυτικὸς ἔξω Ⓦ Ἑλλήσποντον πλέων, ἔσχε χεῖρα ἐκ μέσης τῆς πεζοῦ. ὁρμᾶτο γὰρ τωὐτοῖσι ἐπέρωσι ἔπλεε, ὅτι Σαρπηδονίης ἄκρης τὴν ἄπιξιν ποιεύμενος, ἐς τὴν αὖτις τωυτέου ἐπεκέλευστο ἀπικνέεσθαι· ὁ δὲ κατ' ἤπειρον στρατὸς τοῖσι πρὸς ἠῶ τε καὶ ἡλίου ἀνατολὰς ἐποιέετο τὴν ὁδὸν διὰ τῆς χερσονήσου· ὐν δεξιῇ μὲν ἔχων Ⓦ Ἕλλης τάφον τῆς Ἀθαμάντος, ὐν ἀριστερῇ δ', Καρδίην πόλιν. διὰ μέσης δὲ πορεύεται πόλιος, τῇ οὔνομα τυγχάνει ἐὸν Ἀγορὴ, ἀνθεῦτεν δὲ κάμπτουσι Ⓦ κόλπον Ⓦ Μέλανα καλεόμενον καὶ Μέλανα ποταμὸν, ὃς οὐκ ἀρκέοντα τότε τῇ στρατιῇ τὸ ῥέεθρον ἦν, ἀλλ' ὑπολιπόντα· τὸν δὲ ποταμὸν διαβάς, ἄτε, οὗ καὶ ὁ κόλπος οὗτος τὴν ἐπωνυμίην ἔχει, πρὸς ἑσπέρην, Αἶνόν τε πόλιν Αἰολίδα καὶ Στεντορείδα λίμνην παρεξίων. ἐς ὃ

1 Post quos alter ille exercitus nauesque simul ad vlter. 2 *Eandem vocem videlicet* διαμβλητον, *quam hic male interpretatur*, Coniectura discutiendum, *statim post bene vertit*, Facile ad coniectandum, *id est*, Cuius significationem conijcere facile erat, *vel*, coniectura assequi.

257 ἀπίκετο ἐς Δορίσκον. Ὁ δὲ Δορίσκος, ἐστὶ τῆς Θρηίκης αἰγιαλός τε καὶ πεδίον μέγα· διὰ δὲ αὐτῆς ῥέει ποταμὸς μέγας, Ἕβρος, ἐν τῷ τεῖχός τε ἐδέδμητο βασιλήιον, τότε δὲ δὴ Δορίσκος κέκληται, καὶ Περσέων φρουρὴ ἐν αὐτῷ κατεστήκεε ὑπὸ Δαρείου ἐξ ἐκείνου, τὸ χρόνου ἐπεί τε ὑπὸ Σκύθας ἐστρατεύετο. ἔδοξε ὦν τῷ Ξέρξῃ ὁ χῶρος εἰ ὑπιτήδεος ἐν διαπάξαι τε καὶ ἐξαριθμῆσαι Ⓦ στρατὸν, καὶ ἐποίεε ταῦτα. τὰς μὲν δὴ νέας τὰς πάσας ἀπικομένας ἐς Δορίσκον, Ⓐ ναυάρχοι, κελεύσαντος Ξέρξεω, ἐς Ⓦ αἰγιαλὸν Ⓦ τοῦτον τὸν ἐχόμενον Δορίσκῳ ἐκόμισαν· ἐν τῷ Σάλη τε Σαμοθρήικη πεπόλισται πόλις, καὶ Ζώνη. τελευταίη δ' αὐτέων, Σέρρειον, ἄκρη ὀνομαστή. ὁ δὲ χῶρος ἐστὶ τοῦτο παραλαιὸν ἐὼν Κικόνων. ἐς τοῦτον Ⓦ αἰγιαλὸν καταγόντες τὰς νέας ἀνέψυχον ἀνελκύσαντες. ὁ δὲ ἐν τῷ Δορίσκῳ τοῦτον Ⓦ χεῖνον τῆς στρατιῆς ἀριθμὸν ἐποιέετο. Ὅσον μὲν νυν ἕκαστοι πρεῖχον πλῆθος ἀριθμὸν, οὐκ ἔχω εἰπεῖν τὸ ἀτρεκές· (οὐ γὰρ λέγεται πρὸς οὐδαμῶν ἀνθρώπων) σύμπαντες δὲ τὸν στρατὸν τὸν πεζὸν ὁ πλῆθος, ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν μυριάδες. ἐξηριθμήθησαν δὲ τόνδε Ⓦ τὸν τρόπον. σιτηλάσαντες ἐς ἕνα χῶρον μυριάδα ἀνθρώπων, καὶ σταλάντες ταύτῃ ὡς μάλιστα εἶχον, περιέστειλαν ἔσωθεν κύκλον. περιστείλαντες δὲ, καὶ ἀπάντων τοῦτο μυρίους, ἀμασιὸν περιέβαλον τὴν Ⓦ κύκλον, ὕψος ἀνήκουσαν ἀνδρὶ ἐς Ⓦ ὀμφαλόν. ταύτῃ δὲ ποιήσαντες, ἄλλοις ἐσεβίβαζον ἐς ὃ περιοικοδομημένον· μέχρις οὗ πάντας τούτῳ τῷ τρόπῳ ἐξηριθμήσαντο. ἀριθμήσαντες δὲ, τὴν ἔθνεα διετάσσοντο. Οἱ δὲ στρατηγοῦντες, οἵδε ἦσαν. Πέρσαι μὲν, ὧδε ἐσκευασμένοι. περὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι εἶχον μίτρας, καλεομένους πίλους, ἀπαγέας· περὶ δὲ τὸ σῶμα, χιτῶνας χειριδωτοὺς ποικίλους, λεπίδος σιδηρέης ὄψιν ἰχθυοειδέος· περὶ δὲ τὰ σκέλεα, ἀναξυρίδας· ἀντὶ δὲ ἀσπίδων, γέρρα. ὑπὸ δὲ, φαρετρεῶνες ἐκρέμαντο. ἀκμὰς δὲ βραχέας εἶχον, τόξα δὲ μεγάλα, οἰστοὺς δὲ καλαμίνους. περὶ δὲ, ἐγχειρίδια παρὰ Ⓦ δεξιὸν μηρὸν παραιωρούμενα ἐκ τῆς ζώνης. καὶ ἄρχοντα παρεῖχοντο Ὀτάνεα Ⓦ Ἀμήστριος, πατέρα δ' Ξέρξεω γυναικός. ἐκαλέοντο δὲ πάλαι ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων Κηφῆνες, ὑπὸ δὲ τοῖσι σφέων αὐτέων καὶ τῶν περιοίκων, Ἀρταῖοι. ἐπεὶ δὲ Περσεὺς ὁ Δανάης τε καὶ Διὸς ἀπίκετο παρὰ Κηφέα τὸν Βήλου, καὶ ἔσχε αὐτοῦ τὴν θυγατέρα Ἀνδρομέδην, τῇσι αὐτῷ παῖς τῷ οὔνομα ἦν Πέρσης. τοῦτον δὲ αὐτοῦ καταλείπει.

ad Doriscon peruentum est. Est autem Doriscus Thraciæ litus pariter & campus ingens, quem grande flumen Hebrus interfluit: vbi extructus est is murus qui Doriscus appellabatur, in quo Persarum erat præsidium à Dario iam inde impositum quum Scythis inferebat bellum. Quum igitur locus digerendis recensendisq; copiis idoneus videretur, Xerxes ita sibi faciẽdum putauit: Eius iussu nauarchi, quum eo appulissent, omnes naues ad litus Doriscо contiguũ receperunt, vbi Sala vrbs, Samothracia & Zona sitæ sunt: cuius vltima Serrium nominatur, celebre promontorium, qui locus quondam fuerat Ciconum. In hoc litus appulsa classe ac subducta, qui in ea subducenda laborauerant respirauere. Xerxes autem per hoc tempus apud Doriscon lustrabat exercitum. Equidem quantum singuli præbuerint copiarum pro certo affirmare non possum: quoniam à nullis prorsus hominibus id refertur: constat autem terrestrium copiarum numerum fuisse centum septuaginta myriades, *id est, decies septies centena millia*. Quorũ numerum hoc modo inierunt: Contraxerunt vnum in locum myriadem hominum, *quæ sunt decem millia*: qua coarctata quammaxime poterant, circulum extrinsecus descripserunt loco circumscripto: emissaq; illinc myriade, sepem circumdederunt, eatenus excitantes vt vmbilico tenus pertingeret. Eam vbi fecere, aliam subinde atque aliam myriadem introduxerunt: donec omnes cõnumerauerunt: connumeratos autẽ, nationatim digesserunt. Ex quibus qui militabant, hi erant. Persæ, hunc in modum ornati: Circa capita gestabant pilea (quas vocant tiaras) impenetrabilia: circa corpus tunicas, variis squamis è ferro consertas in similitudinẽ piscium: femoralia circa crura: pro clypeis gerra, *id est, cetra*, pharetris subter pẽdentibus: hastas breues, arcus grandes, sagittas arundineas: ad dextrum femur, pugiones è balteo suspensos. Hi ducem habebant Otanẽ patrem Amestris, quæ erat vxor Xerxis. Vocabantur autem quondã Persæ à Græcis Cephenes: à se vero ipsis atq; ab accolis, Artæi: verum posteaquam Perseus Danaes & Iouis filius ad Cepheum Beli filium commeauit, & Andromedam eius filiam dũxit vxorem, sustulit ex ea filium quem Persem appellauit, eumq; illic reliquit:

LIX

LX

LXI

à quo

LXII

à quo (nam Cepheus carebat virili prole) cognomen sortiti sunt Persæ. Medi eodem ornatu instructi militabant. nam hæc armatura Medica est, non Persica. Habebant autem ducem Tigranem Achæmenidem. Hi quondam ab omnibus vocabantur Arii: sed vbi ad eos concessit ex Athenis Medea Colchis, immutauerunt & ipsi nomen. Ita de seipsis Medi commemorant. Cissii in militia cetero ornatu vt Persæ sunt armati, sed pro pileis mitras ferunt. Eis dux erat [1] Anaphanes Otanis filius. Hyrcani quoque Persica armatura ornati ducem habebant Megapanum, qui postea Babylonis procurator fuit. Assyrii autem qui militabant,

XIII

hunc habebant ornatum: Ferreas in capitibus galeas, barbarico quodam modo consertas, [2] non facile penetrabiles: clypeos autem, hastas, pugiones Ægyptiacis adsimiles: & præterea ligneas clauas ferro inductas, ac lineos thoraces. Isti à Græcis Syrii vocabantur, sed à barbaris Assyrii sunt vocati. (inter

IV

quos Chaldæi sunt.) iis præerat Hotaspes Artachæi filius. Bactrii capitis ornatu in acie simillimo illi Medico muniti erant, sed more gentis, arundineis arcubus & hastis breuibus. Sacæ, qui Scythæ sunt, cristatas in capitibus cassides gestabant, in acutum erectas atque compactiles, induti femoralibus: necnon arcus gentiles atque pugiones, ad hoc dolabras ac bipennes. Hos, quũ sint Scythæ Amyrgii, Sacas appellabant: quod cunctos Scythas Persæ Sacas appellant. Bactriis & Sacis præerat Hystaspes, Darii filius & Atossę Cyri filiæ. Indi vestiti erant amictu è lignis confecto: arcus arundineos gestabant, itemque arundineas sagittas ferro præfixas: ita instructi Indi, erant sub duce Pharnazathre Artabatis filio. Arii Medicis arcubus muniti erant, ceteris quemadmodũ Bactrii. Iis præerat Sisamnes Hydarnis filius. Parthi & Chorasmii & Sogdi & Gandarii & Dadicæ eandem in acie quam Bactrii armaturam gestabant quorum Parthis & Chorasmiis præerat Artabazus Pharnacis filius: Sogdis, Azanes Artæi filius: Gandariis & Dadicis Artyphius Artabani filius. Caspii, sisyris, *quod est genus penulæ*, induti, arcus gentili more arundineos gestabant & acinaces, ducem sui agminis habentes Ariomardum Artyphii

VI

VII

ἐτύγχανε γὰρ ἅπασι σφέων ὁ Κηφεὺς ἐὼν γόνου. ὕστερον δὲ τοῦτο ἔπαθε τάδε ἐπωνυμίην ἔσχον. Μῆδοι ἔχουσι αὐτὴν τὴν αὐτὴν σκευὴν τὴν ἐσάλπιγγοι ἐστρατεύοντο. Μηδικὴ γὰρ αὕτη ἡ σκευή ἐστι, καὶ οὐ Περσική. Ἔχουσι δὲ Μῆδοι ἀρχοντα μὲν πρὸ τοῦ ἔσχον Τιγράνην, ἄνδρα Ἀχαιμενίδην· ἐκαλέοντο δὲ πάλαι ποτὲ ὑπὸ πάντων Ἄριοι. ἀπικομένης δὲ Μηδείης τῆς Κολχίδος ἐς σφέας Ἀρίοις τοῦτο μετέβαλον καὶ ἔθνει τὸ οὔνομα. αὐτοὶ δὲ σφέων ὧδε λέγουσι Μῆδοι. Κίσσιοι δὲ στρατευόμενοι, τὰ μὲν ἄλλα κατάπερ Πέρσαι ἐσκευάδαται, ἀντὶ δὲ τιάρων, μίτρῃσι ἔσθην. Κισσίων ἦρχε Ἀνάφης ὁ Ὀτάνεω. Ὑρκάνιοι δὲ, κατάπερ Πέρσαι ἐσεσάγατο, ἡγεμόνα εἶχον Μεγάπανον, ὃς Βαβυλῶνος ὕστερον τούτων ἐπετρόπευσε. Ἀσσύριοι δὲ στρατευόμενοι, κυνέας μὲν τῇσι κεφαλῇσι εἶχον χαλκέας τε κοίλας, καὶ πλεξίμαχα ὑπερφυέως βάρβαρον ὅκως θύρεον· ἀσπίδας δὲ καὶ ἀγχέμαχας καὶ ἐγχειρίδια παραπλήσια Αἰγυπτίοισι εἶχον· ἔτι δὲ, ῥόπαλα ξύλινα τετυλωμένα σιδήρῳ, καὶ λινέους θώρηκας. Οὗτοι μὲν ὑπὸ Ἑλλήνων ἐκαλέοντο Σύριοι, ὑπὸ δὲ τῶν βαρβάρων Ἀσσύριοι ἐκλήθησαν. τούτων δὲ μεταξὺ Χαλδαῖοι· ἦρχε δὲ σφέων Ὀτάσπης ὁ Ἀρταχαίου. Βάκτριοι δὲ κατὰ μὲν τῆσι κεφαλῇσι αἰγλήτῳ τῷ Μηδικῷ ἔχοντες ἐστρατεύοντο, ἔξα δὲ ὑπὲρ τὰ καλάμινα ὑπεχώρεον, καὶ ἀγχέμαχα ἐγχειρίδια, πρὸς δὲ, καὶ ἀξίνας καὶ σαγάρης εἶχον. τούτους δὲ ἐόντας Σκύθας Ἀμυργίους, Σάκας ἐκάλεον. Πέρσαι δὲ πάντας τοὺς Σκύθας καλέουσι Σάκας. Βακτρίων δὲ καὶ Σακέων ἦρχε Ὑστάσπης ὁ Δαρείου τε καὶ Ἀτόσσης τῆς Κύρου. Ἰνδοὶ δὲ εἵματα μὲν ἐνδεδυκότες ἀπὸ ξύλων πεποιημένα, ἔξα δὲ καλάμινα εἶχον, καὶ οἰστοὺς καλαμίνους· ὑπὲρ δὲ, σίδηρος ἦν. ἐσκευάδατο μὲν δὴ ἔσαν ὧδε Ἰνδοί· προσετετάχατο δὲ συστρατευόμενοι Φαρναζάθρῃ τῷ Ἀρταβάτεω. Ἄριοι δὲ ἔξοισι μὲν ἐσκευασμένοι ἔσθην Μηδικοῖσι, τὰ δὲ ἄλλα, κατάπερ Βάκτριοι. Ἀρίων δὲ ἦρχε Σισάμνης ὁ Ὑδάρνεος. Παρθοι δὲ καὶ Χορασμοὶ, καὶ Σογδοί τε καὶ Γανδάριοι καὶ Δαδίκαι, τὴν αὐτὴν σκευὴν ἔχοντες τὴν καὶ Βάκτριοι, ἐστρατεύοντο. τούτων δὲ ἦρχον οἵδε· Παρθων μὲν καὶ Χορασμίων, Ἀρτάβαζος ὁ Φαρνάκεω. Σογδῶν δὲ, Ἀζάνης ὁ Ἀρταίου· Γανδαρίων δὲ, καὶ Δαδικέων. Ἀρτύφιος ὁ Ἀρταβάνου. Κάσπιοι δὲ σισύρας τε ἐνδεδυκότες, καὶ ἔξα ὑπὲρ τὰ καλάμινα ἔχοντες καὶ ἀκινάκεας, ἐστρατεύοντο. οὗτοι μὲν οὕτω ἐσκευάδατο, ἡγεμόνα πρὸ ἐόντα Ἀριόμαρδον τὸν Ἀρτυ-

1 Anaphes 2 Non facili explicatu. *vel, Quem explicare difficile fuerit, vel describere.*

φίους ἀδελφεόν. Σαράγγαι δ', εἵματα μὲν βεβαμμένα ἔχοντες, ἐνέπρεπον· πέδιλα δὲ ἐς γόνυ ἀνατείνοντα εἶχον, ξύα δὲ καὶ αἰχμὰς Μηδικάς. Σαράγγεων δὲ ἦρχε Φερενδάτης ὁ Μεγαβάζου. Πάκτυες δὲ, σισυροφόροι τε ἔσαν, καὶ ξύα ἐπιχώρια εἶχον καὶ ἐγχειρίδια. Πάκτυες δὲ ἄρχοντα παρεῖχον Ἀτραύντην τὸν Ἰτεαμίτεω. Οὗτοι δὲ καὶ Μύκοι τε καὶ Παρικάνιοι ὡσαύτως ἐσθῆτα κατάπερ Πάκτυες. τούτεων δὲ ἦρχον οἵδε· Οὐτίων μὲν καὶ Μύκων, Ἀρσαμένης ὁ Δαρείου· Παρικανίων δὲ, Σιρομίτρης ὁ Οἰβάζου. Ἀραβίοι δὲ, ζειρὰς ὑποζωσμένοι ἔσαν· ξύα δὲ πηλίνοισι ἐῴκεε ἔχειν τοῖς σφρηγῖδας γλύφουσι. τοξόται δὲ, αἰχμὰς εἶχον, ἐπὶ δὲ, κέρας δορκάδος ἐπῆν ὀξύ, πεποιημένον ἐπὶ λόγχης. εἶχον δὲ καὶ ῥόπαλα τυλωτά. τὸ δὲ σῶμα τὸ μὲν ἥμισυ ἐξηλείφοντο ἰόντες ἐς μάχην, γύψῳ, τὸ δὲ ἕτερον ἥμισυ, μίλτῳ. Ἀραβίων δὲ καὶ Αἰθιόπων τῶν ὑπὲρ Αἰγύπτου οἰκημένων ἦρχε Ἀρσάμης ὁ Δαρείου καὶ Ἀρτυστώνης τῆς Κύρου θυγατρὸς τὴν μάλιστα φέρεσκε τῶν γυναικῶν Δαρεῖος, εἰκὼ χρυσέην σφυρήλατον ἐποίησε. τῶν μὲν δὴ ὑπὲρ Αἰγύπτου Αἰθιόπων καὶ Ἀραβίων ἦρχε Ἀρσάμης. Οἱ δὲ ἀπὸ ἡλίου ἀνατολέων Αἰθιόπες (δίξοι γὰρ δὴ ἐστρατεύοντο) παρεσκευάσαντο τοῖσι Ἰνδοῖσι, διαλλάσσοντες εἶδος μὲν οὐδὲν τοῖσι ἑτέροισι, φωνῇ δὲ καὶ τρίχωμα μοῦνον. Οἱ μὲν γὰρ ἀπ' ἡλίου Αἰθίοπες, ἰθυτριχές εἰσι οἱ δὲ ἀπὸ Λιβύης, θριξὶ λεπτοτάτῃσι πάντων ἀνθρώπων. ἔτι δὲ οἱ ἀπὸ Ἀσίης Αἰθίοπες, κατὰ μὲν πλέω κατάπερ Ἰνδοὶ ἐστρώχατο, παρεμπεπλεγμένας δὲ ἵππων εἶχον ὀπισθοτρίχας, σιρὸν τε τοῖσι ὠσὶ ἐκδεδαρμένα, καὶ τῇσι λοφιῇσι. καὶ αὐλὸν μὲν λόφου, ἡ λοφιὴ κατέχει· τὰ δὲ ὦτα τῶν ἵππων, ὀρθὰ πεπηγότα εἶχον. παρεβλήματα δὲ αὐτοῖσι ἀσπίδων, ἐποιεῦντο γερεήνων δορέας. Λίβυες δὲ σκυτίνῳ μὲν σκυλίνιον ἔσθος ἔχοντες, ἀκοντίοισι δὲ ἐπικαύτοισι χρεώμενοι. ἄρχοντα δὲ παρεῖχον Μασάγγην τὸν Ἀοριζέος. Παφλαγόνες δὲ ἐστρατεύοντο, ἐπὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι ἔχοντες κράνεα πεπλεγμένα, ἀσπίδας δὲ μικράς, αἰχμὰς δὲ οὐ μεγάλας· παρὰ δὲ, ἀκόντια καὶ ἐγχειρίδια· ὑπὲρ δὲ τοῦ ποδὸς, πέδιλα ἐπιχώρια ἐς μέσα κνήμια ἀνατείνοντα. Λίγυες δὲ, καὶ Ματιηνοὶ, καὶ Μαριανδυνοί τε καὶ Σύροι, τὴν αὐτὴν ἔχοντες Παφλαγόσι, ἐστρατεύοντο. Οἱ δὲ Σύροι οὗτοι

phii germanum. Sarangæ indumenta geſtantes verſicoloria decori erant, caligaſque genuum tenus extentas: arma habebant arcus lanceaſque Medicas, duce Pherendate Megabazi filio. Pactyes, & ipſi ſiſyras ferebant, & vernaculos arcus atque pugiones: quorum dux erat Atrayntes Itramitis filius. V- LXVIII tii & Myci & Paricanii eodem quo Pactyes modo armati erant. ſub his ducibus: Vtii quidem & Myci, ſub Arſamene Darii filio: Paricanii vero ſub Siromitre OEbazi filio. Arabes ſuc- LXIX cincti erant ziras, *amiculi genus*, arcuſque recuruos habileſque geſtabant. Æthiopes pardorum pellibus leonumque amicti, arcus è palmarum ſpathis factos gerebant, quatuor non minus cubitis longos: & item prælongas ex arundine ſagittas, pro ferro præfixas eo lapide acuminato quo ſigilla ſculpunt: præterea haſtas capreæ cornu præfixas, in modum ſpiculi acuminato, & clauas præferratas. Hi quum eunt in pugnam, dimidiatum corpus gypſo, dimidiatum minio illinunt. Arabum autem Æthiopumque qui trans Ægyptum incolunt, dux erat Arſames, Darii filius & Artyſtonæ Cyri filiæ: quam Darius ex vxoribus maxime adamans, [1] cum talari ex auro tunica effinxit. Arſames quidem Æthiopibus qui ſunt trans Ægyptum, atque Arabibus præerat. Ii autem Æ- LXX thiopes qui ſunt ab ortu ſolis, (nam bifariam militabant) cenſebantur cum Indis, ſpecie nihil admodum à ceteris differentes, ſed ſono vocis duntaxat atque capillatura. Nam Æthiopes qui ab ortu ſolis ſunt, [2] promiſſos crines: qui ex Libya, criſpiſſimos inter omnes homines habent. Æthiopes autem hi qui ex Aſia erant, pleraque arma quæ Indi geſtabant, pelleſque frontium equinarum cum auribus atque iubis, in capitibus, vt ipſæ iubæ pro criſtis eſſent, & hirtæ aues equinæ rigerent. in locum clypeorum pelles gruum prætendebant. Libyes autem corio armati ie- LXXI re, ac iaculis præuſtis, duce Maſange Aorizi filio. Paphlagones autem ca- LXXII pitibus gerebant compactiles caſſides, ſcuta exigua, haſtas haud longas, præterea iacula, pugioneſque pedibus [3] caligas more gentis ad media crura ſubtentas. Eandem quam Paphlagones armaturam geſtabant Ligyes & Matieni & Mariandyni & Syri. Iſti autem Syri

1 Imaginem eius ex auro ſolido compactam habuit. 2 Rectos crines: 3 Calceos patrio more ad media crura extentos.

à Per-

à Persis Cappadoces vocantur. Paphlagonum & Matienorum dux erat Dotus Megasidis filius: Mariandynorum & Ligyum & Syrorum, Gobryas Darii filius & Artystonæ. Phryges autem proximam Paphlagonicę armaturam gerunt, paulum differentes: qui (vt Macedones aiunt) tamdiu vocati sunt Bryges quamdiu EVropæi fuerunt, Macedonum accolæ: transgressi autem in Asiam, vna cum loco nomen immutauere in Phryges. Armenii Phrygum cultu armati erant, vtique illorum coloni. His vtrisque præerat Artochmes, qui Darii filiam in matrimonio habebat. Lydi proxime ad Græcorum armaturam accedebant, olim Meones vocati: pristinoque nomine sublato, à Lydo Atyis filio cognomen acceperunt. Mysi super capita gentiles galeas ferebant, scutula quoque ac præusta iacula. Sunt autem Lydorum coloni, à monte Olympo Olympieni nominati. Horum vtrisque præerat Artaphernis filius, qui collega Datis apud Marathonem conflixit. Thraces è pelle vulpina cassides gestabant, tunicis induti, & insuper circumdati variis sagulis, pedibus ac tibiis indutis caliga è pellibus hinnulorum: ferentes præterea iacula & peltas & pugiunculos. Isti transgressi in Asiam, vocati sunt Bithyni, prius appellati (vt ipsi aiunt) Strymonii, quod Strymonem accolerent: à suisque sedibus exacti à Teucris & Mysis. Thracibus autem qui Asiam incolunt præerat Bagasaces Artabani filius, gestantibus breuia [1] è corio scuta, & bina singulis [2] veruta ad lupos conficiendos apta, in capitibus æreas cassides, & super cassides ex ære factas aures bouis & cornua, impositis etiam cristis. crura autem panno Phœniceo erant induta. Martis oraculum apud hos viros est. Cabelees Meones (qui Lasinii vocantur) eundem cultum gestabant quem Cilices: quem ego, dum ordine ad Cilices veniam, indicabo. Milyæ autem lanceolas gerebant, & vestes fibulis substrictas, & eorum nonnulli Lycios arcus, in capitibus galeas è pellibus factas. Horum autem omnium præfectus erat Badres Hystanis filius. Moschi ligneas circa capita cassides gerebant, scutaque ac hastilia breuia, sed lõga in hastilibus spicula. Eodem quo Moschi ornatu militabant Tibareni, &

LXXIII LXXIV LXXV LXXVI LXXVII LXXVIII

ἐστὼ Περσέων Καππαδόκαι καλέονται. Παφλαγόνων μὲν νυν καὶ Ματιηνῶν Δώτος ὁ Μεγασίδου ἦρχε· Μαριανδυνῶν τε καὶ Λιγύων, καὶ Σύρων, Γωβρύης ὁ Δαρείου τε καὶ Ἀρτυστώνης. Φρύγες δὲ ἀγχοτάτω τῆς Παφλαγονικῆς σκευὴν εἶχον, ὀλίγον τι διαλλάσσοντες. ⓐ δὲ Φρύγες (ὡς Μακεδόνες λέγουσι) ἐκαλέοντο Βρίγες χρόνον ὅσον Εὐρωπηῖοι ἐόντες σὺν οἴκοισι Μακεδόσι μεταβάντες δὲ ἐς τὴν Ἀσίην, ἅμα τῇ χώρῃ καὶ τὸ ὄνομα μετέβαλον ἐς Φρύγας. Ἀρμένιοι δὲ κατάπερ Φρύγες ἐσεσάλαχαν, ἐόντες Φρυγῶν ἄποικοι. Τουτέων σφι ἀμφοτέρων ἦρχε Ἀρτόχμης, Δαρείου ἔχων θυγατέρα. Λυδοὶ δὲ ἀγχοτάτω τῶν Ἑλλήνων εἶχον ὅπλα. ⓐ δὲ Λυδοί, Μήονες ἐκαλέοντο πάλαι· ὀνομασθέντες δὲ τὸ Ἄτυος ἔθνος τὴν ἐπωνυμίην, μεταβαλόντες τὸ ὄνομα. Μυσοὶ δὲ, ὅτι μὲν τῇσι κεφαλῇσι εἶχον κράνεα ὅτι χώρεια, ἀσπίδας δὲ μικράς. ἀκοντίοισι δὲ ἐχρέωντο ὅτι καὶ οὗτοι. οὗτοι δὲ εἰσὶ Λυδῶν ἄποικοι· ἀπὸ Ὀλύμπου δὲ ὄρεος καλέονται Ὀλυμπιηνοί. Λυδῶν δὲ καὶ Μυσῶν ἦρχε Ἀρταφέρνης ὁ Ἀρταφέρνεος, ὃς ἐς Μαραθῶνα ἐστράτευσε ἅμα Δάτι. Θρῆικες δὲ, ὅτι μὲν τῇσι κεφαλῇσι ἀλωπεκέας ἔχοντες, ἐστρατεύοντο, περὶ δὲ τὸ σῶμα, χιτῶνας· ὅτι δὲ, ζφρὰς περιβεβλημένοι ποικίλας. περὶ δὲ τοῖσι πόδας τε καὶ τὰς κνήμας, πέδιλα νεβρῶν. σφέων δὲ, ἀκόντιά τε καὶ πέλτας, καὶ ἐγχειδίσκα μικρά. ὕστερον δὲ διαβάντες μὲν ἐς τὴν Ἀσίην, ἐκλήθησαν Βιθυνοί· τὸ δὲ πρότερον ἐκαλέοντο (ὡς αὐτοὶ λέγουσι) Στρυμόνιοι, οἰκέοντες ὅτι Στρυμόνι. ἐξαναστῶσι δὲ φασι ἐξ ἠθέων ὑπὸ Τευκρῶν τε καὶ Μυσῶν. Θρῃκῶν δὲ τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ ἦρχε Βασσάκης ὁ Ἀρταβάνου. ἀσπίδας δὲ ὠμοβοίνας εἶχον μικράς, καὶ πρὸς βόλους δύο λυκιουργέας ἕκαστος εἶχε· ὅτι δὲ τῇσι κεφαλῇσι κράνεα χάλκεα· πρὸς δὲ τοῖσι κράνεσι, ὦτά τε καὶ κέρεα προσῳῶν βοὸς χάλκεα. ἐπῆσαν δὲ καὶ λόφοι. τὰς δὲ κνήμας ῥάκεσι Φοινικέοισι κατειλίχατο. ἐν τούτοισι τοῖσι αὐτοῖσι Ἄρεός ἐστι χρηστήριον. Καβηλέες δὲ ⓐ Μήονες, Λασώνιοι δὲ καλούμενοι, τὸν αὐτὸν Κίλιξι εἶχον σκευὸν τὸν ἐγώ, ἐπεὰν ἔλθω τὸν Κιλίκων τάξιν διεξιὼν γενόμενα, τότε σημανέω. Μιλύαι δὲ αἰχμὰς τε βεβαχέας εἶχον, καὶ εἶμα περιεπορπέατο. εἶχον δὲ αὐτέων τὰ ξα μετεξέτεροι λύκια· περὶ δὲ τῇσι κεφαλῇσι ἐκ διφθερέων πεποιημένας κυνέας. τουτέων πρώτων ἦρχε Βάδρης ὁ Υἱστάνεος. Μόσχοι δὲ περὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι κυνέας ξυλίνας εἶχον, ἀσπίδας δὲ καὶ αἰχμὰς σμικράς. λόγχαι δὲ ἔπῆσαν μεγάλαι. Τιβαρηνοὶ δὲ, καὶ

[1] E crudo bouis tergore, *vt paulo post vertit eandem vocem.* [2] Venabula Lycii operis,

Μάκρωνες, καὶ Μοσύνοικοι, κατάπερ Μόσχοι ἐσκευασμένοι ἐς πόλεμον. τούτοις ὦν συνέπαιον ἀρχέοντες οἵδε· Μόσχοισι μὲν καὶ Τιβαρηνοῖσι, Ἀριόμαρδος ὁ Δαρείου τε παῖς καὶ Παρμύος τῆς Σμέρδιος τοῦ Κύρου· Μάκρωνας δὲ καὶ Μοσσυνοίκοισι, Ἀρταύκτης ὁ Χερασμίου, ὃς Σηστὸν τὴν ἐν Ἑλλησπόντῳ ἐπεφόρευε. Μάρες δὲ ὑπὲρ μὲν τῆσι κεφαλῆσι κράνεα ὑπηχόεια πλεκτὰ εἶχον, ἀσπίδας δὲ δερματίνας μικράς, καὶ ἀκόντια. Κόλχοι δὲ ὡσαύτως μὲν τῆσι κεφαλῆσι κράνεα ξύλινα, ἀσπίδας δὲ ὠμοβοίνας μικράς, αἰχμάς τε βραχέας· ὡσαύτως δέ, καὶ μαχαίρας εἶχον. Μαράν δὲ καὶ Κόλχων ἦρχε Φερενδάτης ὁ Τεάσπιος. Ἀλαροδίοι δὲ καὶ Σάσπειρες, κατάπερ Κόλχοι ὡπλισμένοι ἐς πρατηγέον. Τούτεων δὲ Μασίστιος ὁ Σιρομίτρεω ἦρχε. Τὰ δὲ νησιωτικὰ ἔθνεα τὰ ἐν τῇ Ἐρυθρῇ θαλάσσῃ ἐπόμενα, νήσων ὧν ἐν τῇσι οἱ ἀναστάτους καλεόμενοι κατοικίζει βασιλεύς, ἀγχοτάτω τῶν Μηδικῶν εἶχον ἐσθῆτά τε καὶ ὅπλα. Τούτεων δὲ τῶν νησιωτέων ἦρχε Μαρδόντης ὁ Βαγαίου. οὗτος ὁν Μυκάλῃσι πρατηγέων, δευτέρῳ ἔτεϊ τούτεων ἐτελεύτησε ἐν τῇ μάχῃ. Ταῦτα μὲν τὰ κατ' ἤπειρον πρατόμενα τε ἔθνεα, καὶ τεταγμένα ἐς (Ϛ) πεζόν· τούτῳ δὲ ὧν ἐς πρατὸς ἦρχον ὅτοι οἱ κατὰ εἰρέα). καὶ οἱ ἀριθμήσαντες καὶ ἐξαριθμήσαντες, ὅσοι ἐσί· καὶ χιλιάρχας τε καὶ μυριάρχας ἀποδέξαντες· ἑκατονταρχας δὲ καὶ δεκάρχας (4) μυριάρχαι. τελέων δὲ καὶ ἐθνέων ἔσαν δῆλοι σημαίτορες. ἔξαν μὲν δὴ οὗτοι, οἱ κατὰ εἰρέα), ἀρχοντες. Ἐπρατήγεον δὲ τούτεων τε καὶ τοῦ σύμπαντος πρατοῦ τοῦ πεζοῦ, Μαρδόνιός τε ὁ Γωβρύεω, καὶ " Τεανταπάχμης ὁ Ἀρταβάνου, ἀδελφιδέος μὲν ἐὼν πρατηγέοντος ὅτι τοῦ Ἑλλάδα, καὶ " Σμερδόνης ὁ Ὀτάνεω, Δαρείου ἀμφότεροι ὅτοι ἀδελφεῶν παῖδες, Ξέρξῃ δὲ ἐγίνοντο ἀνεψιοί· καὶ Μασίστης ὁ Δαρείου τε καὶ Ἀτόσσης παῖς, καὶ Γέργις ὁ Ἀρείαξου, καὶ Μεγάβυζος ὁ Ζωπύρου. Οὗτοι ἔσαν πρατηγοὶ τοῦ σύμπαντος πεζοῦ, χωρὶς τῶν μυρίων. τῶν δὲ μυρίων τούτεων Περσέων τῶν ἀπολελεγμένων ἐς πρατηγέε μὲν Ὑδάρνης ὁ Ὑδάρνεος· ἐκαλέοντο δὲ ἀθανάτοι οἱ Πέρσαι ὅτοι· ὅτι τὸν δὲ εἴ τις αὐτέων ἔξέλιπε τὸν ἀριθμὸν, ἢ θανάτῳ " βιαθεὶς, ἢ νούσῳ, ἄλλος ἀνὴρ ἀναίρητο· καὶ ἐγίνοντο οὐδαμᾷ οὔτε πλοῦνες μυρίων, οὔτε ἐλάσσονες. κόσμον δὲ πλεῖστον παρείχοντο ἀπὸ πάντων Περσέων, καὶ αὐτοὶ ἀρίστοι ἔσαν. σκευὴν μὲν τοιαύτην εἶχον κατάπερ εἴρηται· χρυσόν τε πολλὸν καὶ ἄφθονον ἔχοντες διέφερον. ἅρμα μάξας τε ἅμα ἤγοντο, ἐν ᾧ, παλλακὰς καὶ θεραπηίην πολλὴν τε καὶ εὖ ἐσκευασμένην. σῖτα δὲ σφι, χωρὶς τῶν ἄλλων στρατιωτέων, καμήλοισί τε καὶ ὑποζυγίοισι ἦγον. Ἰχθύην δὲ ταῦτα τὰ ἔθνεα· πλὴν οὐ πάντα παρεῖχε ἴσον, ἀλλὰ τοσάδε μοῦνα· Πέρσαι μὲν, τὴν αὐτὴν

Macrones, & Mosynœci, quos hi regebant: Moschos & Tibarenos Ariomardus, Darii filius & Parmyis filiæ Smerdis, filii Cyri, Macrones & Mosynœcos Artayctes, Chorasmis filius, qui Sesti in Hellesponto præses erat. 1 Mares in capitibus ligneas galeas gerebant, scutulaque è crudo bouis tergore, atque lanceolas, præterea machæras. Præerat autem Maribus & Colchis Pherendates Theaspis filius. Alarodii & Saspires eodem quo Colchi ornatu militabant, duce Masistio Sirometris filio. Insulanæ gentes, quæ rubro è mari sequutæ sunt ex iis insulis ad quas transportare rex solet quos è suis locis summouet, gerebant proxima Medis & vestimenta & arma: quibus præerat Mardontes Bagæi filius, qui apud Mycalem dux secundo post anno in pugna oppetiit. Hæ erant nationes quæ per continentem ibant, ex quibus constabat pedester exercitus: quibus ii præerant qui commemorati sunt, quique ordinarant milites connumerauerantque, & chiliarchas, *id est, tribunos qui mille*, & myriarchas, *id est, qui decem millibus præsunt*, delegerant. nam myriarchæ centuriones decanosque creauerant. Erant & alii agminum & gentium prætores: verum ii qui nominati sunt, erant duces. Horum tamen & totius exercitus imperatores erant, Mardonius Gobriæ filius, & Tirintatæchmes filius Artabani, qui dissuaserat bellum Græciæ inferendum, & Smerdones Otanis filius, ambo hi fratrum Darii filii, Xerxis patrueles: & Masistes Dario & Atossa genitus, & Gergis Ariazi & Megabyzus Zopyri filius. Hi erant imperatores omnium pedestrium copiarum, præter illa delecta Persarum decem millia, quibus præerat Hydarnes Hydarnis filius: qui vocabantur immortales, ob hoc, quod si quis eorum aut nece aut morbo numerũ imminueret, alius sufficiebatur: nec vnquam plures erant pauciorésve decem millibus, præcipuo inter omnes cultu decori, & iidem præstantissimi omnium, vt dictum est: & præterea immenso auro conspicui, ducentes vna carrucas cum pallacis ac familia permulta eaque belle ornata: necnon camelos ac iumenta, præter ceteros milites, quæ commeatum portabant. Equitant autem hæ nationes: sed non omnes habebant equos, verum hæ solæ: Persæ, qui eadem

260 LXXIX LXXX LXXXI LXXXII LXXXIII LXXXIV

1. Τεχτιν. τείχμης

2. Ζαρδαμάνης

3. Βιαθεὶς,

1 Mares in capitibus quidem galeas more patrio textiles gestabant, *vel, nexiles*, clypeos autem paruos pelliceos, & iacula. Colchi in capitibus ligu.

erant

erant qua peditatus armatura ornati, nisi quod quidam gestabant in capitibus
LXXXV opera ex ære ferroque ductilia. Sunt autem quidam Nomades homines, qui Sagartii appellãtur, & gẽte & voce Persæ, sed cultu inter Persicum & Pactyicum, qui contulerunt equitatum octo millium equitum, armaturam neque aheneã neque ferream assueti ferre, præter pugiones, vtentes reste è viminibus conserta, qua freti in prœlium eunt. Est autem prœlium eorum virorum huiusmodi: Cum hoste congredientes iniiciunt eas restes in summo habentes laqueos, qui quum aut equum aut hominem adepti sunt, eum ad se trahunt: ita illi illaqueati conficiuntur. Talis horum pugna est, iidemque inter Persas censentur. Medi eandem equites quam pedites
XXXVI armaturam gerunt: & item Cissii. Indi quoque eandem quam peditatus suus gestant armaturam. ceterum equos desultorios agebant & currus: quibus curribus suberant & equi & asini agrestes. Bactrii eodem ornatu instructi erant equites quo pedites, & item Caspii. Libyes & ipsi eandem quam pedites armaturam gerebant: curruum autem hi cuncti erant agitatores. Caspii quoque & Paricanii itidem atque suus peditatus instructi erant. Necnon Arabes eo quo pedites ornati cultu agitabant camelos
CXVII nihilo inferiores equis pernicitate. Hæ sole gentes erant equestres. Fuitque numerus equitum, octo myriades, *id est, octoginta millia*, præter camelos & currus. Et alii quidem equites in ordinem redacti erant: Arabes autem in vltimo locati, ob id postremi ne equitatus consterneretur, equis camelos non toleran-
CXVIII tibus. Equitatus autem præfecti erant, Harmamithres & Tithæus, filii Datis: quorum tertius collega Pharnuches Sardibus erat relictus ęgrotus. Nam quũ Sardibus proficisceretur, in calamitatem incidit insciens. equitante enim eo canis sub pedes equi intercurrit: quo equus improuiso deterritus atque erectum sese attollens, Pharnuchem excussit. Hic collapsus sanguinem euomuit, nactusque est morbum qui in phthisin, *id est, tabem*, euasit. Equo autem, à casu statim domini, fecerunt famuli vt ille iusserat: Abducto nanque in eum locum vbi dominum strauerat, cruta cum genibus absciderunt. Itaque Pharnuches ita à præfectura summotus est.

ἐσκυθάσμφυοι καὶ ὁ πέζος αὐτέων· πλὴν ὅτι τῇσι κεφαλῇσι εἶχον ἔνιοι αὐτέων καὶ χάλκεα καὶ σιδήρεα ἐξελήλαμφα ποιήματα. Εἰσὶ δὲ καὶ νομάδες αἰθεφποι Σαγλφάιοι καλεόμφοι, ἔθνος μφὺ Περσικὴν καὶ φωνῇ, σκυθικὼ δὲ μεταξὺ ἔχουσι πεποιημφέω τῆς Περσικῆς τε καὶ τῆς Πακτυικῆς· οἱ πφοείποντο μφὺ ἵππον ὀκτακισχιλίην, ὅπλα δὲ οὐ νομίζουσι ἔχειν οὔτε χάλκεα, οὔτε σιδήρεα, ἔξω ἐγχειριδίων. χφεώνται δὲ σειρῇσι πεπλεγμφέῃσι ἐξ ἱμαάντων, τῇσι πίσιοι ἔρχονται ἐς πόλεμον. ἢν δὲ μάχῃ τοὺτέων τῶν ἀνδφῶν, ἢν δὲ ἐπὶ ἀνὴρ συμμίσγωσι τοῖσι πολεμίοισι, βάλλουσι τὰς σειρὰς, ἐπὶ ἄκφῳ βεβφεγμένῃσι ἐχούσας· ὅτευ δ' ἂν τύχῃ, ἑωυτῷ τε ἵππου, ἑωυτῷ τε ἀνθφώπου, ἐπὶ ἑωυτὸν ἕλκει. ⓐ δὲ ἐν ἄφκεσι ἐμπαλλασσόμφοι ἀσφαλέως φέφονται. τοὺτέων μφὺ αὕτη ἡ μάχη, καὶ ἐπετεταχατο ἐς τοὺς Πέφσας. Μῆδοι δ', τὴν ὡφὴν ἐν τῷ πεζῷ εἶχον σκυθικὴν, καὶ Κίσσιοι ὡσαύτως. Γνδοὶ δὲ σκυθικὴν μφὺ ἐσεσάχατο τῇ αὐτῇ καὶ ἐν τῷ πεζῷ, ἢ ἧσσον δὲ κέλητας καὶ ἅφματα· ἵππος δὲ τοῖσι ἅφμασι ἐπῆσαν ἵπποι καὶ ὄνοι ἄγφιοι. Βάκτφιοι δὲ ἐσκυθάσθησαν ὡσαύτως καὶ ἐν τῷ πεζῷ, καὶ Κάσπιοι ὁμοίως. Λίβυες δὲ καὶ αὐτοὶ κατάπεφ ἐν τῷ πεζῷ· ἧσσον δὲ καὶ οὗτοι πάντες ἅφματα. ὡς δ' αὖτως Κάσπιοι καὶ Παφικάνιοι ἐσεσάχατο ὁμοίως καὶ ἐν τῷ πεζῷ. Ἀφάβιοι δὲ σκυθικὴν μφὺ εἶχον τὴν αὐτὴν καὶ ἐν τῷ πεζῷ· ἧσσον δὲ πάντες καμήλοις, τάχυτῆτι οὐ λειπομφέας ἵππων. Τάξις δὲ αὕτη ἑκάστων μουνάδων ἵππων βύει. ἀφιθμὸς δὲ τῆς ἵππου ἐγένετο ὀκτὼ μυφιάδες, πάφεξ τοὺς ἄλλων καμήλων καὶ τῶν ἁφμάτων. ⓐ μφὺ νυν ἄλλοι ἱππέες ἐτετάχατο κατὰ τέλεα· Ἀφάβιοι δ', ἔσχατοι ἐτετάχατο. ἅτε γὰφ τῶν ἵππων οὐκ ἀνεχομφέων τὰς καμήλους, ὕστεφοι ἐτετάχατο, ἵνα μὴ φοβέοιτο ὁ ἵππιος. Γέππυφοι δὲ ἦσαν Ἀφμαμίθφης τε καὶ Τίθαιος, Δάτιος παῖδες· ὁ δὲ τφίτος σφίσι σωθεὶς πφόσχυφος Φαφνούχης κατελέλειπτο ἐν Σάφδισι νοσέων· ὡς γὰφ ὁφμέων ἐκ Σαφδίων, ὑπὸ συμφοφὴν ἐνέπεσε ἀνεθέλητον. ἐλαφρύνοντι γὰφ ⓐ, ὑπὸ δὴ πόδας τῷ ἵππου ὑπὸ δραμεκύων· καὶ ὁ ἵππος ὑπὸ φρεῖδον ἐφοβήθη τε, καὶ σφᾶς ὀφθὸς ἀπέσεισαν ⓦ Φαφνούχεα. πεσὼν δ', αἱμά τε ἤμεε, καὶ ἐς φθίσιν πφοῆλθε ἡ νοῦσος. ⓦ δὲ ἵππον αὐτίκα κατ' ἀφχὰς ἐποίησαν ⓐ οἰκέτην ὡς ἐκέλευε· ἐς ⓦ χῶφον ἐν τῷ φφ κατέβαλε ⓦ δεσπότεα ἀπαγαγόντες, σὺν τοῖσι γουνάσι ἀπέταμον τὰ σκέλεα. Φαφνούχης μφὺ οὕτω πφοελύθη τῆς ἡγεμονίης.

Τῶν δὲ τεσσέρων ἀριθμὸς μὲν ἐγένετο ἑπτὰ καὶ δισχίλιαι καὶ χίλιαι, παρεῖχοντο δὲ αὐτὰς οἵδε· Φοίνικες μὲν, σὺν Συρίοισι τοῖσι ἐν τῇ Παλαιστίνῃ, τεσσερηκοντάκροτοι, ὧδε ἐσκευασμένοι· περὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι κυνέας εἶχον ἀγχοτάτω πεποιημένας τοῦπερ Ἑλληνικοῦ· ἐνδεδυκότες δὲ θώρηκας λινέους· ἀσπίδας δὲ ἴτυος οὐκ ἐχούσας εἶχον, καὶ ἀκόντια. ὅτοι δὲ οἱ Φοίνικες τὸ παλαιὸν (ὡς αὐτοὶ λέγουσι) ἐπὶ τῇ Ἐρυθρῇ θαλάσσῃ. ἐνθεῦτεν δὲ ὑπερβάντες τὴν Συρίης οἰκέουσι τὸ πρόσκαιρον τοῦτο μέχρι Αἰγύπτου πρός, Παλαιστίνη καλέεται). Αἰγύπτιοι δὲ παρεῖχοντο στρατιάς. ὅτοι δὲ εἶχον περὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι κράνεα χαλκέα, ἀσπίδας δὲ κοίλας, τὰς ἴτυς μεγάλας ἐχούσας, καὶ δόρατα τε ναύμαχα, καὶ τύκους μεγάλους. ὁ δὲ πλῆθος αὐτέων, θωρηκοφόροι ἐόντες, μαχαίρας δὲ μεγάλας εἶχον. ὅτοι μὲν ὅτω ἐσταλάδατο. Κύπριοι δὲ παρεῖχοντο νέας πεντήκοντα καὶ ἑκατόν, ἐσκευασμένοι ὧδε· τὰς μὲν κεφαλὰς εἰλίξατο μίτρῃσι οἱ βασιλῆες αὐτέων, οἱ δὲ λοιποὶ εἶχον πίλους· τὰ δὲ λοιπὰ κατάπερ Ἕλληνες. τούτεων δὲ ὅσοι δεῦτεροι ἔθνεα ὀνομάζονται, οἱ μὲν, ἀπὸ Σαλαμῖνος, καὶ Ἀθηναίων· οἱ δ' ἀπ' Ἀρκαδίης· οἱ δέ, ἀπὸ Κύθνου· οἱ δέ, ἀπὸ Φοινίκης· οἱ δέ, ἀπὸ Αἰθιοπίης, ὡς αὐτοὶ Κύπριοι λέγουσι. Κίλικες δὲ ἑκατὸν παρεῖχοντο νέας· οὗτοι δὲ αὖ περὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι κράνεα ἐπιχώρια, λαισήιά τε εἶχον αὐτόθεν ἀσπίδων, ὡμοβοίνης πεποιημένα, καὶ χιτῶνας εἰρινεοὺς ἐνδεδυκότες. δύο δὲ ἀκόντια ἕκαστος καὶ ξίφος εἶχον ἀγχοτάτω τῇσι Αἰγυπτίῃσι μαχαίρῃσι πεποιημένα. οὗτοι μὲν ὁ παλαιὸν Τρῶες παλαιοὶ ἐκαλέοντο, ὅτε δὲ Κίλικος τοῦ Ἀγήνορος ἀνδρὸς Φοίνικος ἔσχον τὴν ἐπωνυμίην. Παμφυλοι δὲ τεσσεράκοντα παρεῖχοντο νέας, Ἑλληνικῇσι ὁπλοισι ἐσκευασμένοι. οἱ δὲ Παμφυλοι ὅτοι, εἰσὶ τῶν ἐκ Τροίης ἀποσκεδασθέντων ἅμα Ἀμφιλόχῳ καὶ Καλχαντι. Λύκιοι δὲ παρεῖχοντο νέας πεντήκοντα, θωρηκοφόροι τε ἐόντες καὶ κνημιδοφόροι. εἶχον δὲ τόξα κρανέινα, καὶ ὀϊστοὺς κεδαμίνους ἀπτερέας καὶ ἀκόντια· ἐπὶ δέ, αἰγέης δέρματα περὶ σφίσι ὤμοισι ἀμφιβύσσια· περὶ δὲ τῇσι κεφαλῇσι πίλοισι πτερῇσι περιεστεφανωμένοι. ἐγχειρίδια δὲ καὶ δρέπανα εἶχον. Λύκιοι δέ, Τερμίλαι ἐκαλέοντο ἐκ Κρήτης γεγενημένοι· ἀπὸ δὲ Λύκου τοῦ Πανδίονος, ἀνδρὸς Ἀθηναίου, ἔσχον τὴν ἐπωνυμίην. Δωριέες δὲ οἱ ἐκ τῆς Ἀσίης, τεσσεράκοντα παρεῖχοντο νέας, ἔχοντές τε Ἑλληνικὰ ὅπλα, καὶ γεγενημένοι ἐκ Πελοποννήσου. Καρες δὲ, ἑβδομήκοντα παρεῖχοντο νέας, τὰ μὲν ἄλλα κατάπερ Ἕλληνες ἐσκευασμένοι· εἶχον δὲ καὶ δρέπανα καὶ ἐγχειρίδια. οὗτοι δὲ, οἵτινες πρότερον ἐκαλέοντο, ἐκ τοῖσι πρόσθεν τῶν λόγων εἴρηται. Ἴωνες δὲ, ἑκατὸν νέας παρεῖχοντο, ἐσκευασμένοι ὡς Ἕλ-

¶ Porro triremes inito numero fuere mille ducentæ & [1] octo: quas hi præbuere: Phœnices, cum Syris qui Palæstinam incolunt, trecentas, hunc in modum ornati: Circa capita galeas Græcanicis proximas gerebant, induti thoracibus lineis, cum scutis vmbone carentibus, cumque iaculis. Hi Phœnices (vt ipsi memorant) quõdam mare rubrum accolebant: illinc transgressi, maritima Syriæ habitant. Is autem tractus Syriæ, & quicquid Ægypto tenus est, Palęstina vocitatur. Hi circa capita cassides forcipiculatas gerebant, conuexa autẽ scuta magnis vmbonibus prædita, ac grandia pila nautica, & grandes bipennes: eorum turba thoraces gerebat ac magnas machæras. Hũc in modum isti armati erant. Cyprii autem centum quinquaginta naues præbebãt, hoc modo armati: Reges eorum mitris redimiti erant: reliqui tunicas gestabant, cetera vt Græci. Quorum gentes sunt partim à Salamine & Athenienſibus, partim ab Arcadia, partim à Cythno, partim à Phœnice, partim ab Æthiopia oriundi, vt ipsi Cyprii aiunt. Cilices, centum naues. hi circa capita ferebant gẽtiles galeas, pro scutis parmulas è crudo bouis corio factas, laneis vestibus induti: bina singuli iacula gestantes, & ensem machæræ Ægyptiacæ persimilem. Hi quondam Hypachæi appellati fuerant, sed à Cilice Phœnice Agenoris filio illud nomen acceperunt. Pamphylii, triginta naues, Græcanicis armis ornati: qui ab illis originem ducunt qui cũ Amphilocho & Calchante è Troia dissecti fuerant. Lycii præbuerunt naues quinquaginta, thoracibus ocreisq; armati: arcubus quoque è corno factis, & arundineis sagittis sine pennis, atque iaculis: gerentes ex humeris suspensas caprarum pelles, & in capitibus pilea pennis coronata, quinetiam pugiones & falces. Hi è Creta oriundi, quondam Termilæ nominati, sed à Lyco viro Athenienſi Pandionis filio, Lycii fuerunt cognominati. Dores qui sunt ex Asia, naues triginta. hi Græca gerebant arma, vti è Peloponneso propagati. Cares, septuaginta naues, cetera Græco more ornati, sed & falces & pugiones gerebant. [2] quos prius appellatos fuisse Hœtines, in superioribus libris dictum est. Iones, centum naues, armati Græ-

LXXIX
XC
XCI
XCII
XCIII

1 Septem: 2 Hi autem quo prius nomine vocati fuerint, in superioribus. *His autem ridicule fecit populos ex vocabulo ei-ones, vt supra pag. 392. ex nomine ὅσιος populos* Hesiones *fecerat.*

co ritu : qui quandiu in Peloponneſo regionem quæ vocatur Achaia incoluerunt,& ante aduentum Danai & Xuthi in Peloponneſum, (vt Græci aiunt) vocabantur Pelaſgi Ægialees, *id eſt*, *litorales*, ſed ab Ione Xuthi filio, Iones
XCV ſunt appellati. Inſulani, naues decem & ſeptem, armati vt Græci: & ipſi Pelaſgica gens, ſed mox Ionica, ob eandem cauſſam ob quam & duodecim oppida ſunt Ionica ab Athenienſibus appellata. Æoles, ſexaginta naues, ritu Græco armati, & olim Pelaſgi (vt apud Græcos fertur) vocati. Helleſpontii, centum naues, præter Abydenos: quibus mandatum erat ab rege vt circa locum manerent ad pontes cuſtodiendos. Cereti è Ponto erant, Græco more armati, Ionum ac Dorum coloni. In
XCVI omnibus autem nauibus epibatæ erant Perſæ & Medi & Sacæ, quarum velociſſimas præbuere Phœnices, & inter Phœnices, optimas Sidonii. Harum ſingulis, & item pedeſtribus eorum copiis præfecti erant vernaculi duces: quorum ego (quia ratio hiſtoriæ non exigit neceſſario) non faciam mentionem. Neque enim ſingularum nationum duces digni memoria fuere, quarum quot vibes, tot duces extitere: ſed non vt ductores, verum vt ſerui (quemadmodum alii qui ducebantur in militiam) venere: quoniam duces penes quos ſumma imperii erat, vt ſingularum gentium principes, quinam eorum Perſæ fuerint, à me commemoratum eſt.
hi fuere, Thessali, Dolopes, Enienses, Peræbi, Locri, Magnetes, Melienses, Achæi, Phthiotæ & Thebani, ceterique Bœoti præter Thespienses & Plataenses: [2] cum quibus ii Græci *Perabi* percussserant fœdus qui bellum aduersus barbarum sumpserant. fœdus autem ita habebat: Quicunque Græci se dedidissent Persæ, non adacti necessitate, [3] eorum decimum quenque, rebus bene constitutis, se deo qui Delphis est, deuoturos. Ita apud Græcos iusiurandum se habebat. ¶ Xerxes autem neque A- CXXXIII
thenas neque Spartam legatos terram petitum miserat, ob id quod quos ante Darius ad hoc ipsum misisset, eorum alios isti in barathrum, alios in puteum deiecerant, iubentes eos illinc terram & aquam ferre ad regem. Hac de caussa nullos illuc ad petendum misit. Et Athenienſibus quidem, quod ita [4] legatos tractarint, quid triste contigerit non queo dicere, nisi quod eorum solum cum vrbe vastatum est: quod tamen ipsum non ea caussa suspicor contigisse. Lacedæmoniis vero ira Talthybii, qui CXXXIV
fuit Agamemnonis præco, incubuit. est autem Spartæ Talthybii templum, cum eius posteris qui Talthybiadæ nominantur, quibus honos [5] legationis Spartanorum semper tribuitur. Itaque post eam rem Spartiatæ, quum læta exta eis non essent, idque diu contingeret, pertæsi huius calamitatis Lacedæmoniorũ, cœtu frequenter coacto hoc edictum proposuere, siquis Lacedæmoniorum vellet pro Sparta occũbere. Tunc Sperthies Aneristi & Bulis Nicolai filius, viri Spartiatæ, & natalibus & opibus inter primos, vltro se obtulerunt ad satisfaciendum sua pœna Xerxi Darii filio, ob legatos apud Spartam interemptos. Ita hos Spartiatæ tanquam mortem obituros, miserũt ad Medos. Digna autem ad- CXXXV

——existimabatque Xerxes illos à tota natione amicitiam, *vel, confœderationem*, sibi spondere. *Id est, Hæc autem dicebat de Thessalis ratione habita illius quod Aleuadæ fecerant. sperabat enim totam nationem factum illorum imitaturam.* 1 Caduceatores
2 Aduersus quos ii Græci percusserunt fœd. 3 Hos, rebus bene constit. ad soluendam deo Delphico decimam adigere. *Potest tamen & paulo aliter exponi διανοῦνται.* 4 Caduceatores 5 Obeundorum præconiorum ex Sparta

mira-

miratione cum hæc audacia horum virorum, tum verba ab eis habita. nam Susa tendentes, ad Hydarnem Persam Asianæ oræ maritimæ præfectum venerunt: qui eos hospitaliter munificeque acceptos, his verbis interrogauit, Viri Lacedæmonii, quid *ita* respuitis effici amici regis? cernite enim ex me & meo statu quam scit honore prosequi rex viros egregios, [1] vos itidem honoraturus si vos ipsi ei dederitis. Videamini modo apud eum viri egregii: quoniam singuli vestrûm rege donante, principatum Græciæ obtinebunt. Ad hæc illi respondentes, Hydarnes, inquiunt, non ex æquo consilium tuum ad nos spectat atque ad te, qui condicionis quam suades expertus es, nostræ inexpertus. nam eam quidem nosti: libertatem autem nondum expertus es, vtrum sit dulcis an non. quæ si tibi experta foret, non vt hastis sed vt securibus pro ea dimicaremus, nobis suaderes. Hæc Hydarni responderunt. Dehinc vero vt ascenderunt Susa, & in conspectum regis venerunt, principio iubentibus satellitibus ac vim afferentibus vt procumbentes regem adorarent, [2] & per capita eos ad id agendum impingentibus, negauerunt se vnquam id esse facturos. neque enim sibi esse consuetudinem hominem adorandi, neque se ad id veniisse. Posteaquam autem in hoc repugnauerant, secundo loco hæc & his similia dixere, Rex Medorum, nos miserunt Lacedæmonii ad luendam pœnam pro iis [3] legatis qui Spartæ interiere. Hæc istis dicentibus, Xerxes præ magnanimitate negauit se fore Lacedæmoniis similem. illos enim interimendis legatis ius omnium hominum confudisse: se vero quod illis exprobraret, id non esse facturum: neque, eos occidendo, Lacedæmonios culpa soluturum. Hac te per Spartiatas gesta, impræsens ira Talthybii cessauit: etsi Spartam reuersis Sperthie & Bule, [4] longo deinde tempore interiecto excitatum est inter Peloponnenses & Athenienses bellum, vt Lacedæmonii aiunt. quod mihi diuinitus maxime videtur esse gestum:

Τλμα τουτέων τῶν ἀνδρῶν θωύματος ἄξιη, καὶ τάδε
πρὸς τούτοισι τἄπεα. πορευόμενοι γὰρ ἐς Σοῦσα,
ἀπικνέονται παρὰ Ὑδάρνεα. ὁ δὲ Ὑδάρνης ἐὼν μὲν
γένος Πέρσης, στρατηγὸς δὲ τῶν παραθαλασσίων ἀν-
θρώπων τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ ὅσοι σφέας, ξείνια προθέμε-
νος, ἐίσια. ξείνιζων δέ, εἶπε τάδε, Ἄνδρες Λακεδαι-
μόνιοι, τί δὴ φεύγετε βασιλέι φίλοι γενέσθαι; ὁρᾶτε
γὰρ ὡς ἐπίστασθε τοὺς βασιλέας ἄνδρας ἀγαθοὺς ὑμέων, ἐς
ἐμέ τε καὶ τὰ ἐμὰ πρήγματα ἀποβλέποντες· οὕτω δὴ
καὶ ὑμέας εἰ δόντες ὑμέες αὐτοῖς βασιλέι, (δεδόξασθε
γὰρ πρὸς αὐτοῦ ἄνδρες εἶναι ἀγαθοί) ἕκαστος ἂν ὑμέων
ἄρξειε γῆς Ἑλλάδος δόντος βασιλῆος. πρὸς αὖ-
τα νῦν ἐκρίνατε τάδε. Ὑδάρνεα, οὐκ ἰξ ἴσου γίνε-
ται ἡ συμβουλίη ἥν τε ἡμέας τίθεσθε καὶ τὴν σεωυτοῦ.
σὺ μὲν γὰρ πεπειρη-
μένος συμβουλεύεις, τὰ δὲ ἀπείρεσι ἐών. ὃ μὲν γὰρ
δοῦλος εἶναι) ἐξεπίστεαι, ἐλευθερίης δὲ οὔκω ἐπειρήθης,
οὔτε εἰ ἔστι γλυκύ, οὔτε εἰ μή. εἰ γὰρ αὐτῆς πειρη-
σαιο, οὐκ ἂν δόρασι συμβουλεύοις ἡμῖν περὶ αὐτῆς
μάχεσθαι, ἀλλὰ καὶ πελέκεσι. ταῦτα μὲν Ὑδάρ-
νεα ἀμείψαντο. Ἐνθεῦτεν δὲ ὡς ἀνέβησαν ἐς
Σοῦσα, καὶ βασιλέι ἐς ὄψιν ἦλθον, ὡς τὰ μὲν τῶν
δορυφόρων κελευόντων, καὶ ἀναγκάζειν σφι ὡς ἐς
ἐόντων προσκυνέειν βασιλῆα προσπίπτοντας,
οὐκ ἔφασαν, ὑπερόμενοι τοῦτο ποιήσειν· ἐπεὰν δὲ αὐτέων ὑπὲρ κεφαλῆς
ποιήσειν ταῦτα οὐδαμά. οὔτε γὰρ σφι ἐν νόμῳ ἐστὶ-
ναι ἄνθρωπον προσκυνέειν, οὔτε κατὰ ταῦτα ἥκειν.
ὡς δὲ ἀπεμαχέσαντο τούτῳ, δεύτερά σφι λέγεσι
τάδε, καὶ λόγου τοιοῦδε ἐχόμενα, Ὦ βασιλεῦ Μή-
δων, ἔπεμψαν ἡμέας Λακεδαιμόνιοι ἀντὶ τῶν ἐν
Σπάρτῃ ἀπολομένων κηρύκων, ποινὴν ἐκείνων
ἐόντας. λέγεσι δὲ αὐτοῖσι τάδε, Ξέρξης ἐστὶ τῶν
μεγαλοφρονίης, ἐκεῖνο ἔφη ὁμοῖος ἔσεσθαι Λακε-
δαιμονίοισι· κείνους μὲν γὰρ συγχέαι τὰ πάντων
ἀνθρώπων νόμιμα, ἀποκτείναντας κήρυκας· αὐτὸς
δὲ, τὰ ἐκείνοισι ὀπιπλήσει, τάδε οὐ ποιήσειν, οὐδὲ
αὐτὸς ἀποκτείνας ἐκείνους, ἀπολύσειν Λακεδαιμονίους
τὴν αἰτίην. Οὕτω μὲν Ταλθυβίου μῆνις, καὶ τάδε ποιη-
σάντων Σπαρτιητέων, ἐπαύσατο τότε θυμουμένη,
καίπερ στρατοῦ πεσόντων ἐς Σπάρτην Σφορίεώ τε καὶ
Βάλιος. χρόνῳ δὲ μετέπειτα πολλῷ ἐπηγέρθη αὖτις τῶν
Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων πόλεμον, ὡς λέγουσι Λα-
κεδαιμόνιοι. ὅτι μοι ἐν τοῖσι θειότατον φαίνεται γενέσθαι,

1 Sic & vos, si regi vos tradatis, ab illo singuli (quippe qui magnam de vestra fortitudine opinionem conceperit) principatum *alicuius* nationis Græcæ sitis consequuturi. Ad quæ illi respondentes, Hydarnes, inquiunt, non das nobis par vtrinque consilium. tu enim qui nobis consilium das, vnum expertus es, alterum nequaquam. nam seruus esse didicisti. at libertas dulcis sit necne, nondum es expertus. Si enim illam expertus esses, non vt hastis *&c.* *Illud* οὐκ ἰξ ἴσου *&c. potest & ita verti*, Non pari vtrinque ratione das nobis consilium. *q. d. Quum suades nobis vt condicionem tuam nostræ anteponamus, res duas inter se comparas non tibi æqualiter notas. Illud autem* ἐμὲ τε καὶ τὰ ἐμὰ *potest etiam verti* Cernitis, *& fortasse melius.* 2 Negauerunt se, vel si in caput protruderentur, hæc vllo modo facturos. *Alioqui phrasis illa* Præcipitem dari *significat. Eo autem sensu quem Valla sequutus est, videtur dicturus fuisse potius Herodotus,* καὶ ἀνάγκῃ στρος φέρωσι, καὶ ὅτι κεφαλὴ αὐτοῦ ἐστὶν ὑπὲρ τῶν. *Sed alteri sensui videtur aptius fore.* οὐδ' ἀποδόμενοι. 3 Caduceatoribus 4 Sed longo post tempore rursum excitata fuit in bello Peloponnesiorum & Athenienstum, vt Laced. aiunt, quod mihi diuin. m. contigisse videtur.

ὅλη μὲν γὰρ κατέσκηψε ἐς ἀγγέλους ἡ Ταλθυβίου μῆνις, ὅδε ἐπαύσατο πρὶν ἢ ἐξέπλησε, δίκαιον οὕτω ἐνεγκεῖν· ὃ δὲ συμπεσεῖν ἐς τοὺς παῖδας τῶν ἀνδρῶν τουτέων τῶν ἀναβάντων πρὸς βασιλέα Ξέρξην τὸν μείωνα, ἐς Νικόλαόν τε τὸν Βούλιος, καὶ ἐς Ἀνήριστον τὸν Σπερθίεω, ὡς ἕλε ἁλιέας τοὺς ἐκ Τίρυνθος, ὁλκάδα καταπλώσας πλήρεϊ ἀνδρῶν, δῆλον ὧν μοι ὅτι θεῖον ἐγένετο τὸ πρῆγμα ἐκ τοῦ μείωνος. οἱ γὰρ πεμφθέντες ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἄγγελοι ἐς τὸν Ἀσίλεω. προδοθέντες δὲ ὑπὸ Σιτάλκεο τοῦ Τήρεω, Θρηίκων βασιλέος, καὶ Νυμφοδώρου τοῦ Πύθεω ἀνδρὸς Ἀβδηρείτεω, ἁλόντες καὶ βιασθέντες ἐν Ἑλλησπόντῳ, καὶ ἀπαχθέντες ἐς τὴν Ἀττικήν, ἀπέθανον ὑπὸ Ἀθηναίων· μετὰ δὲ αὐτέων, καὶ Ἀρτείας ὁ Ἀδιμάντου, Κορίνθιος ἀνήρ. ταῦτα μὲν νῦν πολλοῖσι ἔπεσι ὕστερον ἐγένετο τοῦ βασιλέος γόλου. Ἐπῆλθε δὲ καὶ ἑτέρως λόγος. ἡ δὲ στρατηλασίη ἡ βασιλέος ἔνθεν μὲν εἶχε ὡς ἐπὶ Ἀθήνας ἐλαύνῃ, κατίει δὲ ἐς πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα. πυνθανόμενοι δὲ ταῦτα πρὸ πολλοῦ οἱ Ἕλληνες, οὐκ ἐν ὁμοίῳ πάντες ἐποιεῦντο. οἱ μὲν γὰρ αὐτέων δόντες γῆν καὶ ὕδωρ τοῖσι Πέρσῃσι, εἶχον θάρσος ὡς οὐδὲν πεισόμενοι ἄγος παρὰ τοῦ βαρβάρου· οἱ δὲ μὴ δόντες, ἐν δείματι μεγάλῳ κατέστασαν, οὔτε ἔτι νεῶν ἐουσέων ἐν τῇ Ἑλλάδι ἀριθμὸν ἀξιομάχων. δέκεσθαι γὰρ ὅκου ἔμελλον, ὅτε βουλομένων τῶν πολλῶν αὐτὰ πρήσσεσθαι τὸν πόλεμον, μηδιζόντων δὲ προθύμως. Ἐνθαῦτα ἀνάγκαίη ἐξεύρισκε γνώμην ἀποδέξασθαι, ὅκως φθόνον μὲν πρὸς τῶν πλεόνων ἀνήσεσθαι, ὅμως δὲ, τῇ γε μοι φαίνεται, ἀληθέα, οὐκ ὀκνήσω. οἱ Ἀθηναῖοι καταρρωδήσαντες τὸν ὀπίσω κίνδυνον, ἐξέλιπον τὴν σφετέρην, καὶ οὐ μὴν ἐκλιπόντες, ἀνὰ μείναντες, ἔδοσαν σφέας αὐτοὺς Ξέρξῃ καὶ τῇ θαλάσσῃ, ὡς μοὶ ἀν ἐπιφρῶν ἀντιθύρων βασιλεῖ. εἰ δὲ οὕτω καὶ τὴν θάλασσαν μηδεὶς ἐπιστῆσαι Ξέρξῃ, κατά γε ἐμὲ τὴν ἤπειρον ἔχοι ὧδε ἐγένετο· εἰ καὶ πολλοὶ τειχέων κίονες ἦσαν ἑλληνομύροι πρὸ τοῦ Ἰσθμοῦ Πελοποννησίοισι, προδόντες ἂν Λακεδαιμόνιοι τοὺς συμμάχων οὐκ ἑκόντων, ἀλλ' ἐπ' ἀναγκαίης, καὶ πόλις ἁλισκομένων ἐπὶ τοῦ ναυτικοῦ στρατοῦ τοῦ βαρβάρου, ἐμωμώθησαν. μωμωθέντες δὲ ἄν, καὶ ἀποδεξάμενοι ἔργα μεγάλα, ἀπέθανον γενναίως. ἢ ταῦτα ἂν ἔπαθον, ἢ

1 quia ira Talthybii nuncios corripuerit, nec prius quieuerit. Quod autem ira inciderit in eorum qui ad regem ascenderunt filios, Nicolaum Bulis, & Aneristum Sperthici filium, qui piscatores Tirynthios in naui oneraria plena viris nauigantes cepit, manifestum est apud me diuinitus id factum esse, ex ira dei: quod nuncii qui in Asiam à Lacedæmoniis mittebantur, proditi à Sitalce Tirei filio Thracum rege, & à Nymphodoro Pythei filio viro Abderita, excepti sunt iuxta Bisantem quæ est in Hellesponto, & adducti in Atticam, ab Athenienſibus necati sunt: cumque iis Aristeas Adimanti filius, Corinthius. Verum hæc multis post regis expeditionem annis gesta sunt. ¶ Quæ expeditio (vt ad superiorem orationem redeã) nomine quidem tendebat contrà Athenas, re tamen vera contra cunctam Græciam. Eam diu ante Græci quum audissent, non perinde omnes affecti sunt. nam ii qui terram & aquam dederant Persæ, fiduciam animo præsumebant tanquam nihil ingratum passuri à barbaro; qui non dederant, magno in metu versabantur. quippe quum nulla tanta classis esset in Græcia quæ posset excipere inuadentem, præsertim plerisque bellum detrectantibus, & libenter ad partes Medorum inclinantibus. Hoc ego loco necesse habeo ferre sententiam apud multos quidem homines inuidiosam, non tamen quod mihi videtur verum dissimulabo: an Athenienses formidantes periculum quod impendebat, patriam deseruissent: an, non deserentes, sed permanentes sese dedissent Xerxi, nihil omnino aduersus regem in mari facere conati: an nemo mari se opposuisset Xerxi, atque hæc in continenti gesta essent: an etiam multæ loricæ essent muris inductæ à Peloponnensibus per Isthmum: an proditi à sociis Lacedæmonii, iisque non voluntariis, sed per vrbes à classe barbara occupatis, ac deserti fuissent: deserrique & magna opera aggressi, generose occubuissent: an hæc passi essent: an,

Cxxxvii

Cxxxviii

Cxxxix

1 Talthybii enim iram in nuncios incubuisse, nec cessauisse priusquam discessissent, *qui ad luendam pro illis pœnam mittebantur*, id æquitas postulabat: (*Gall. ad verbum, Le droict le portoit ainsi*) at vero ingruisse illam in eorum filios qui ad regem ob ipsorum delictum ascenderant, Nicolaum Bulis, *&c. Sed non videtur mendo vel potius mendis carere totus hic locus, præsertimque illud* ἐξῆλθον, pro quo ἐξῆλθοι lego. eo sensu quem hic indicaui, qui tamen nec ipse mihi satisfacit. 2 Non tamen quod mihi ver. esse vid. subtiterestere nulli conati fuissent. quod si mari nullus Xerxi restitisset, terra certe ista contigissent: Quamuis muri à Peloponnensibus acti, quippe quorum vrbes sigillatim à classe barbari caperentur) soli remansissent: soli autem remanentes, præclaris in prælio facinoribus editis, præclara morte occubuissent. aut, inquam, hic illis exitus contigisset, aut——

priuſ-

priusquam viderent alios Græcos cum Medis sentientes, cum Xerxe depacti essent: atque ita vtriuſq; sub Persis Græcia fuisset. Nam murorū apud Isthmum loricatorum quænam vtilitas fuisset rege mari potiente, à nemine quiui audire. Nunc autem siquis Athenienses Græciæ liberatores extitisse dicat, profecto non aberrauerit à vero. nam vtrò se illi applicassent, hæ partes erant præponderaturæ: quum vero prætulerint Græciam præstare liberam, nimirum ipsi fuere qui quicquid Græciæ reliquū erat cum Medis non sentiens erexerūt: quique secundum deos, regem repulerunt. Ac ne oraculis quidem horrendis ac terribilibus, quę à Delphis veniebant, inducti ad Græciam deserendam fuerunt, sed persistentes constituerunt excipere hostem sua inuadentem. Siquidem consultoribus Delphos missis, vti oraculo volebant: iisque factis apud templum quę ritus postulabat, ędem ingressi consederunt. Quibus Pythia cui nomen erat Aristonice, ita respondit,

CXL

Quid miserande sedes populus? fuge ad extima terræ,
AEdibus & [1] globidæ desertis collibus vrbis.
Nam caput & corpus minime sincera manebunt,
Extremive pedes poterunt superesse manusve,
Aut medium, sed ea ignis edax deformia reddet,
Et Mars acer equis vrgens [2] Asiægena curru.
Atque alias pleraſque, tuas [3] non solius arces:
Permultaſque deûm ſauis dabit ignibus ædes,
Quas ego præuidi iam nūc sudore [4] madentes,
Atque metu tremere, & de laquearibus altis
Nigrantem cogente malo manare cruorem:
Ite sed ex adyto, atque malis effundite mentem.

CXLI His auditis Athenienſium consultores maximo sunt mærore affecti. quibus inter seſe agitantibus tam triste reſponsum, Timon Androbuli filius,

ταῦτα, ὁρῶντες αὖ καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας μηδίζοντας, ὁμολογίῃ αὖ ἐχρήσαντο τοῖς Ξέρξεα. καὶ ὅτω αὖτε ἀμφότερα ἡ Ἑλλὰς ἐγίνετο ὑπὸ Πέρσῃσι. τὸν γὰρ ὠφελίμῳ τὸν τῶν τειχέων τοῦ Ἰσθμοῦ ἑλληνομένων οὐ δυνάμενοι πυθέσθαι ἥντινα αὖ ἰὼν, βασιλέως ὑπικρατέοντος τῆς θαλάσσης· νῦν δὲ Ἀθηναίοισι αὖ ὡς λέγων σωτῆρας γενέσθαι τῆς Ἑλλάδος, οὐκ ἂν ἁμάρτοιμι τἀληθές. οὗτοι γὰρ ὅπῃ ὁκότερα τῶν πρηγμάτων ἐτρέποντο, ταῦτα ῥέψειν ἔμελλε· ἑλόμενοι δὲ τὴν Ἑλλάδα ἐλευθερίην, τοῦτο δὴ Ἑλληνικὸν πολὺ τὸ λοιπὸν ὅσον μὴ ἐμήδισε, αὐξηθὲν οὗτοι ἔσαν οἱ ἐπεγείραντες, καὶ βασιλῆα μετὰ γε θεοὺς ἀνασάμενοι. οὐδὲ σφέας χρηστήρια φοβέοντα ἐλθόντα ἐκ Δελφῶν, καὶ ἐς δεῖμα βαλόντα, ἔπεισε ἐκλιπεῖν τὴν Ἑλλάδα, ἀλλὰ καταμείναντες, ἀνέσχοντο ὑπομένοντα ὅπῃ τὸν χῶρον δέξασθαι. Πέμψαντες γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι ἐς Δελφοὺς θεοπρόπους, χρηστηριάζεσθαι ἐσάντιοι ἐτοῖμοι. καὶ σφι ποιήσασι τάδε τὸ ἱρὸν τὰ νομιζόμενα, ὡς ἐς τὸ μέγαρον ἐστελθόντες ἵζοντο, χρᾷ ἡ Πυθίη, τῇ οὔνομα ἦν Ἀριστονίκη, τάδε,

271

Ὦ μέλεοι, τί κάθησθε; λιπὼν φυγὲ ἔσχατα γαίης
Δώματα, καὶ πόλιος δοχμοειδέος ἄκρα κάρηνα.
Οὔτε γὰρ ἡ κεφαλὴ μένει ἔμπεδον, οὔτε τὸ σῶμα,
Οὔτε πόδες νέατοι, οὔτ' ὤν χέρες, οὔτε τι μέσσης
Λείπεται, ἀλλ' ἄζηλα πέλει. κατὰ γὰρ μιν ἐρείπει
Πῦρ τε καὶ ὀξὺς Ἄρης, συνελαύνεις ἅρμα δι' ὠκέων.
Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλ' ἀπολεῖ πυργώματα, οὐ τὸ σὸν οἶον·
Πολλοὺς δ' ἀθανάτων νηοὺς μαλερῷ πυρὶ δώσει,
Οἵ που νῦν ἱδρῶτι ῥέοντες ἑστήκασι,
Δείματι παλλόμενοι. κατὰ δ' ἀκροτάτοις ὀρόφοισι
Αἷμα μέλαν κέχυται, προεσιδὸν κακότητος ἀνάγκης.
Ἀλλ' ἴτον ἐξ ἀδύτοιο, κακοῖς δ' ὑπικίδνατε θυμόν.

Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ τῶν Ἀθηναίων θεοπρόποι, συμφορὴ τῇ μεγίστῃ ἐχρέωντο· προβαλλόμενοι δὲ σφέας αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ κακοῦ τοῦ κεχρησμένου, Τίμων ὁ Ἀνδροβούλου

—— ceteros Græcos Medorum partes iam antea sequi videntes, cum Xerxe depacti fuissent: atque ita vtrolibet modo Græcia in potestatem Medorum venisset. Neque enim ex quoquam intelligere possum quid profuturi fuissent muri per Isthmum ducti, si rex mari potitus fuisset. Nunc igitur, *i. qua quum ita se habeant*, siquis Athenienses Græciæ seruatores extitisse dicat, prof. *Sed hic locus in vulg. edit. Gr. mendis non caret. necesse enim est vt initio ante* οἱ Ἀθηναῖοι *omissam esse dicamus particulam* οι, *& non procul inde interpunctionem quæ est post* πέρξα, *inde transtatam post* θάλασσαν *collocemus. Sed & hæc suspecta sunt.* ἥντινα αὖ ἰὼν, ἢ ὑπὸ τῶν. 1 Pro, Globosæ, *id est, rotundæ.* 2 *Legit* ἀσπληγὶς, *pro* συνελαύνεις. *& pro ablatiuo*, currū, *reponendus videtur accusatiuus*, currum, *vt hæc Græcis respondeant. tunc autem fuerit* Asiægena *dictum pro* Asiægenem, *vt siquis ex* Omnigenis *faciat accusatiuum* Omnigena *pro* Omnigenam. 3 *Recte legit* πὶ σὰν, *pro quibus in vulg. edit. habetur* πέσσι. 4 Madere.

τῶν Δελφῶν ἀνὴρ δόκιμος ὁμοῖα τῷ μάλιστα, συμβουλεύσασθαι σφι ἱκετηρίῃ χρᾶσθαι, δεύτερα αὖτις ἐλθόντας χρᾶσθαι τῷ χρηστηρίῳ ὡς ἱκέτας. πειθομένοισι δὲ τοῦτο τοῖσι Ἀθηναίοισι, καὶ λέγεισι, Ὦ ἄναξ, χρῆσον ἡμῖν ἄμεινόν τι περὶ τῆς πατρίδος, αἰδεσθεὶς τάς τε ἱκετηρίας τάσδε τάς τοι ἥκομεν φέροντες. ἢ οὐ τοι ἀπιμεν ἐκ τοῦ ἀδύτου, ἀλλ' αὐτοῦ τῆδε μενέομεν, ἔστ' ἂν καὶ τελευτήσωμεν. τοῦτα λέγουσι ἡ τρισμάκαρις χρᾷ δεύτερα τάδε,

Οὐ δυνατὰ Παλλὰς Δί' ὀλύμπιον ἐξιλάσα-
σθαι,
Λισσομένη πολλοῖσι λόγοις καὶ μήτιδι πυκνῇ.
Σοὶ δὲ τόδ' αὖτις ἔπος ἐρέω, ἀδάμαντι πελάσσας.
Τῶν ἄλλων γὰρ ἁλισκομένων ὅσα Κέκροπος οὖρος
Ἐντὸς ἔχει, κευθμών τε Κιθαιρῶνος ζαθέοιο,
Τῖχος τειρομάχου ξύλινον διδοῖ εὐρύοπα Ζεύς
Μοῦνον ἀπόρθητον τελέθειν, τό σε τέκνα τ' ὀνήσει.
Μὴ δὲ σύ γ' ἱππόσιόν τε μένειν καὶ πεζὸν ἰόντα
Πολλὸν ἀτὼ ἠπείρου σταθέν, ἡσύχιος, ἀλλ' ὑποχωρεῖν,
Νῶτον ὀπισσρέψας, ἔτι τοι κατὰ καιρὸς ἔσται.
Ὦ θεία Σαλαμὶς, ἀπολεῖς δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν,
Ἢ που σκιδναμένης Δημήτερος, ἢ συνιούσης.

Ταῦτά σφι (ἠπιώτερα γὰρ τῶν ὑστέρων καὶ ἐδόκεε εἶναι) συγγραψάμενοι, ἀπαλλάσσοντο ἐς τὰς Ἀθήνας. ὡς δὲ ἀπελθόντες οἱ θεοπρόποι ἀπήγγελον ἐς τὸν δῆμον, γνώμαι πολλαὶ καὶ ἄλλαι ἐγίνοντο, διζημένων τὸ μαντήιον, καὶ ἥδε συνεγνώσθη μάλιστα· τῶν πρεσβυτέρων ἔλεγον μετεξέτεροι, δοκέειν σφι τὸν θεὸν τὴν ἀκρόπολιν χρῆσαι περιέστεσθαι. ἡ γὰρ ἀκρόπολις τὸ πάλαι τῶν Ἀθηναίων ῥηχῷ ἐπεφράκτο. τὸν μὲν δὴ τοῦτον φραγμὸν, συνεβάλλοντο τοῦτο τὸ ξύλινον τεῖχος εἶναι· τὸν δὲ αὖ ἔλεγον τὰς νέας σημαίνειν τὸν θεόν, καὶ τούτας παρασκευάζεσθαι ὡς τάχιστα ἐκέλευον, τὰ δὴ ἄλλα ἀπέντας. τοῦτον δὴ τὰς νέας λέγοντας εἶναι τὸ ξύλινον τεῖχος, ἔσφηξε τὰ δύο τὰ τελευταῖα ῥηθέντα ὑπὸ τῆς Πυθίης,

Ὦ θεία Σαλαμὶς, ἀπολεῖς δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν,
Ἢ που σκιδναμένης Δημήτερος, ἢ συνιούσης.

τοῖσι ταῦτα τὰ ἔπεα συνεχέοντο οἱ γνώμην τὴν

vir apud Delphos illustris suasit[1] hæc fere, vt sumptis oleæ ramis de integro reuerterentur ad consulendũ suppliciter oraculum. Obtemperantes ei Athenienses dixere, O princeps, redde nobis oraculum melius de patria, in honorem horum[2] palmitum, quos gestantes ad te venimus. alioqui hinc abs te non abituri sumus, sed in hoc adyto ad obitum vsque permansuri. Hæc dicentibus, antistes iterum hoc modo respondit,

Pallas Olympia cum multis hortatibus vsa,
Et precibus blandita Iouem placare nequiuit,
Hoc tibi fabor item responsum, adamãti propinquans:
Nam captis reliquis quæ limes Cecropis oræ
Intus habet, quodcunque sacer penetrale Citharon,
Iuppiter è ligno muris Tritonida donat:
Qui soli inuicti tibi sint nati, salutí.
Tu vero aduentum peditumque equitumque quietus,
Terrestresque acies ne præstolare: sed hosti
Terga dato, vel si tibi fors erit obuius vsquam,
Diuina ô Salamis mulierum pignora perdes,
Vsquam vel Cerere sparsa, coeunte vel vsquam,

Hæc legati, vt erant, ita arbitrati priori- CXLII
bus mitiora, postquam conscripserunt, Athenas redíere, reuersique ad populum recitauere: & quũ aliæ multæ sententiæ essent oraculum interpretantiũ, & eæ plurimum perplexæ, quidam è maioribus natu dixere, videri sibi deum respondere saluam fore arcem. olim enim Athenienſium[3] arcem præseptam vallo fuisse. & ii quidem interpretabantur vallum esse hunc ligneum murum. Alii vero dicebant deum significare naues: easq; ceteris omissis ædificari iubebant. [4] Verum eos qui aiebant naues esse ligneum murum, fallebant, *vel Cerere sparsa, coeunte vel vsquam.* Circa hos versus cõfundebatur eorũ sententia

1 *Videtur phrasis Græca ὁμοῖα τῷ μάλιστα respondere potius Latinæ*, vt qui maxime. *vt sit*, Vir illustris, *vel potius*, Vir spectatus, vt qui maxime. *vt illa verba Græca cum δίκιμος iungantur, non cum συμβουλεύσασθαι.* 2 Oliuæ palmitum. *Non tamen simpliciter ἱκετηρίαι sunt oliuæ palmites, sed q.d. supplicatorij palmites oliuæ.* 3 Arx circumsepta vallo erat. 4 Sed eorum sententiam qui dicebant naues illum esse murum ligneum, euertebant hæc duo postrema quæ Pythia dixerat, Diuina at Salamis muliebria pignora perdes, Vsquam vel Cerere sparsa, coeunte vel vsquam. Circa hæc carmina confutabantur *inquam* eorum sententiæ——

qui clas-

qui classem volebant esse ligneum murum. nam qui oraculum interpretabantur, in eam sententiam accipiebant, fore vt ipsi instructa classe ad Salaminem pugna nauali succumberent. Erat autem inter Athenienses quidam qui in primores recens peruenerat, [1] nomine Themistocles, Neoclis filius, qui negabat interpretes omnia recte coniectare: [2] quod diceret, Si clades quæ prædicitur, ad Athenienses spectaret vllo modo, non ita placide nobis deum fuisse responsurum, sed sic, O Salamis misera, pro eo quod dixit, O diuina Salamis: si circa eam sui incolę forent oppetituri. Sed recte coniectantibus sentiendum à deo contra hostes editum esse oraculũ, non contra Athenienses. Itaq; suadebat vt sese instruerent tanquam prœlio nauali certaturi, & tanquã hic esset ligneus murus. Hanc Themistoclis sententiam Athenienses potiorem esse censuerunt quam illorum qui interpretantes oraculum, dissuadebant apparatum pugnę nauales: sed hanc esse in summa sententiã dicebant, non leuandam in hostem manum, sed ex Attica regione demigrandum, & aliam incolendam. Extitit & alia ante hanc Themistoclis sententia ad tempus egregia: Quum magna vis pecuniæ è prouentu metallorum quę sunt è Laureo, esset in ęrario Athenienſium, eaq; esset æque diuidunda viritim denis in singulos puberes drachmis, tunc Themistocles hãc dissuasit Athenienſibus distributionem, sed ex pecunia classem ducentarum nauium ad Æginetĩcũ bellum cõparare suasit. Hoc enim bellum conflatum Græciæ salutem attulit, cogens Athenienses nauticos fieri. & quanquam hæc classis in eum vsum in quem comparata fuerat, non venit, tamen in vtilitatem Græciæ cessit. Ista igitur iam præparata quum præsto esset, & alteram exędificari oporteret, placuit Athenienſibus, inito post oraculum cõsilio, barbarum Græciã inuadentem cũ nauibus opperiri vniuersos, deo obsequentes, [4] vna cum Græcorum voluntariis. Et hęc quidem oracula Athenien-

CXLIII

XLIV

φαμβρῶν τὰς νέας ὃ ξύλινον τεῖχος εἴη. ἡ γὰρ 271
χρησμολόγοι ταύτη ταῦτα ἐλάμβανον, ὡς ἀμφὶ Σαλαμῖνα δεῖ σφέας ἑαυτοὺς ἐναυμαχίῃ παρεσκευασμένους. Ἦν δέ τῳ τῶν Ἀθηναίων ἀνὴρ ἐς τοὐσχάτους νεωστὶ πρίων, τῷ οὔνομα μὲν ἦν Θεμιστοκλέης, παῖς δὲ Νεοκλέος ἐκαλέετο. οὗτος ὦν ἀνὴρ οὐκ ἔφη πάμπαν ὀρθῶς τοὺς χρησμολόγους συμβάλλεσθαι, λέγων τοιάδε, Εἰ ἐς Ἀθηναίους ἦν τὸ ἔπος ἐξηνεμωμένον ἐὸν κως, οὐκ ἂν οὕτω μοι δοκέειν ἠπίως χρηστηριοῦσθαι, ἀλλὰ ὧδε, Ὦ σχετλία Σαλαμὶς, ἀντὶ τοῦ, Ὦ θεία Σαλαμίς· εἴπερ γε ἔμελλον οἱ οἰκήτορες ἀμφ' αὐτῇ τελευτήσειν. ἀλλὰ γὰρ ἐς τοὺς πολεμίους τῷ θεῷ εἰρῆσθαι τὸ χρηστήριον, συλλαμβάνοντι τὸ ὀρθόν, ἀλλ' οὐκ ἐς Ἀθηναίους. προσκεῖσθαι ὦν αὐτοὺς ὡς ναυμαχήσοντας σωιεῖσθαι, ὡς τούτου ἐόντος τοῦ ξυλίνου τείχεος. ταύτην Θεμιστοκλέους ἀποφαινομένου, Ἀθηναῖοι ταύτα σφι ἔγνωσαν ἀρετώτερα εἶναι μᾶλλον ἢ τὰ τῶν χρησμολόγων, οἳ οὐκ ἐῶν ναυμαχίῃ ἀρτέεσθαι. τὸ δὲ σύμπαν εἶναι, οὐδὲ χεῖρας ἀνταείρεσθαι, ἀλλὰ ἐκλιπόντας χώρην τὴν Ἀττικὴν, ἄλλην τινὰ οἰκίζειν. Ἑτέρη τε Θεμιστοκλέι γνώμη ἔμπροσθε ταύτης ἐς καιρὸν ἔπιξευσε, ὅτε Ἀθηναίοισι, πλεομένων χρημάτων μεγάλων ἐκ τῶν κοινῶν, τὰ ἐκ τῶν μετάλλων σφι προσῆλθε τῶν ἀπὸ Λαυρείου ἑκάστῳ ἐπιγίγνεσθαι ὀρχηδὸν ἑκάστους δέκα δραχμάς, τότε Θεμιστοκλέης ἀνέγνωσε Ἀθηναίοις, τῆς διαιρέσιος ταύτης παυομένους, νέας τουτέων τῶν χρημάτων ποιήσασθαι διηκοσίας ἐς τὸν πόλεμον, τὸν ἐς Αἰγινήτας λέγω. ὃς γὰρ ὁ πόλεμος συστὰς, ἔσωσε τότε τὴν Ἑλλάδα, ἀναγκάσας θαλασσίους γενέσθαι Ἀθηναίους. αἱ δὲ ἐς ὃ μὲν ἐποιήθησαν, οὐκ ἐχρήσθησαν, ἐς δέον δὲ οὕτω τῇ Ἑλλάδι ἐγένοντο. αὐταί τε δὴ αἱ νέες τοῖσι Ἀθηναίοισι προεποιήθησαν εἶναι, ἄλλην τε ἔδεε προσναυπηγέεσθαι. ἔδοξε τε σφι μετὰ τὸ χρηστήριον βουλευομένοισι, ὅτι ἀπόλλα ἀπὸ τὴν Ἑλλάδα τὸν βάρβαρον δέκεσθαι τῇσι νηυσὶ πανδημεί, ὡς θεῷ πειθομένους, ἅμα Ἑλλήνων τοῖσι βουλομένοισι. τὰ μὲν δὴ χρηστήρια ταῦτα τοῖ Ἀθηνα-

1 ο

20

30

40

1. λέγων κοινὸς τὸ τότε

—— qui naues illum esse murum ligneum dixerant. Siquidem oraculorum interpretes illa in hunc sensum accipiebant, fatale sibi esse circa Salaminem superari, instructa pugna nauali. Erat autem inter Ath. 1 Cui nomen quidem erat Themistocles, sed vocabatur Neoclis filius. Is negabat, &c. 2 Talia dicens, Si ad Athenienses spectaret illud carmen, non videtur mihi tam mire responsum redditurus deus fuisse, sed pro eo quod dixit Diuina at Salamis, dicturus fuisse. At Salamis misera, siquidem circa ipsam sui incolæ essent oppetituri. Illi igitur qui recte coniectaret. (*id est, Illius igitur iudicio qui, &c.*) deum aduersus hostes hoc oraculum non aduersus Athen. edidisse. 3 Ceterum alia quoque Themistoclis sententia ante hanc opportune primas partes obtinuerat. *i. Ceterum opportune cedebat quod antea alij Themistoclis sententiæ primæ partes delata essent.* 4 Vna cum Græcis eadem voluntate præditis.

οισι ἐλεχθήνεε. Συλλεγομένων δὲ ἐς τωὐτὸ τῶν τε τὴν Ἑλλάδα Ἑλλήνων τῶν τὰ ἀμείνω φρονεόντων, καὶ διδόντων σφίσι λόγον καὶ πίστιν, ἐνταῦτα ἐδόκεε βουλευομένοισι αὐτοῖσι, πρῆγμα μὲν χρημάτων πάντων καταλλάσσεσθαι τάς τε ἔχθρας καὶ τοὺς καὶ ἀλλήλους ἐόντας πολεμίους. ἔσαν δὲ πρέσβεις καὶ δηλοι ἐγκεχρημένοι οἱ δὲ ὧν μέγιστος, Ἀθηναῖοί τε καὶ Αἰγινήτησι. μαθὼν δὲ, ταῦτα βουλευόμενοι Ξέρξεα σὺν τῷ στρατῷ τῷ ἐν Σάρδισι, ἐβουλεύσαντο κατασκόπους πέμπειν ἐς τὴν Ἀσίην τῶν βασιλέος πρηγμάτων· ἐς Ἄργος τε ἀγγέλους, ὁμηχμίην σπασομένους πρὸς Πέρσην, καὶ ἐς Σικελίην δηλοι πέμπειν τοὺς Γέλωνα Δεινομένεος, ἐς τε Κέρκυραν, κελεύοντας βοηθέειν τῇ Ἑλλάδι, καὶ ἐς Κρήτην ἄλλους· φρονήσαντες εἴκως ἓν τε γένος τὸ Ἑλληνικὸν, καὶ ἓν συγκύσαντες τωὐτὸ φρήσουσι πρῶτα, ὡς δεινῶν ἐπιόντων ὁμοίως πᾶσι τοῖσι Ἕλλησι. τὰ δὲ Γέλωνος πρήγματα, μεγάλα ἐλέγετο εἶναι, οὐδαμῶν Ἑλληνικῶν τῶν οὐ πολλὸν μέζω. Ὡς δὲ ταῦτά σφι ἔδοξε, καταλυσάμενοι τὰς ἔχθρας, τοῦτο μὲν κατασκόπους πέμποισι ἐς τὴν Ἀσίην ἄνδρας τρεῖς. οἱ δὲ, ἀπικόμενοί τε ἐς Σάρδις καὶ καταμαθόντες τὴν βασιλέος στρατιὴν, ὡς ἐπαίσιοι ἐγίνοντο, βασανισθέντες ὑπὸ τῶν στρατηγῶν τὸ πεζὸν στρατοῦ, ἀπήγοντο ὡς ἀποκτενοῦμενοι. καὶ τοῖσι μὲν κατεκέκελτο θανάτος· Ξέρξης δὲ ὡς ἐπύθετο ταῦτα, μεμφθεὶς τῶν στρατηγῶν τὴν γνώμην, πέμπει τῶν ἵππων δορυφόρων, ἐντειλάμενος, ἢν καταλάβωσι τοὺς κατασκόπους ζωντας, ἄγειν πρὸς ἑωυτόν· ὡς δὲ ἐπὶ τοὺς ἀπέντας αὐτοὺς κατέλαβον, καὶ ἦγον ἐς ὄψιν τὴν βασιλέος, τὸ ἐνδελεχὲς τὴν πυθόμενος ἐπ' οἷσι ἦλθον, ἐκέλευσε σφέας τοὺς δορυφόρους περιαγαγόντας ὑποδεῖξαι πάντα τε τὸν πεζὸν στρατὸν καὶ τὴν ἵππον· ἐπὶ τοῦτο δὲ ταῦτα ποιεύμενοι ἔωσι πλήρεες, ἀποπέμπειν ἐς τὴν αὐτοὶ ἐθέλωσι χώρην ἀσινέας. ὑπολέγων δὲ τὸν λόγον τόνδε, ταῦτα ἐνετέλλετο, ὡς εἰ μὲν ἀπώλοντο οἱ κατάσκοποι, οὔτ' ἂν τοῖς ἑωυτοῦ πρήγματα προεπύθοντο Ἕλληνες ἐόντα λόγου μέζω, οὔτ' ἂν τοὺς πολεμίους μέγα ἐσινέατο, ἄνδρας τρεῖς ἀπολέσαντες. τούτων δὲ ζώντων καὶ ἐπιστεώντων ἐς τὴν Ἑλλάδα, δοκέειν ἔφη ἀκούσαντας τοὺς Ἕλληνας τὰ ἑωυτῶν πρήγματα πρὸ τοῦ τέλους τοῦ γνωμοδότου, παραδώσειν σφέας τὴν ἰδίην ἐλευθερίην, καὶ οὕτω σφέας δεήσειν ἐπ' αὐτοῖς στρατηλατέοντας πρήγματα ἔχειν. Οἶκε δὲ αὐτῷ αὐτὴ ἡ γνώμη τῆνδε δῆλη. ἐὼν γὰρ ὁ Ἀβυδηνὸς ὁ Ξέρ-

sibus sunt reddita. ¶ Coactis autem in eundem locum Græcis qui per Græciam melius sentiebant, interq; se colloquutis interposita fide, ibi consilio habito visum est ante omnia missas faciendum [1] pecunias debitas, & inimicitias & hostilitates. Erant autem cum alia aliorum bella, tum vero maximum inter Athenienses & Æginetas. Posteaquam autem Xerxem cum exercitu Sardibus esse audiere, Athenienses decreuere cũ aliquos in Asiam mittendos ad res regis explorandas, tum nuncios partim Argos, ad contrahendam aduersus Persam belli societatem, partim in Siciliam ad Gelonem Dinomenis filium, partim in Corcyram, partim in Cretam, iubentes opem Græciæ ferri: eo animo vt si fieri posset, omnis vis Græca vnum esset, & ad idem agendum omnes incumberent, tanquã calamitate cunctis Græcis impendente. Ferebantur autem res Gelonis magnæ esse, nec multo minores quam Græcorum. Vbi hæc eis placuere, & in gratiã inter se rediere, principio [2] speculatores in Asiam tres viros misere: qui quũ Sardis veniissent, in speculando regis exercitu deprehensi sunt, & à ducibus pedestrium copiarum torti deducebantur tanquam perituri, lata in eos mortis sententia. Id vbi Xerxes audiit, reprehensa ducum sententia, mittit quosdam è satellitibus, iubẽs vt si viuos adipiscerentur speculatores, ad sese deducerent. Eos adhuc superstites adepti satellites, prehensos in regis conspectũ adduxerunt. Scisciatus rex qua de caussa veniissent, præcepit satellitibus vt homines circumducerent, peditatum omnem equitatumq; ostentantes: & eos, vbi contemplando illa expleti fuissent, sine noxa dimitterent quocunque locorum ire libuissent. Hoc Xerxes ea ratione imperauit quod cogitabat fore vt si speculatores necati fuissent, neq; Græci præscisserent potentiam suam esse fama maiorem, neque quippiam ipse læderet hostes tribus viris interemptis: at iisdem in Græciam regressis, fore vt Græci (vt se opinari dicebat) auditis rebus suis antequam exercitum compararent, propriam libertatem traderent, atque ita non oporteret suscipere molestiam de exercitu in eos ducendo. Hæc sententia Xerxis cum altera quadam congruit. nam quum Abydi ageret Xer-

1 *Fortasse* φρόνιμον χρημάτων πάντων *respondet potius phrasi nostræ, Deuant toutes choses, Certe interpretationem Valla verba hæc Græca ferre non possunt.* 2 *Rectius interpreteris* exploratores *hic & in sequ. locis. vt alibi ipse vocem illam Græcam reddidit: & paulo ante dixit,* Ad res regis explorandas.

xes, vidit naues cursum tenentes per Hellespontum, quæ frumentum è Ponto in Æginam Peloponnesumque portabant. quas vbi audiere eius assessores esse hostium, sese ad eas corripiendas accingebant, intuentes in regem, quando id agi præciperet. Xerxes eos interrogauit quonã illæ tenderent: qui quũ respondissent, Ad hostes tuos, domine, frumento onustæ: tunc Xerxes excipiens inquit, Nonne eodem quo isti, & nos nauigamus, tum rebus aliis, tum vero frumento instructi? quid igitur hi officiunt nobis, quibus commeatum portant? Ceterum speculatores illi rebus
CXLIIX inspectis dimissi in Europam rediere. ¶ Post quorum reditum Græci qui cõtra Persam coniurarant, nuncios iterum Argos miserunt. Quibus Argiui responderunt [1] res suas ita habere: Audisse se iam inde ab initio barbarum excitasse aduersus Græciam bellum, & quum accepissent intellexissentque Græcos sese colligere, tentaturos Persæ obsistere, principes fuisse mittendi Delphos qui deum consulerent quid sibi optime facientibus esset euenturum. (nuper enim sex millia suorum fuisse interempta à Lacedæmoniis & Cleomene Anaxandridæ filio, eaque de caussa se misisse,) & iis qui missi fuerant interrogantibus, sic Pythiam respondisse,

Finitimis inuise, deis dilecte beatis,
Interius tutamen habens, impune maneto,
Et tutare caput: nam membra tuebitur illud.

Hæc illis Pythia prius respõderat. Postea vero quam nuncii Argos venerunt, senatumque ingressi mandata retulerunt, Argiui responderunt ad ea quæ dicebantur, se promptos esse in triginta annos pacificare cum Lacedæmoniis, percusso fœdere: sed ea condicione vt dimidium imperii penes se esset. quanquam enim ius imperãdi ipsorum esset, tamen dimidio imperii se esse cõtentos.
CXLIX Hoc aiebant suum senatum respondisse, quamuis dissuadente oraculo societatem contrahere cum Græcis. quod etsi formidarent, tamen properare vt fœdus triginta annorum feriretur: intra quos annos liberi sui in virilem ætatem adolescerent: hac videlicet ratione,

ξης, εἶδε πλοῖα ἐκ τ Πόντου σιταγωγά, διεκπλώοντα Ἑλλήσποντον, ἔς τε Αἴγινάν, καὶ Πελοπόννησον κομιζόμενα. οἱ μὲν δὴ πάρεδροι αὐτῦ ὡς ἐπύθοντο πολέμια εἰ τὰ πλοῖα, ἑτοῖμοι ἔσαν αἱρέειν αὐτά, ἐσβλέποντες ἐς βασιλῆα, ὁκότε τῶ δηλήσεται. ὁ δὲ Ξέρξης εἴρετο αὐτοὺς ὁκοῖ πλέοιεν. οἱ δὲ εἶπαν, Ἐς σὸν σοὶς πολεμίους δέκαστα σῖτον ἀγόντες. ὁ δέ, ὑπολαβὼν ἔφη, Οὐκῶν καὶ ἡμεῖς ὅκου πλέομεν ἔνθα περ καὶ οὗτοι, ἅμα τε ἄλλοισι ἐξηρτυμένοι καὶ σίτῳ. Τί δῆτα ἀδικέουσι οὗτοι ἡμῖν σιτία τῶ δηλα κομίζοντες; Οἱ μὲν νυν κατάσκοποι οὕτω δεισάντων τε καὶ ἀποπεμφθέντες, ἀνάπλησαν ἐς τ Εὐρώπην. οἱ δὲ σιωπώμενα Ἑλλήνων ὅτι τῶ Πέρσῃ, μετὰ τὴν ἀποπεμψιν τῶν κατασκόπων, δεύτερα ἔπεμπον ἐς Ἄργος ἀγγέλους. Ἀργεῖοι δὲ λέγουσι τάδε κατ' ἑωυτῶν ἠκέσθαι ὧδε. πυθέσθαι γὰρ αὐτίκα κατ' ἀρχὰς τὰ ἐκ τῦ βαρβάρου ἐγειρόμενα ὅτι τὴν Ἑλλάδα. πυθόμενοι δὲ καὶ μαθόντες ὡς σφέας οἱ Ἕλληνες οὐ προήσονται μαθόντες ὅτι Πέρσῃ, πέμψαι θεοπρόπους, ἐς Δελφοὺς τὸν ἐπειρησόμενον ὡς σφι μὴ εἴη ἄρισον ποιέεσθαι ἠκέσθαι. νεωστὶ γὰρ σφέων πεσεῖν ἑξακισχιλίους ὑπὸ Λακεδαιμονίων καὶ Κλεομένεος τῦ Ἀναξανδρίδεω. τῶνδε δὴ εἵνεκα πέμπειν. τὴν δὲ Πυθίην ἐπειρωτῶσι ἀυλῖσι ἀνελεῖν τάδε,

Ἑλλάδι ἐξελόντες, φίλ' ἀθανάτοισι θεοῖσι,
Εἴσω τὸ τρεσβόλαιον ἔχων, πεφυλαγμένος ἦσο,
Καὶ κεφαλὴν πεφύλαξο· κάρη δὲ τὸ σῶμα σαώσει.

Ταῦτα μὲν τὴν Πυθίην χρῆσαι πρότερον. μετὰ δὲ, ὡς ἐλθεῖν σφέας ἀγγέλους ἐς δὴ τὸ Ἄργος, ἐσελθεῖν τὸ βουλευτήριον, καὶ λέγειν τὰ ἐντεταλμένα. τοὺς δὲ τοῖς τὰ λεχθέντα ὑποκρίνασθαι ὡς ἑτοῖμοί εἰσι Ἀργεῖοι ποιέειν ταῦτα, τριήκοντα ἔτεα εἰρήνην πρήσαντες Λακεδαιμονίοισι, καὶ ἡγεόμενοι τῦ ἥμισυ πάσης τ συμμαχίης. καί τοι κατά γε τὸ δίκαιον γίνεσθαι τ ἡγεμονίην ἑωυτῶν, ἀλλ' ὅμως σφι ἀποχρᾶν τὸ ἥμισυ ἡγεομένοισι. Ταῦτα μὲν λέξαι τ βουλὴν ὑποκρίνασθαι, καὶ τῶν ἀπαγγελθέντος σφι τὸ χρηστήριον μὴ ποιέεσθαι τ πρὸς τὸν Ἕλληνας συμμαχίην· σπουδὴν ἔχειν ἀπονδὰς γενέσθαι τριήκοντα ἐτέων, καὶ τῶν τὸ χρηστήριον φοβεομένοισι· ἵνα δὴ σφι οἱ παῖδες ἀνδρεωθέωσι ἐν τούτοισι τοῖσι ἔτεσι,

1 Hanc se rationem in suis rebus tenuisse. *Vel, se ita egisse.* Quum iam inde ab initio audissent quæ barbarus aduersus Græciã moliretur, & fore animaduertissent vt Græci ipsos nihilominus quam ceteros aduersus Persam assumerent, se Delphos misisse qui deum consulerent, *&c. Sed legendum est* ὑ παρέοντας, *vt sit ad verbum, Græcos non omissuros ipsos assumere. Sic aliquanto pòst,* ἐπεὶ δὲ σφέας παρελαμβάνετο πρὸς Ἕλληνας, *in quibus etiam interpret. lapsus est Valla.*

μηδὲ σπουδέων ἐουσέων ὅπι λέγεσθαι, ἐῶ ἄρα σφέας καταλαβεῖν τοὺς τῷ γεγονόι κακῷ, δῆλο ποιῆσαι τοὺς Περσέων, μὴ ἔλασσον ἔωσι τῶν Λακεδαιμονίων ἐπιτήδεοι. τῶν δὲ ἀγγέλων τοῦ ἀπὸ τῆς Σπάρτης τοὺς εἰρηκότα ἐκ τῆς βουλῆς ἀπιέναι τοῖσδε, τοὺς μὲν σπουδέων ἀνοίσειν ἐς τοὺς πλείονας, τοὺς δὲ ἡγεμονίης, ἀμείνοσι ἐκ τεθέσθαι ὑποκρίνασθαι· καὶ δὴ λέγειν, σφι μὲν εἶναι δύο βασιλέας, Ἀργείοισι δὲ ἕνα· οὐκων δυνατὸν εἶναι τῶν ἐκ Σπάρτης δεύτερον παῦσαι τῆς ἡγεμονίης. μετὰ δὲ δύο τῶν σφετέρων ὁμόψηφον Ἀργείων εἶναι, κωλύει δεδέν. ὅτω δὴ Ἀργεῖοι φασὶ σὺκ ἀναφέρειν τῶν Σπαρτιητέων τὴν πλεονεξίην, ἀλλ' ἑλέσθαι μᾶλλον ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἄρχεσθαι ἢ ὑπείξαι Λακεδαιμονίοισι. τοσόνδε τε τοῖσι ἀγγέλοισι, τοὺς δοῦναι ἡλίου ἀπαλλάσσεσθαι ἐκ τῆς Ἀργείων χώρης· εἰ δὲ μή, τοὺς εἶναι σφι πολεμίους. Αὐτοὶ μὲν Ἀργεῖοι τοσαῦτα συνέβησαν τοῖσι δεηθεῖσι. ἔστι δὲ ἄλλος λόγος λεγόμενος ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, ὡς Ξέρξης ἐπεμψε κήρυκα ἐς Ἄργος πρότερον ἢ ὁρμῆσαι στρατεύεσθαι ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας. ἐλθόντα δὲ τὸν κήρυκα εἰπεῖν, Ἄνδρες Ἀργεῖοι, βασιλεὺς Ξέρξης τάδε ὑμῖν λέγει· Ἡμεῖς νομίζομεν Πέρσην εἶναι, ἀπὸ οὗ ἡμεῖς γεγόναμεν, παῖδα Περσέος τοῦ Δανάης, γενόμενον ἐκ τῆς Κηφέος θυγατρὸς Ἀνδρομέδης. οὕτω ἂν ὦν εἴημεν ὑμέτεροι ἀπόγονοι. οὔτε ὦν ἡμέας εἰκὸς ἐπὶ σοὶ ὑμετέροισι προγόνοισι στρατεύεσθαι, οὔτε ὑμέας δεῖ ἄλλοισι συμφέροντας, ἡμῖν ἀνίξοος γενέσθαι, ἀλλὰ πρὸς ὑμῖν αὐτοῖσι ἡσυχίην ἔχοντας καθῆσθαι. ἐῶ γὰρ ἐμοὶ γενέσθαι κατὰ νόον, οὐδαμοὺς μείζονας ὑμέων ἄξω. ταῦτα ἀκούσαντας Ἀργείους λέγεται σφῆλμα ποιήσασθαι, καὶ τὸ δεδογμένον μηδὲν ἀπαγγελομένους μεταστέειν· ἐπεὶ δὲ σφέας προσδοκᾶν λαμβάνειν τοὺς Ἕλληνας, ὅτω δὴ ὑπερμενέος ἄλλου μετὰ δώσοισι τῆς ἀρχῆς Λακεδαιμόνιοι, μεταστέειν, ἵνα ὅπι τοσοῦτος ἡσυχίην ἄγωσι. Συμπεσεῖν δὲ τούτοισι καὶ τόνδε λόγον λέγουσι ἄνες Ἑλλήνων, πολλοῖσι ἔτεσι ὕστερον γενόμενον τούτων· τυχεῖν ἐν Σούσοισι τοῖσι Μεμνονείοισι ἐόντας ἑτέρου πρήγματος εἵνεκα ἀγγέλους Ἀθηναίων, Καλλίην τε τὸν Ἱππονίκου, καὶ τοὺς μετ' τούτου ἀναβάντας· Ἀργείους δὲ, τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον πέμψαντας καὶ τούτους ἐς Σοῦσα ἀγγέλους, εἰρωτᾶν Ἀρτοξέρξεα τὸν Ξέρξεω, εἰ σφι ἔτι ἐμμένει τὰ πρὸς Ξέρξεα φιλίως συνεκέαντο, ἢ νομίζοιατο τοὺς αὐτοὺς εἶναι πολεμίους.

ne si qua calamitas ad superiorem accederet in bello Persico, nisi fœdera forent, in posterum subiecti Lacedæmoniis essent. His dictis Argiuorum à senatu, quidam è nunciis Spartanorum ita respondit, quod ad fœdera quidem attineret, se ad eos qui plures essent relegare: quod autem ad imperium, id vero sibi demandatum esse, vt responderent dicerentque, Spartanis duos esse reges, Argiuis vnum, ideo non posse fieri vt alterutri Spartæ regi abrogaretur imperium: & nihil obstare quominus cum iis duobus rex Argiuus parem dignitatem obtineret. Ibi Argiui negare se perpessuros insolentiam, sed præoptare à barbaro imperari sibi, quam Lacedæmoniis cedere. Atque ita edixerunt nunciis vt priusquam occideret sol, ex agro Argiuo excederent, alioqui hostium loco futuros. Hoc ipsi Argiui sic CL se habere memorant. aliter tamen per Græciam narratur, Xerxem antequam bellum Græciæ inferret, misisse Argos caduceatorem: quo quum peruenit, ita fertur verba fecisse, Viri Argiui, Xerxes rex hæc vobis inquit, Nos arbitramur, Persem, ex quo nos progeniti sumus, fuisse filium Persei Danaes filii, ex Andromeda genitum, quæ fuit Cephei filia. ita ex vobis oriundi sumus. Quod quum ita sit, nefas est & nos progenitoribus nostris inferre bellum, & vos aliis opem ferendo, nobis aduersarios fieri. Sed potius domi vestræ vos confidentes otium tenere. nam si mihi ex sententia succedet, nullos pluris quam vos faciam. Hæc Argiui quum audissent, [1] rem confecisse dicuntur, & à principio dissimulantes quod actum esset, nihil popposcisse Græcos: sed quum ab illis [2] reprehenderentur, tunc partem imperii popposcisse, gnari id Lacedæmonios non concessuros, vt hoc prætextu [3] otium agerent. [4] Cui rei competit, quod quidam Græcorum CLI multis postea annis gestum fuisse memorant: Quum Susis Memnoniis alterius negocii gratia essent Athenienſium nuncii, Callias Hipponici filius & collegæ qui pariter ascenderant, contigit vt Argiui & ipsi per id tempus Susa mitterẽt nuncios, qui Artaxerxem filiũ Xerxis interrogarent an amicitiam quã cũ Xerxe contraxissent, putaret adhuc durare, an ab illo pro hostib. haberẽtur.

1 Fortasse phrasis Græca respondet potius nostræ, En auoir fait cas. Pro ἀπαγγελομένους autem legitur ἐν ἀπαγγελομένους. 2 Vide annot. quæ proximam præcedit. 3 A bello abstinerent. 4 Cum quibus istud congruisse. vel, Quibus consentaneum fuisse quidam Græcorum narrant quod multis post hæc annis contigit:

Quibus

Quibus Artaxerxes, imo vero maxime perdurare respondit, nullamque sibi ciuitatem amiciorem putare quam Argos.
CLII Verum an caduceatorem Xerxes Argos [1] miserit ad ea dicenda, & an Argiuorum nuncii qui Susa ascenderunt, Artaxerxem de amicitia interrogauerint, pro comperto dicere non possum, nec vllam de his aliam proferre sententiam nisi quam Argiui proferunt. Id demum scio, si omnes homines qui domestica mala in medium contulissent, cum vicinis mutare volentes, mala vicinorum intuiti fuissent, libenter reportaturos rursum singulos ea quæ ipsi attulissent. Ita non turpissime ab Argiuis actum est. Ego vero quæ dicuntur dicere debeo, attamen non omnino omnibus credere: quod in vniuersum à me dictũ sit. quoniam & hoc narratur, Argiuos extitisse qui Persam in Græciam accersierunt, posteaquam cum Lacedæmoniis male pugnassent, præ dolore præsenti quiduis præoptantes. Et de Argiuis
CLIII quidem dictum est. ¶ In Siciliam autem ad agendum cum Gelone, tum alii nuncii à sociis iere, tum vero à Lacedæmoniis Syagrus. Huius Gelonis progenitor fuit OEcetor, qui in Gela erat, ex insula Telo quæ Triopio obiacet: qui, dum Gela conderetur à Lindiis, qui sunt è Rhodo & Antiophemo, assumptus non est. Interiecto tamen tempore, [2] posteri eius deorum inferorum sacerdotes illic perseuerauerunt, oriundi à Teline, vno ex ea familia, qui eos illic collocauit hunc in modum: Quidam viri Geloi per seditionem eiecti, in Mactorium vrbem quæ sita est super Gelam, profugerunt: hos Telines Gelam [3] deduxit nullis virorum copiis adiutus, sed horum deorũ sacris. quæ vnde acceperit, an ipse possederit, id vero dicere non possum. His sacris fretus, [4] eo deduxit illos vbi posteri sui deorũ sacrificuli essent. Quę res mihi admirationi fuit, præter ea quæ audio, tantum opus Telinem effecisse: qualia opera non à quocunque viro effici consueuerũt, sed ab eo qui sit [5] casti ingenii, robustæque præstantiæ. Quanquam vt fertur ab incolis Siciliæ, fuisse natura effeminatum ac viro molliorem.

βασιλῆα ὁ Ἀρτοξέρξεα μάλιστα ἐμμεμφθῆναι, καὶ οὐδεμίαν νομίζειν πόλιν Ἄργεος φιλιωτέρην. Εἰ μὲν νυν Ξέρξης ἀπέπεμψε ταῦτα λέγοντα κήρυκα ἐς Ἄργος, καὶ Ἀργείων ἄγγελοι ἀναβάντες ἐς Σοῦσα ἐπειρώτων Ἀρτοξέρξεα περὶ φιλίης, οὐκ ἔχω ἀτρεκέως εἰπεῖν· ὅδε δὲ ἕνα γνώμην περὶ αὐτέων ἀποφαίνομαι ἄλλην γε ἢ τὴν περ αὐτοὶ Ἀργεῖοι λέγουσι· ἔφη γὰρ ὁ Τοῦδε, ὅτι εἰ πρῶτοι αὐθρωποι τὰ οἰκήια κακὰ ἐς μέσον συνενείκαιεν, ἀλλάξασθαι βουλόμενοι τοῖσι πλησίοισι, ἐσκυψάντες ἂν ἐς τὰ τῶν πέλας κακά, ἀπασάμενοι ἕκαστοι αὐτέων ἀποφέροιεν ὀπίσω τὰ ἐσενείκαντο. οὕτω δὴ οὐκ Ἀργείοισι μόνοισι πεποίηται. ἐγὼ δὲ ὀφείλω λέγειν τὰ λεγόμενα, πείθεσθαι μέντοι οὐ πρωτάποσι ὀφείλω. καί μοι τοῦτο τὸ ἔπος ἐχέτω ἐς πρώτους λόγου. ἐπεὶ καὶ τάδε λέγεται, ὡς ἄρα Ἀργεῖοι ἔσαν οἱ ὑπεκαλεσάμενοι Πέρσεω ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ἐπειδὴ σφι πρὸς Λακεδαιμονίους κακῶς ἡ αἰχμὴ ἐς ἧκε, πρὶν δὴ βουλόμενοί σφι εἶναι πρὸς τὸ πρεοῦσης λύπης. τὰ μὲν δὴ Ἀργείων εἴρηται. Ἐς δὲ τὴν Σικελίην ἄλλοι τε ἀπικέατο ἄγγελοι ἀπὸ τῶν συμμάχων συμμίξοντες Γέλωνι, καὶ δὴ καὶ ἀπὸ τῶν Λακεδαιμονίων Σύαγρος. τοῦ δὲ Γέλωνος τούτου πρόγονος, οἰκήτωρ ὢν ἐν Γέλῃ ἐκ νήσου Τήλου τῆς ἐπὶ Τριοπίῳ κειμένης, ὃς κτιζομένης Γέλης ὑπὸ Λινδίων τε τῶν ἐκ Ῥόδου, καὶ Ἀντιοφήμου, οὐκ ἐλήφθη. αὐτὰ χρόνον δὲ αὐτὸς ἀπόγονοι ἱδρυμένοι, ἱροφάνται τῶν θεῶν γενόμενοι, διετέλεον ἐόντες, Τηλινέω ἑνὸς τοῦ τῶν προγόνων κτησαμένου τοιῷδε. ἐς Μακτώριον πόλιν τὴν ὑπὲρ Γέλης οἰκημένην, ἔφυγον ἄνδρες Γελῴων, ἐσσωθέντες στάσι. τούτοις ὦν ὁ Τηλίνης κατάγαγε ἐς Γέλην, ἔχων οὐδεμίην ἀνδρῶν δυνάμιν, ἀλλ' ἱρὰ τούτεων τῶν θεῶν. ὅθεν δὲ αὐτὰ ἔλαβε, ἢ αὐτὸς ἐκτήσατο, τοῦτο δὲ οὐκ ἔχω εἰπεῖν. τούτοισι δὲ ὦν πίσυνος ἐὼν κατήγαγε, ἐς ὅτε καὶ ἀπόγονοι αὐτοῦ ἱροφάνται τῶν θεῶν ἔσονται. θωυμάσαι μὲν ὦν καὶ τοῦτο λέγοντι πρὸς τὰ πιθανόμην κατεργάσασθαι Τηλίνην ἔργον τοσοῦτον. τὰ τοιαῦτα γὰρ ἔργα οὐ πρὸς τοῦ ἀπόντος ἀνδρὸς νενόμικα γίνεσθαι, ἀλλὰ πρὸς ψυχῆς τε ἀγαθῆς, καὶ ῥώμης ἀνδρηίης. οἱ δὲ λέγεται πρὸς τῶν Σικελίης τῶν οἰκητόρων τὰ ὑπεναντία Τηλέων πεφυκέναι, θηλυδρίης τε καὶ μαλακώτερος ἀνήρ.

1 Ad ea dicenda remiserit, & an Argiuorum nuncii ad interrogandum Artaxerxem de amicitia, Susa ascenderint, pro comp.
2 Eius posteri continua successione deorum inferorum sacrifici, *vel, antistites sacrorum diis inferis*, fuerunt, quum Telines, vnus quidam ex progenitoribus *hanc dignitatem* hoc modo acquisiuisset. *At Valla cum in alis peccauit, tum in eo quod ita vertit quasi* κτησαμένου *legeretur, quum tamen statim post in eadem re alteram lectionem sequatur.* 3 Reduxit. *sic & paulo post emenda.*
4 Eos hac condicione reduxit vt eius posteri deorum sacrifici essent. *Ad hoc loquendi genus passim impingit hic interpres.*
5 *Sensus huius loci postulare videtur vt* ψυχὴ ἀγαθὴ *respondeat ad verbum ei quod dicimus Bon esprit: vt totum hunc locum sic interpretemur,* Neque enim in quemlibet talia facta cadere existimo, sed in eum demum qui acuto ingenio virilique robore sit præditus. Atqui eum Siciliæ incolæ contraria his à natura habuisse ferunt, vt qui effeminatus ac mollior fuerit. *Illud quoque* πρὸς τὰ *videtur aliter accipiendum, & eodem modo quo vtimur præpositione* Ad, *quum dicimus,* Obstupuit ad has voces.

ὅτω μὲν νυν ἐκτήσατο τοῦτο τὸ γέρας. Κλεάνδρῳ δὲ τῷ Παταρέος τελευτήσαντος τὸν βίον, ὃς ἐτυράννευσε μοῦνος Γέλης ἐπ' ἔτεα ἑπτά, ἀπέθανε δὲ ὑπὸ Σαβύλλου ἀνδρὸς Γελῴου, ἐνθαῦτα ἀναλαμβάνει τὴν μοναρχίην Ἱπποκράτης, Κλεάνδρου ἐὼν ἀδελφεός. ἔχοντος δὲ Ἱπποκράτεος τὴν τυραννίδα, ὁ Γέλων ἐὼν Τηλίνεω τοῦ ἱεροφάντεω ἀπόγονος, πολλῶν μετ' ἄλλων, καὶ Αἰνησιδήμου τοῦ Παταίκου, ὃς ἦν δορυφόρος Ἱπποκράτεος, μετ' οὐ πολλὸν χρόνον δι' ἀρετὴν ἀπεδέξατο πάσης τῆς ἵππου εἶναι ἵππαρχος. πολιορκέοντος γὰρ Ἱππο- 10
κράτεος Καλλιπολίτας τε καὶ Ναξίους, καὶ Ζαγκλαίους τε καὶ Λεοντίνους, καὶ ἄλλους, Συρηκοσίους τε καὶ τῶν βαρβάρων συχνοὺς, ἀνὴρ ἐφάνη ἐν τούτοισι τοῖσι πολεμίοισι ἐὼν ὁ Γέλων λαμπρότατος. τὴν δὲ ἕλισσον πολίων τουτέων, πλὴν Συρηκοσίων, ἐδεδμήτο φεύγειν δουλοσύνην ὑπὸ Ἱπποκράτεος. Συρηκοσίους δὲ Κορίνθιοί τε καὶ Κερκυραῖοι ἐρρύσαντο, μάχῃ ἐλάσαντες ὅτι πόλεμον Ἐλώρῳ. ἐρρύσαντο δὲ οὗτοι ὅτι τοῖσδε καταλέξαντες, ἐπ' ᾧτε Ἱπποκράτεϊ Καμαρίνην Συρηκοσίοισι ἀποδοῦναι. Συρηκοσίων δὲ ἐὼν 20
Καμάρινα ἀρχαῖον. Ὡς δὲ καὶ Ἱπποκράτεα τυραννεύσαντα ἑπτέτεα ὦν ἀδελφεῷ Κλεάνδρῳ κατέλαβε ἀποθανεῖν ὑπὸ Γελῴων, στρατευσάμενον ὅτι τοῦ Σικελοῖς, ὅτω δὴ ὁ Γέλων ὦν λόγῳ ἡμωρέων τοῖσι Ἱπποκράτεος παισὶ Εὐκλείδῃ τε καὶ Κλεάνδρῳ, ὑβριζομένων τῶν πολιητέων κατηκόων ἔτι ἐόντων τῷ ἔργῳ, ὡς ἐπεκράτησε μάχῃ τῶν Γελῴων, ἦρχε αὖτις ἀποπέμψας τοὺς Ἱπποκράτεος παῖδας. μετὰ δὲ τοῦτο ὁ δῆμα, τοὺς γαμόρους καλεομένους τῶν Συρηκοσίων, ἐκπεσόντας ὑπό τε τοῦ δήμου, καὶ τῶν σφετέρων 30
δούλων, καλεομένων δὲ Κυλλυρίων, ὁ Γέλων καταγαγὼν τούτους ἐκ Κασμήνης πόλιος ἐς τὰς Συρηκούσας, ἔσχε καὶ ταύτας. ὁ δὲ δῆμος ὁ τῶν Συρηκοσίων ὑπιόντι Γέλωνι παραδιδοῖ τήν τε πόλιν καὶ ἑωυτόν. Ὁ δὲ, ἐπεί τε παρέλαβε τὰς Συρηκούσας, Γέλης μὲν ὑπικρατέων, λόγον ἐλάσσω ἐποιέετο, ὑπιτρέψας αὐτὴν Ἱέρωνι ἀδελφεῷ ἑωυτοῦ· ὁ δὲ τὰς Συρηκούσας ἐκράτυνε, καὶ ἔτι ἄπορα αἱ Συρήκουσαι· αἱ δὲ παραυτίκα ἀνὰ τ' ἔδραμον καὶ ἀνέβλαστον. τῶν μὲν δὴ, Καμαριναίους ἀπόνητας ἐς τὰς Συρηκούσας ἀγαγὼν, πολίτας ἐποίησε, Καμάρινης δὲ δὴ ἄρα κατέσκαψε· τῶν δὲ, Γελῴων ἐόντων μισθίων τῶν αὐτῶν τούτοισι Καμαριναίοισι ἐποίησε. Μεγαρέας τε τοὺς ἐν Σικελίῃ, ὡς πολιορκέομενοι ἐς ὁμολογίην ἐχώρησαν, τοὺς μὲν αὐτέων παχέας, ἀειρομένους τε πόλεμον αὐτῷ, καὶ προσδοκέοντας ἀπολέεσθαι διὰ τοῦτο, ἀγὼν ἐς τὰς Συρηκούσας, πολίτας ἐποίησε.

Hunc in modum ille dignitatem hanc adeptus est. Cleandro autem Patareo, qui septem annos Gelæ tyrannide potitus est, vita functo, (à Sabyllo autem viro Gelo fuit interfectus) ibi frater eius Hippocrates suscepit imperium. Quo tyrannidem obtinente, erat illic Gelon prognatus à Teline vate, cum aliis multis, quorum vnus erat Æneſidemus Pataici filius, satelles Hippocratis: qui non diu post ob virtutem declaratus est totius equitatus præfectus. nam quibus in bellis Hippocrates obsedit Callipolitanos, Naxios & Zanclæos & Leontinos, pugnauitque cum Syracusanis & permultis barbarorum, in iis bellis Gelon extitit vir præclarissimus: adeo vt nulla omnium quas retuli ciuitatum effugerit Hippocratis dominationem; præter Syracusanos. quos pugna ad flumen Elorum superatos Corinthii Corcyræique liberauerunt: sub hac tamen condicione, vt Syracusani Camarinam, quæ ipsorum quondam fuisset, Hippocrati traderent. Hippocrates autem quum totidem annos quot frater Cleander tyrannidem obtinuisset, illato Siculis bello, ante vrbem Hyblam periit. ita Gelon per caussam tuendi liberos Hippocratis, EVclidem & Cleandrum, vbi ciues, quod abnuerent dicto amplius audientes esse, prœlio vicit, ipse Geloorum imperium [1] adeptus est, liberis Hippocratis dominatu fraudatis. [2] Post hoc commentum, quosdam Syracusanos, qui Gamori vocabantur, à plebe suisque seruis qui Cyllyrii nominabantur eiectos, in patriam ex vrbe Casmena reducendo, potitus etiam est ipsis Syracusis. nam ei venienti plebs Syracusana & vrbem & seipsam dedit. Quam Gelon vbi accepit, Gelam quam tenebat minoris faciens, Hieroni fratri demandauit, sibique Syracusas habuit, & quidem pro omnibus vrbibus. ideoque ea ciuitas confestim [3] excurrit atque propagata est. nam deductis eo Camarinæis omnibus Gelon ciuitatem dedit, Camarina euersa: dimidioque & eo amplius Geloorum itidem vt Camarinæis fecit. Necnon Megarensium qui sunt in Sicilia, quum obsessi ad deditionem veniissent, locupletissimos quosque, qui bellum ei intulerant, & ob id se interfectum iri putabant, Syracusas traduxit, ac ciuitate donauit:

CLIV CLV CLVI

[1] Omittit ἔργῳ quod respondet præcedenti λόγῳ. q.d. Dum verbo illos ad conseruandum suum imperium adiuuat, ipse non iam vergisset, sed facto illud inuasit. [2] Post hoc autem insperatum lucrum. Id est, Quum autem ei nihil tale speranti iam tantum bonum obi-

at plebem

at plebem Megarensem quæ belli mouendi fuerat expers, quæque nihil mali se passuram expectabat, Syracusas adductam venundedit, ex Sicilia asportandam. Idem hoc fecit Eubœensibus qui sunt in Sicilia, proceres à plebe distinguens. Hoc autem ideo de vtrisque fecit quod arbitraretur contubernium plebis rem esse molestissimam. Ea ratione magnus tyrannus effectus est Gelon. Ad quem legati Græcorum, posteaquam Syracusas coramque venerunt, ita loquuti sunt, LACEDÆMONII pariter & Athenienses eorumque socii nos misere ad te in societatem assumendum aduersus barbarum. nam prorsus audisti bellum Græciæ inferre, iuncto pontibus Hellesponto, virum Persam, secum omnes Eoas ex Asia copias ducentem: per simulationem belli Athenis inferendi nos inuadentem, quum in animo habeat omnem Græciam redigere in suam potestatem. Tu igitur, cui magna potentia adest, nec minima Græciæ portio, quum sis Siciliæ princeps, ferto opem iis qui Græciam à seruitute vindicant, eamq; vna cum illis liberato. Coacta enim cuncta Græcia, erimus magna manus, pugnaque pares inuadentibus nos: quod si è nobis alii proditores fuerint, alii otiosi sedeãt, id syncerum quod supererit Græciæ, exiguum erit. vnde periculum est ne omnis Græcia pessum eat. Neque enim speraueris Persam, si nos prœlio superauerit, ad te non esse venturum: quinimo hoc ante caueris. nobis nanque opem ferendo, temetipsum tutaris. Rei bono consilio gestæ lætus plerunque est exitus. Hæc legati CLVII CLVIII dixere. Quibus respondẽs Gelon,[1] multus in hac oratione fuit, Viri Græci, inquit, insolentem habetis orationem qui ausi estis me adire, hortantes ad ineundam aduersus barbarũ societatem:[2] quũ ipsi me orantem prius aduersus exercitum barbaricum recusaueritis socium, nam dum mihi erat cum Carthaginensibus certamen,[3] incumbenti ad vltionẽ necis Doris Anaxandridæ filii de Ægestanis exigendam, offerebamque me adiutorem ad liberanda emporia, vnde vobis magna emolumenta atque[4] voluptates prouenerant, vos neque mei adiuuandi, neque vltionis de nece Doriana exigendæ gratia venire voluistis.

Ⓦ ὄδημον τῶν Μεγαρέων, οὐκ ἐόντα μετάτριον τοῦ πολέμου τούτου, οὐδὲ προσδεκόμενον κακὸν οὐδὲν πείσεσθαι, ἀγαγὼν καὶ τούτους ἐς τὰς Συρηκούσας, ἀπέδοτο ἐκ ἐξαγωγῆς ἐκ Σικελίης. τὠυτὸ δὲ τοῦτο καὶ Εὐβοέας τοὺς ἐν Σικελίῃ ἐποίησε διακρίνας. ἐποίεε δὲ ταῦτα τούτους ἀμφοτέρους, νομίζας δῆμον εἶναι σιωοίκημα ἀχαριστότατον. γρ. ἀχάριστότατον.

Τοιούτῳ μὲν δὴ τρόπῳ τυράννος ἀγεγένεε μέγας ὁ Γέλων. ὅτε δὴ ὡς Ⓐ ἄγγελοι τῶν Ἑλλήνων ἀπικέατο ἐς τὰς Συρηκούσας, ἐλθόντες αὐτοὶ ἐς λόγους, ἔλεγον τάδε, Ἔπεμψάν ἡμέας Λακεδαιμόνιοι, καὶ Ⓐ τούτων σύμμαχοι, προσκαλεόμενοί σε πρὸς Ⓦ βάρβαρον. Ⓦ γὰρ ὑπερβὰς τὰ ὑπὲρ τὴν Ἑλλάδα πολύτως κου πιθανέα, ὁ Πέρσης αἰνὴρ μέλλει, ζεύξας Ⓦ Ἑλλήσποντον, καὶ ἐπάγων πολλὰ Ⓦ ἠῶν στρατὸν ἐκ τῆς Ἀσίης, στρατηλατέειν ὑπὲρ τὴν Ἑλλάδα· πρόφημα μὲν ποιεύμενος ὡς ἐπ' Ἀθηναίους ἐλαύνει, ἐν νόῳ δὲ ἔχων πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα ἐπ' ἑωυτῷ ποιήσασθαι. σὺ δὲ δυνάμιός τε ἔχεις μεγάλης, καὶ μοῖρά τοι τῆς Ἑλλάδος ἐκ ἐλαχίστη μέτα ἀρχοντί γε Σικελίης· βοήθει τε δὴ τοῖσι ἐλευθεροῦσι τὴν Ἑλλάδα, καὶ σωθήσεαι. ἁλὶς μὲν γὰρ ἡμερὴν πᾶσα ἡ Ἑλλὰς, χεὶρ μεγάλη σωζομένη, καὶ ἀξιόμαχοι γενόμεθα τοῖσι ἐπιοῦσι· ἢν δὲ ἡμέων Ⓐ μὲν καταπροδιδῶσι, Ⓐ δὲ μὴ θέλωσι ἀμυνέειν, ὁρῶ ὑγιαίνον τῆς Ἑλλάδος ἦν ὀλίζον, τοῦτο ἤδη δεινὸν γίνεται, μὴ πέσῃ πᾶσα ἡ Ἑλλάς. μὴ γὰρ ἐλπίσῃς, ἢν ἡμέας καταστρέψηται ὁ Πέρσης μάχῃ κρατήσας, ὡς ὀκνὶ ἥξει σεῦ, ἀλλὰ προσβὰς τούτου φύλαξαι. βοηθέων γὰρ ἡμῖν σεωυτῷ ἀμυνέεις· τῷ δὲ βουλευθέντι πρήγματι τελευτὴ ὡς τὸ πολλὸν χρηστὴ ἐθέλει ὑπογίνεσθαι. Ⓐ μὲν ταῦτα ἔλεγον. Γέλων δὲ πολλὸς ἐνέκειτο λέγων τοιάδε, Ἄνδρες Ἕλληνες, λόγον ἔχοντες πλεονέκτην, ἐτολμήσατε ἐμὲ σύμμαχον ὑπὲρ Ⓦ βάρβαρον προσκαλέοντες ἐλθεῖν· αὖθις δὲ, ἐμοῦ προτέρου δεηθέντος βαρβαρικὸν στρατὸν σωσπάσασθαι, ὅτε μοι πρὸς Καρχηδονίους νεῖκος σιωπῶλο, ὑπισχνεόμενός τε Ⓦ Δωριέος τοῦ Ἀναξανδρίδεω πρὸς Αἰγεσταίων φόνον ἐκπρήξασθαι, ἐπιστρατεύοντός τε καὶ ἐμπόρια σωσελοῦσθαι, ἀπ' ὧν ὑμῖν μεγάλαι ὠφέλειαί τε καὶ ἐπαυρήσιες γεγένασι· οὔτε ἐμοῦ εἵνεκα ἤλθετε βοηθήσοντες, οὔτε Ⓦ Δωριέος φόνον ἐκπρήξόμενοι.

1 His verbis, quibus eos vehementer vrgebat, vsus est, 2 Quum ipsi petenti mihi aduersus exerc. barb. ferre opem recusaueritis. 3 Et obtestabar vt pœnas necis Doriei Anaxandridæ filii ab Ægestanis repoſceretis, offereb. 4 Commoditates prouenerunt.

» Ὃ δὲ κατ' ὑμέας, τάδε πάντα ἐστὶ βαρβάροισι
» νέμεται. ἀλλ' ὅ γε δὴ ἡμῖν καὶ ὅπῃ ὃ ἄμεινον κατ-
» ἐς ἦ νεῶ δὲ ὅπῃ περιελήλυθε ὁ πόλεμος καὶ
» ἀπίκται ἐς ὑμέας, οὕτω δὴ Γέλωνος μνῆσις γέγο-
» νε. ἀπιμὶς δὲ τοὺς ὑμέων κυρήσας, οὐκ ὁμοιώ-
» σομαι ὑμῖν, ἀλλ' ἑτοῖμός εἰμι βοηθέειν, πρὸς ἑξήκοντα
» δικροίας τε τριήρεας, καὶ δισμυρίους ὁπλίτας, καὶ
» δισχιλίους ἵππων, καὶ δισχιλίους τοξότας, καὶ δισ-
» χιλίους σφενδονήτας, καὶ δισχιλίους ἱπποδρόμους
» ψιλούς· σῖτόν τε ἀπάσῃ τῇ Ἑλλήνων στρατιῇ, ἔστ' 10
» ἂν ἅπαν πολεμήσωμεν, ἐπιδέκομαι παρέξειν. ἐ-
» πὶ δὲ λόγῳ τοιῷδε τάδε ὑπίσχομαι, ἐπ' ᾧ στρα-
τηγὸς τε καὶ ἡγεμὼν τῶν Ἑλλήνων ἡγήσομαι
» τοῖς Συρηκοσίοις βαρβάρων· ἐπ' ἄλλῳ δὲ λόγῳ οὔτ' ἂν
» αὐτὸς ἔλθοιμι, οὔτ' ἂν ἄλλους πέμψαιμι. Τα-
» ῦτα ἀκούσας οὔτε ἐνέσχετο ὁ Συάγρης, εἶπέ τε
» τάδε, Ἦ κεμέγ' οἰμώξειν ὁ Πελοπίδης Ἀγαμέ-
» μνων, πυθόμενος Σπαρτιήτας τὴν ἡγεμονίην ἀπα-
» ρεῖσθαι ὑπὸ Γέλωνός τε καὶ Συρηκοσίων. ἀλ-
» λὰ τούτου μὲν τοῦ λόγου μηκέτι μνησθῆς, ὅκως τὴν 20
» ἡγεμονίην τοι παραδώσομεν. ἀλλ' εἰ μὲν βουλεαι
» βοηθέειν τῇ Ἑλλάδι, ἔχων ἀρχόμενος ὑπὸ Λακε-
» δαιμονίων· εἰ δ' ἄρα μὴ δικαιοῖς ἄρχεσθαι, σὺ
δὲ μηδὲ βοήθει. Πρὸς ταῦτα ὁ Γέλων, ὅπῃ ὦ-
ρα ἀπὸς ἀμμένους τοὺς λόγους τοὺς Συάγρου, ἦ
» τελευταῖον σφι τόνδε ὄξεφηνε λόγον, Ὦ ξεῖνε
» Σπαρτιῆτα, ὀνείδεα καλιόντα ἀνθρώπῳ, φιλέει
» ἐπιμάχειν ἦ θυμόν· σὺ μὲν τοι ἀποδοξάμενος ὑ-
» βρίσματα ἐν τοῖ λόγῳ, οὐ με πείσεις ἀγήμονα
» ἐν τῇ ἀμοιβῇ γενέσθαι. ὅκου δὲ ὑμεῖς οὕτω προ- 30
» κεχέατε τῆς ἡγεμονίης, οἰκὸς καὶ ἐμὲ μᾶλλον ὑμέων
» προέχεσθαι, στρατιῆς τε ἐόντα πολλαπλασίης ἡ-
» γεμόνα, καὶ νηῶν πολὺ πλεόνων. ἀλλ' ἐπεί τε ὑ-
» μῖν λόγος οὕτω προσάντης καλίσαται, ἡμεῖς γοι
» ὑπείξομεν τοῦ ἀρχαίου λόγου· εἰ τοῦ μὲν πεζοῦ
» ἡμεῖς ἡγεόμεθα, τοῦ δὲ ναυτικοῦ ἐγώ· εἰ δὲ ὑμῖν ἥδο-
» νὴ τοῦ κατ' ἅλα σφᾶς ἡγεμονεύειν, τοῦ πεζοῦ ἐγὼ
» θέλω. καὶ ἢ τούτοισι ὑμέας χρεὼν ὅστι ἀρέσκεσθαι,
» ἢ ἀπιέναι συμμάχων τοιῶνδε ἐρήμους. Γέλων μὲν
δὴ ταῦτα προσετείνετο. Φθάσας δὲ ὁ Ἀθηναί- 40
ων ἄγγελος τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἀμείβετο τοῖσδε, Ὦ
βασιλεῦ Συρηκοσίων, οὐκ ἡγεμόνος δεόμενοι ἦλ-
» θον ἀπὸ Ἑλλάδος ἡμέας πρὸς σέ, ἀλλὰ στρατιῆς· σὺ δ'
» ὅκως μὲν στρατιὴν πέμψῃς μὴ ἥδιστος ἦ Ἕλλη-
» σι, ὃ προφαίνεις· ὡς δ' στρατηγὸς αὐτῆς, γλίχεαι.

ἐπιμάχειν ἦ θυμόν

ἀμείβετο τοῖσδε

1 Itaq; quantum in vobis est, omnia hæc à barbaris possidentur. Verũ nobis hæc in melius recidêrunt. 2 nunc quoniam circumuenit vos atque attigit bellum, ita demum Gelonis memoria facta est. Sed contemptus à vobis, non ero vestri similis: sed paratus sum ad opem ferendam ducentarum triremium, & viginti millium armatorum, ac duum millium equitum, *totidemque ferentariorum*, totidemque leuis armaturæ, totidem sagittariorum, totidem funditorum. Sed & rem frumentariam cunctis Græciæ copiis, donec fuerit debellatum, suppeditaturum me recipio. Sed ea lege hæc polliceor vt ego sim aduersus barbarum Græcorum imperator: aliter neque ipse venirem, neque alios mitterem. Ea Syagrus audiens, non tulit: sed, O CLIX quam eiularet, inquit, Pelopides Agamemnon, si audiret Spartiatas imperium subdidisse Geloni atque Syracusanis. Tu vero ne feceris huius rei mentionem amplius, sed si tibi animus est opem ferendi Græciæ, esto sub imperio Lacedæmoniorum: si dedignaris subesse, non habe animum opem ferendi. Ad hæc Gelon vbi vidit verba CLX Syagri auersa, hanc ad extremum protulit orationem, Hospes Spartiata, contumeliæ homini factæ solent irritare indignationem. verum tu contumeliosis in me verbis inuehens, non tamen induces me ad vicem contumeliosè reddendam. Sed quando vos ita imperium amplectimini, multo me magis quã vos decet illud amplecti, qui multo maiorum copiarum ac plurium nauium imperator sum. Ceterum, quoniam ista oratio vestra in contrarium nititur, nos aliquantum à superiore nostra oratione decedemus: Si vos terrestribus copiis præfueritis, ego nauticis præero: sin vos mari imperitare iuuat, ego terrestribus copiis imperitare volo. Ex quo oportet vos aut alterutra harum rerum esse contentos, aut his sociis destitutos abscedere. Hanc Gelon condicionem offerebat. Cui nuncius Athenienſis 3 La- CLXI cedæmonios anteuertens, ita respondit, Rex Syracusanorum, Græcia nos ad te misit, non imperatorum indiga, sed exercitus: tu vero præ te fers non missurum te exercitum, nisi sis Græciæ imperator: videlicet vt illi imperes affectas.

1 Itaque per vos quidem hæc omnia barbari possideant licet. *id est, Per vos non stetit quin hæc omnia nunc à barbaris possideantur.* 2 Nunc postquam translatæ sunt ad vos belli gerendi vices, ita demum Gelonis recordati estis. Atenim dedecore à vobis affectus, vos nequaquam imitabor: sed opem ferre paratus sum ducentarum triremium, *&c. Est tamen ad verbum, Suppeditaturum ducentas triremes, & viginti millia armat. eodemque modo deinceps.* 3 Lacedæmoniorum nuncium anteuert.

1 Itaque

1 Itaque quantum ad eam partem pertinet qua cuncto Græcorum exercitui præsse postulas, suffecerit nobis Atheniensibus silentium agere, intelligentibus. Laconem fore idoneum ad reddendam pro vtrisque rationem: quantum autem ad illud attinet, quod poscis vt vniuersæ classi præsis, ita habeto: nos, etiam vt Lacon permittat, non esse permissuros præesse te classi. nostrum enim munus hoc est, nisi Lacedæmonii id velint: quibus præesse classi volentibus non contradiceremus, alteri vero concederemus nemini. nam alioqui frustra 2 plus nauium quam ceteri Græci possideremus, si Syracusanis imperium cederemus, qui sumus Athenienses, & antiquissimæ originis, solique Græcorum qui nunquam solum vertimus: è quibus virum instruendo ornandoque exercitu aptissimum Homerus etiam 3 versificator ait Ilium venisse: vt non sit dedecus nobis ista commemorare. His LXII Gelon ista respondit, Hospes Atheniensis, 4 apud vos qui præsint habetis, qui subsint nō habetis. Quocirca quum nihil cedere sed totum obtinere velitis, quam celerrime hinc retro abscedatis, renunciaturi Græciæ, ver ex anno illi 5 exaruisse. Cuius dicti sensus hic est, 6 quum constet probatissimam anni partem esse ver, talem esse suum exercitum innuebat, quo Græcia priuaretur, quasi quodam vere, quod illi exaresceret, non XIII inita secum societate. ¶ Hoc responso Gelonis accepto nuncii Græcorum profecti sunt. Post hæc Gelon timens quidem ille Græcis, ne impares barbaro essent, tamen indignum atque intolerandum sibi ratus vt profectus in Peloponnesum subesset Lacedæmoniis, qui Siciliæ tyrannus esset, omissa hac via aliam iniit. Nam vbi primum audiit Persam transmisisse Hellespontum, misit cum tribus 7 biremibus Cadmum Scythis filium Coum, multa cum pecunia ac placidis verbis, ad obseruandum quo casura esset pugna: vt si barbarus vinceret, ei pecuniam traderet terramque & aquam eorum locorum quibus Gelon imperaret: sin vincerent Græci, rursus pecuniam reportaret. XIV Hic Cadmus ante id tempus quum tyrannidem Coorum à patre accepisset

ὅσον μὲν νυν πρωτος τὸν Ἑλλήνων ς ϙατὸν ἐδέου ἡγέεσθαι, ἐξήρχει ἡμῖν τοῖσι Ἀθηναίοισι ἡσυχίην ἔχειν, ϐουλομένοισι ὡς ὁ Λάκων ἱκανὸς τοι ἔμελλε ἔσεσθαι, ϗ γὰρ ἀμφοτέρων ἀπολογεύμενος. ἐπεί τε ὁ ἁπάσης ἀπελαυνόμενος δέεαι τῆς ναυτίκης ἀρχῆς ἄρχειν, οὕτω ἔχει τοι, οὐδ' ἐγὼ ὁ Λάκων ἐπείη τοι ἄρχειν αὐτῆς, ἡμεῖς ἐπήσομεθα. ἡμετέρη γὰρ ἔστι αὕτη γε μὴ αὐτέων ϐουλομένων Λακεδαιμονίων. τούτοισι μὲν ὦν ἡγέεσθαι ϐουλομένοισι οὐκ ἀντιτείνομεν, ἄλλῳ δ' ἢ πρήσομεν οὐδενὶ ναυαρχέειν. μάτην γὰρ ἂν ὧδε πάρεργον Ἑλλήνων ς ϙατὸν πλεῖστον ἕπεμπον ἑκατόμϐοι, ἐόντες Συρηκοσίοισι ἐόντες Ἀθηναῖοι συγχωρήσομεν τὴν ἡγεμονίης, ἀρχαιότατον μὲν ἔθνος πρεχόμενοι, μοῦνοι δ' ἐόντες οὐ μετάϐατοι Ἑλλήνων. τοῦ ϗ Ὁμήρου ὁ ἐποποιὸς ἄνδρα ἄριστον ἔφησε ἐς Ἴλιον ἀπικέεσθαι, τὸν ἐξαι τε ϗ διακοσμῆσαι ς ϙατόν. ὅτω οὐκ ὄνειδος ἡμῖν ἐστι ταῦτα λέγειν τοιαῦτα. Ἀμείϐετο Γέλων τοῖσδε, Ξεῖνε Ἀθηναῖε, ὑμεῖς οἴκατε τὸν ἄρχοντα ἔχειν, τὸν δ' ἀρχομένους ὀκέπι. ἐπεὶ τοίνυν τοῦδε μὴ ἐντεύντες ἔχειν τὸ πρῶτον ἐθέλετε, οὐκ ἂν φθάνοιτε τὴν ταχίστην ὀπίσω ἀπαλλασσόμενοι, ϗ ἀγγέλλοντες τῇ Ἑλλάδι ὅτι οὐκ ἔαρ σύνιαυτὸν τὸ ἔαρ αὐτῆς ἐξαραιρημένον ἔσται; ὡς ὁ νόος τοῦ ῥήματος, τὸ ἐτελέϐ λέγων. δῆλα γὰρ ὡς ἐν τῷ σύνιαυτῷ ἐστι τὸ ἔαρ δοκιμώτατον, τοῦ δὲ τῶν Ἑλλήνων ς ϙατιῆς, τὴν ἑωυτοῦ ς ϙατιήν. τρεσχομένων ὦν τὴν Ἑλλάδα τῆς ἑωυτοῦ συμμαχίης, ἐπικαζε ὡς εἰ τὸ ἔαρ οὐκ τοῦ σύνιαυτοῦ ἐξαραιρημένον εἴη. Οἱ μὲν δὴ τῶν Ἑλλήνων ἄγγελοι τοῦτο τῷ Γέλωνι χρήματα πάμποι ἀπέπλεον. Γέλων δὲ ὡς τοῦτο δείσας μὲν περὶ τοῖσι Ἕλλησι μὴ οὐ δυνήσηται βαρβαρον ὑποδέξασθαι, δεινὸν δὲ ϗ οὐκ ἀνασχετὸν ποιησάμενος ἐλθὼν ἐς Πελοπόννησον ἄρχεσθαι ὑπὸ Λακεδαιμονίων, ἐὼν Σικελίης τύραννος, τοιούτῳ μὲν τῷ ὁδὸν ἠμέλησε, ὁ δὲ ἄλλης εἶχε. ἐπεί τε γὰρ τάχιστα ἐπύθετο Πέρσῃ Ἀβυδηνικὸν Ἑλλήσποντον, πέμπει πεντηκοντέρῳσι τρισὶ Κάδμον Σκύθεω, ἄνδρα Κῶον, ἐς Δελφοὺς, ἔχοντα χρήματα πολλά, ϗ φιλίους λόγους, ϗαραδοκήσοντα τῷ μάχῃ, ἢ πεσέεται· ϗ ἢν μὲν ὁ βάρϐαρος νικᾷ, τά τε χρήματα αὐτοῦ δίδοναι, ϗ γῆν τε ϗ ὕδωρ, τῶν ἄρχει ὁ Γέλων· ἢν δὲ οἱ Ἕλληνες, ὀπίσω ἀπάγειν. Ὁ δὲ Κάδμος ἐστὶ, ὡς ἔτερον τούτεων παραδεξάμενος τῶν πατρὸς τὴν τυραννίδα Κώων,

1 At nos ad illam quidem tuam petitionem qua vniuersi Græcorum exercitus imperium postulabas, silentium tenuimus, contenti Lacedæmoniorum responso esse volentes, quod pro vtrisque sufficere posse sciebamus: iam vero, quum tu vniuerso imperio excluſus. *i. postquam denegatum tibi est vniuersum imperium*, nauale postules, ita habeto, nos ne permittente quidem id Lacedæmonio, permissuros. 2 *Legit* παρ' ἄλλον, *non* πάμπαν. 3 Poeta 4 Vos, qui imperent habere videmini, at quibus imperetur, non item. 5 Exemptum esse. *Vel, ablatum esse.* 6 Sicut ver in anno præcellere constat, ita suum exercitum Græco *præcellere.* Ideoque Græciæ, quæ sua societate priuaretur, idem contingere dicebat ac si ei ex anno ver exemptum esset. 7 Nauibus quinquagenûm remorum.

οὐ βεβηκὼς δυ, ἐκών τε εἰ), καὶ δεινὸ δ' ὄπτιόντος τοῦ ἔνος, ἀλλ' ἐπὶ τῷ δικαιοσύνῃ, ἐς μέσον Κώοισι καταθεὶς τὴν ἀρχὴν, οἴχετο ἐς Σικελίην. ἔνθα μιν Σαμίων ἔοντα τε καὶ κατοικήσαντα πόλιν Ζάγκλην τὴν ἐς Μεσσήνην μεταβαλοῦσαν τοὔνομα. τόπον δὴ τοῦτον ὁ Γέλων ἐκ Κάδμου καὶ τοιῶδε ἔοντα ἀπικόμενον, ἀπὸ δικαιοσύνης, τὴν ἀνδρες δηλίων σωτῆρες ἔοντα ἔπεμψε. ὃς ὅτι τοῖσι δηλίοισι δικαίοισι τοῖσι ἐξ ἑωυτοῦ ἐργασμένοισι, καὶ τόδε οὐκ ἐλάχιστον τουτέων ἐλείπετο. κρατήσας γὰρ μεγάλων χρημάτων, τῶν οἱ Γέλων ἐπετρέψατο, παρεὸν καταχέσθαι, οὐκ ἐθέλησε. ἀλλ' ἐπεὶ οἱ Ἕλληνες ἐπεκράτησαν τῇ ναυμαχίῃ, καὶ Ξέρξης οἰχώκεε ἀπελαυνόων, καὶ δὴ καὶ ἐκεῖνος ἀπίκετο ἐς τὴν Σικελίην, ἀπὸ πάντα τὰ χρήματα ἄγων. Λέγεται δὲ καὶ τάδε ὑπὸ τῶν ἐν Σικελίῃ οἰκημένων, ὡς ὅμως καὶ μέλλων ἄρχεσθαι ὑπὸ Λακεδαιμονίων ὁ Γέλων, ἐβοήθησε ἂν τοῖσι Ἕλλησι, εἰ μὴ ὑπὸ Θήρωνος τοῦ Αἰνησιδήμου Ἀκραγαντίνων μουναρχέοντος ἐξελαθεὶς ἐξ Ἱμέρης Τήλλος ὁ Κληνίππου, τύραννος ἐὼν Ἱμέρης, ἐπῆγε ἐπ' αὐτὸν καὶ χρεὸν τόπον, Φοινίκων, καὶ Λιβύων, καὶ Ἰβήρων, καὶ Λιγύων, καὶ Ἑλισύκων, καὶ Σαρδόνων, καὶ Κυρνίων τεσσεράκοντα μυριάδας, καὶ σφέων ἡγήσατο Ἀμίλκας Ἀννωνος, Καρχηδονίων ἐόντα βασιλέα. τοῦ ξεινίην τε ἑωυτῷ ὁ Τήλλος ἀναγνώσας, καὶ μάλιστα δι' Ἀναξίλεω τοῦ Κρητίνεω τοῦ θυμίου, ὃς Ῥηγίου ἐὼν τύραννος, τὰ ἑωυτοῦ τέκνα δοὺς ὁμήρους Ἀμίλκᾳ, ἐπῆγε μιν ὅτι τάχιστα Σικελίην, λιμωρέων τῷ πενθερῷ. Τήλλῳ γὰρ εἶχε θυγατέρα Ἀναξίλεως, τῇ οὔνομα ἦν Κυδίππη. ὅτε δὴ οὐκ οἷόν τε ἦν ἀμύνειν Γέλωνα βοηθέειν τοῖσι Ἕλλησι, ἀποπέμπει ἐς Δελφοὺς τὰ χρήματα. Περὶ δὲ καὶ τάδε λέγεται, ὡς συνέβη τὰ αὐτὰ ἡμέρῃ ἔντε τῇ Σικελίῃ Γέλωνα καὶ Θήρωνα νικᾶν Ἀμίλκαν Καρχηδόνιον, καὶ ἐν Σαλαμῖνι τοὺς Ἕλληνας τοὺς Πέρσας. τὸν δὲ Ἀμίλκαν, Καρχηδόνιον ἐόντα τὰ μητρόθεν, μητρὸς δὲ Συρηκοσίου, βασιλεύσαντά τε κατ' ἀνδραγαθίην Καρχηδονίων, ὡς ἡ συμβολὴ τε ἐγένετο, καὶ ὡς ἑαυτὸν τῇ μάχῃ, ἀφανισθῆναι πυνθάνομαι. οὔτε γὰρ ζῶντα, ὅτε ἀποθανόντα φανῆναι ἁδαμοῦ γῆς· ὃ πολλοὺς ἐπεξελθόντα διζήμενον Γέλωνα. Εἰ δὲ οὕτω αὐτέων Καρχηδονίων ὅδε ὁ λόγος λεγόμενος, εἰκότι χρεωμένων, ὡς καὶ μὲν βάρβαροι τοῖσι Ἕλλησι ἐν τῇ Σικελίῃ ἐμάχοντο, ἐξ ἠοῦς ἀρξάμενοι μέχρι δείλης ὀψίης· ὅτι τοσοῦτο γὰρ λέγεται ἐλθοῦσαν τὴν σύγασιν. ὁ δὲ

278

1 satis validam, nullo aduerso casu, sed ob iustitiam, sua sponte eam in media ciuitate deposuit, atque in Siciliam abiit. vbi vna cum Samiis vrbem Zanclam (cuius nomen in Messanam mutatum est) tenuit atque incoluit. Hunc Cadmum, eò hunc in modum profectum, Gelon ob iustitiam quam illi ex aliis rebus adesse nouerat, Delphos misit: cuius hominis inter alia quæ edidit opera iusta, hoc non in postremis reponitur, quod tantum pecuniæ à Gelone commissum interuertere quum posset, noluit, sed posteaquam Græci pugna nauali superiores extitere, Xerxesque cum exercitu abiit, ipse in Siciliam rediit cum omni pecunia. Fertur autem & hoc ab CLXV iis qui Siciliam incolunt, Gelonem inducto ad obtemperandum Lacedæmoniis animo, fuisse latutum Græcis auxilia, nisi Terillus Crinippi filius eiectus ex Himera, vbi erat tyrannus, à Therone Æneside filio Acragantinorum monarcho, adduxisset per id tempus Phœnicum & Libyum & Iberorum & Ligyum & Elisycorum & Sardonum & Cyrniorum trecẽta millia, duce eorum Amilcare Hannonis filio Carthaginensium rege: quos Terillus abduxerat cum persuasos hospitii necessitudine, tum præcipue prompta animi voluntate Anaxilai Critinei filii, Rhegini tyranni, qui filios suos Amilcari obsides dedit, vlciscendi soceri caussa. habebat enim Anaxilaus in matrimonio Terilli filiam, nomine Cydippam. Ita Gelonem, quum nequiret auxilia Græcis ferre, Delphos misisse pecuniam. Præterea aiunt iidem CLXVI contigisse vt eodem die Gelon & Theron Amilcarem Carthaginensem in Sicilia superarint quo Græci in Salamine Persam. Quinetiam Amilcarem, qui à patre quidem Carthaginensis, à matre vero Syracusanus erat, & ob virtutem rex Carthaginensium, quum conflixisset, prœlio victum, è conspectu fuisse ablatum audio, nec vsquam gentium aut viuum aut mortuum comparuisse. omnia enim Gelonem indagando collustrasse. Apud ipsos autem Carthagi- CLXVII nenses illius imaginem colentes, hæc fama est, dum barbari cum Græcis in Sicilia ab aurora ad crepusculum sine intermissione pugnarent, (tandiu enim extractum fuisse prœlium)

1 Bene stabilitam, *vel, constitutam*, nulla premente calamitate, sed iustitiæ exercendæ studio, *vel, sed iustitiæ amore, ad verbum, Sed pro iustitia*, in medium Cois proposuerat, & in Siciliam discesserat.

interea

interea Amilcarem in castris permanentem sacrificasse atque litasse, solida corpora[1] aggerentem in ingentem pyram: sed conspectis suis in fugam versis, vt erat in faciendis sacris occupatus, sese in ignem misisse, atque ita combustum è conspectu sublatum. Cui, siue hoc modo, vt Phœnices, siue alio, vt Carthaginenses & Syracusani memorant, ex oculis ablato, nunc Carthaginenses sacrificant, extructis monumentis, cum alibi in omnibus suis coloniis, tum præcipue in ipsa Carthagine. Hactenus quæ ad Siciliam attinent. ¶ Corcyræi autem aliud nunciis responderunt, aliud fecerunt. nam quum eos iidem nuncii qui in Siciliam ierant, adissent, & iisdem quibus Gelonem verbis alloquuti fuissent, polliciti sunt confestim se auxilia missuros ac præsidio futuros, negantes sibi Græciam neglectui habendam de salute periclitantem: quæ si collaberetur, nihil aliud sibi superesse quam vt primo quoque die seruirent: ideoque sibi, quoad possent, illam esse adiuuandam. Hæc illi aspectu speciosa responderunt: at vbi ferre opem oportuit, aliud habentes in animo, sexaginta naues instruxere: ægreque digressi, Peloponneso applicauere, ac circa Pylon ac Tænaron ore Lacedæmoniorum naues in statione statuere: obseruantes & ipsi bellum quo caderet, desperantes fore vt Græci superarent, sed opinantes Xerxem multo superiorem victæ Græciæ imperaturum. [2] Itaque curauere vt hæc verba apud Persam facerent, Adhortantibus nos Græcis ad hoc bellum, rex, quod non minimum & copiarum & nauium, sed plurimum secundum Athenienses habemus, tamen aduersum te ire noluimus, aut quippiam tibi molestiæ facere. Hæc dicendo sperabant se plus aliquid quam ceteros ablaturos. quod etiã (vt mihi videtur) contigisset. Ad Græcos autem excusationem parauere, qua etiam vsi sunt. accusantibus enim Græcis quod opem non attulissent, dixere sexaginta se trimeres armauisse, sed per vẽtos etesias superare Maleã nequisse.[3] Atq; ita ad Salaminẽ se non cõtulere, nec vllius cladis pugnæ naualis participes fuere. Et isti quidem ita Græcos à se summouerunt. ¶ Cretes autem,

CLXIIX

CLXIX

ὁ δὲ Ἀμίλκας ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ μούνων ἐν τῷ στρατοπέδῳ, ἔθυέ τε καὶ ἐπαλλιερέετο ἐπὶ πυρῆς μεγάλης, σώματα ὅλα καταλίζων· ἰδὼν δὲ τὴν τῶν ἑωυτοῦ γινομένην, ὡς ἔτυχε ἐπισπένδων τοῖσι ἱεροῖσι, ὥστε ἐσυθῆναι ἐς τὸ πῦρ. οὕτω δὴ κατακαυθέντα ἀφανισθῆναι. ἀφανισθέντι δὲ Ἀμίλκα τῷπερ εἴτε τοιούτῳ (ὡς Φοίνικες λέγουσι) εἴτε ἑτέρῳ, (ὡς Καρχηδόνιοι τοῦτο μοῦνοι ἡγέονται, τοῦτο δή, μνήματα ἐποίησαν ἐν πάσῃσι τῇσι πόλισι τῶν ἀποικίδων· ἐν ἀρτῇ τε μέγιστον Καρχηδόνιοι. Τὰ μὲν ἀπὸ Σικελίης, τοιαῦτα. Κερκυραῖοι δὲ τάδε ὑποκεινάμενοι τοῖσι ἀγγέλοισι, τοιάδε ἐποίησαν· καὶ γὰρ τούτους προσελάμβανον ἀμφὶ οἱ αὐτοὶ καὶ ἐς Σικελίην ἀπίκοντο, λέγοντες τοὺς αὐτοὺς λόγους τοὺς καὶ πρὸς Γέλωνα ἔλεγον. οἱ δὲ πρυτάνιες μὲν ἐπῄνεον πέμψειν τε καὶ ἀμυνέειν, φρονέοντες ὡς οὐσφι προσηκόντως ἡ Ἑλλὰς ἀπολλυμένη· (ἢν γὰρ σφαλῇ, σφεῖς γε οὐδὲν ἧσσον ἢ δουλεύσουσι τῇ προσθήκῃ τῶν ἡμερέων) ἀλλὰ λιμφορητέον εἴη ἐς τὸ δυνατώτατον. ὑπεκρίναντο μὲν οὕτω βουλόμενοι. ἐπεὶ δὲ ἔδει βοηθέειν, δηθὰ νοέοντες, ἐπλήρωσαν νέας ἑξήκοντα. μόγις δὲ ἀναχθέντες, προσεμίξαν τῇ Πελοποννήσῳ. καὶ προσὶ Πύλον καὶ Ταίναρον χῆς τῆς Λακεδαιμονίων ἀνεκώχευον τὰς νέας, καραδοκέοντες καὶ οὗτοι τὸν πόλεμον, ἢν πεσέεται· ἀπολωλεόντων μὲν τοὺς Ἕλληνας ὑποβαλέεσθαι, δοκέοντες δὲ τὸν Πέρσην, καταχρατήσαντα πολλόν, ἄρξειν πάσης τῆς Ἑλλάδος. ἐποίεον ὧν ὀπίσω ἵνα ἔχωσι προσὶ τὸν Πέρσην λέγειν τοιάδε, Ὦ βασιλεῦ, ἡμεῖς, προσβαλόμενοι τῶν τοὺς Ἕλληνας ἡμέας ἐς τὸν πόλεμον τοῦτον, ἔχοντες δύναμιν οὐκ ἐλαχίστην, οὐδὲ νέας ἐλαχίστας προσφέροντες αὖ, ἀλλὰ πλείστας, μετά γε Ἀθηναίους, οὐκ ἐθελήσαμέν τοι ἀντιοῦσθαι, οὐδέ τι ἀποθύμιον ποιῆσαι. τοιαῦτα λέγοντες, ἤλπιζον πλέον τι τῶν ἀμφὶ σφίσι θήσεσθαι. τοῦτο μὲν αὖ καὶ ἐγένετο, ὡς ἐμοὶ δοκέει. προσὶ δὲ τοὺς Ἕλληνας σφι σκῆψις ἐπεποίητο, τὴν δὴ καὶ ἐξενήνεικαν. αἰσθομένων γὰρ τῶν Ἑλλήνων ὅτι οὐκ ἐβοήθεον, ἔφασαν πληρώσαι μὲν ἑξήκοντα τριήρεας, ὑπὸ δὲ ἐτησιέων ἀνέμων ὑποβαλέειν Μαλέῃ οὐκ οἵοί τε γενέσθαι. οὕτω οὐκ ἀπικέσθαι ἐς Σαλαμῖνα, καὶ οὐδεμιῇ κακότητι λειφθῆναι τῆς ναυμαχίης. οὗτοι μὲν οὕτω διεχρήσαντο τοὺς Ἕλληνας. Κρῆτες δὲ,

1 Adolentem in pyra ingenti. 2 Operam igitur dabant, *vel, de industria id faciebant*, vt possent hæc Persæ dicere, Nos, ô rex, quum ad hoc bellum Græci assumerent, *pro, aduocarent*, licet potentiam non minimam haberemus, & non paucissimas naues suppeditare potuissemus, sed plurimas secundum Athenienses, aduersum te ire n. 3 Atque ita factum fuisse vt Salaminem non peruenirent: & quòd à pugna nauali abfuissent, in eo se minimè malitia vlla vsos fuisse.

ἐπεί τε σφέας προελάμβανον ⓐ ὅτι τύποισι παθόντες Ἑλλήνων, ἐποίησαν τοιόνδε· πέμψαντες κοινῇ θεοπρόπους ἐς Δελφούς, ἢ θεὸν ἐπηρώτων εἰ σφι ἄμεινον γίνεται τιμωρέοισι τῇ Ἑλλάδι. ἡ δὲ Πυθίη
» ἐχρήσατο, Ὦ νήπιοι, ἐπιμέμφεσθε ὅσα ὑμῖν
» ἐκ τῶν Μενελάῳ τιμωρημάτων Μίνως ἔπεμψε,
» μιηνύων δακρύματα. ὅτι ⓐ μιν ὑπ' αὐτοῦ ⓦ ἐν Καμίκῳ θάνατον ἠμύναντο, ὑμεῖς δὲ
» κείνοισι τίνυτε ἐκ Σπάρτης ἁρπασθεῖσαν ἐὸν ἀν-
» δρὸς βάρβαρά γυναῖκα. ταῦτα ⓐ Κρῆτες ὡς ἀπ- 10
ενειχθέντα ἤκουσαν, ἔσχοντο τῆς ἐμφορῆς. Λέγεται γὰρ Μίνω ζητήσιν Δαιδάλου ἀπικόμενον ἐς Σικελίην, τὴν νῦν Σικελίην καλεομένην, ἀ-
279 πολέσθαι βιαίῳ θανάτῳ· αὐτὰ δὲ χρόνον Κρῆτας, πλὴν ὅσοι ἐπετρωάδμονες, πόλιας, πλὴν Πολιχνιτέων τε καὶ Πραισίων, ἀπικομένους στόλῳ μεγάλῳ ἐς Σικανίην, πολιορκέειν ἐπ' ἔτεα πέντε πόλιν Κάμικον (τὴν κατ' ἐμὲ Ἀκραγαντῖνοι ἐνέμοντο) τέλος δὲ, ἀδυναμέοντας οὔτε ἑλεῖν, οὔτε παραμένειν, λιμῷ σινεσθέντας, ἀπολιπόντας οἴχεσθαι. ὡς δὲ ἐς Ἰήπυ- 20
γίην ἀπέσθαι πλώοντας, ὑπολαβόντα σφέας χειμῶνα μέγαν ἐκβαλέειν ἐς τὴν γῆν. συναραχθέντων δὲ τῶν πλοίων, (οὐδεμίην γὰρ σφι ἔτι ἐκομιδὴν ἐς Κρήτην φαίνεσθαι) ἐνθαῦτα Ὑέλην πόλιν κτίσαντας, καταμείναντάς τε καὶ μεταβαλόντας, ἀντὶ μὲν Κρητῶν, Ἰήπυγας Μεσσαπίους γενέσθαι, ἀντὶ δὲ τοῦ εἶναι νησιώτας, ἠπειρώτας. ἀπὸ δὲ Ὑέλης πόλιος τὰς ἄλλας οἰκήσαντας, τὰς δὴ Ταραντῖνοι χρόνῳ ὕστερον πολλῷ ἐξανιστάντες, συνεστήσαντο μεγάλως. ὥστε φόνος Ἑλλήνων μέγιστος δὴ 30
ἐγένετο πάντων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, αὐτέων τε Ταραντίνων καὶ Ῥηγίνων· οἳ ἦσαν ἀπὸ Μικύθου τοῦ Χοίρου ἀναγκαζόμενοι τῶν ἀστῶν, καὶ ἀπικόμενοι ἐπίκουροι Ταραντίνοισι, ἀπέθανον τελεθταῖοι οὕτω. αὐτέων δὲ Ταραντίνων οὐκ ἔστι ἀριθμός. ὁ δὲ Μίκυθος, οἰκέτης ἐὼν Ἀναξίλεω, ἐπίτροπος Ῥηγίου κατελέλειπτο ἔτι. ὅστις ἐκπρήσας ἐκ Ῥηγίου, καὶ Τεγέην τὴν Ἀρκάδων οἰκήσας, ἀνέθηκε ἐν Ὀλυμπίῃ τοὺς πολλοὺς ἀνδριάντας. Ἀλλὰ τὰ μὲν Ῥηγίνους τε καὶ Ταραντίνους, τοῦ λόγου μοι 40
πρόσω ἐγένετο· ἐς δὲ τὴν Κρήτην ἐρημωθεῖσαν, ὡς λέγουσι Πραίσιοι, ἐσοικίζεσθαι ἄλλους τε ἀνθρώπους, καὶ μάλιστα Ἑλλήνων. τετάρτῃ δὲ γενεῇ μετὰ Μίνωα τελευτήσαντα, γενέσθαι τὰ Τρωϊκά· ἐν τοῖσι οὐ φλαυροτάτους φανέντας ἐόντας Κρῆτας ἀμύνεσθαι Μενέλεῳ. ἀπὸ τούτων δὲ σφι

post quam aditi sunt ab iis Græcis quibus hoc negocium datum erat, hoc sibi faciendum putarunt, vt certos homines publicitus Delphos mitterent, deum consulturos nunquid sibi satius foret Græciam defendere. Quibus Pythia respondit, O stulti, imputate vobis quascunque lacrymas ob defensionem Menelai vobis Minos gemebundus immisit. Quoniam illi quidem non sunt vlti cædem Minois in Camico factam: vos autem vlti estis illis mulierem è Sparta à viro barbaro raptam. Hęc Cretes allata vbi audiere, ab auxilio ferendo supersedere. Siquidem fertur, Mino- CLXX
em, quum Dædalum vestigans in Sicaniam (quæ nunc Sicilia dicitur) peruenisset, vi eius vitæ allata occubuisse: interiecto deinde tempore omnes Cretes, præter Polichnitanos & Præsios, diuinitus instructos, cũ magna classe in Sicaniã traiecisse, & quinquennio obsedisse Camicum, [1] quam (vt mea fert opinio) Acragantini incolunt: ad extremum quum neque illam expugnare possent, neque permanere, fame enectos ea relicta abiisse: & dum circa Iapygiam cursum tenerent, ingenti eos tempestate adorta in terrã fuisse eiectos: lacerati sque nauibus, quum nullus in Cretam receptus ostenderetur, illic subsidentes vrbem Hyriam condidisse: & mutato nomine pro Cretibus Iapyges Messapios esse effectos, & pro insulanis [2] cõtinenticos: & ab vrbe Hyria alias incoluisse. quas diu post Tarentini euertentes, magnam in ruinam deuenere, vt hæc maxima cædes omnium quas nouimus, extiterit, tum ipsorum Tarentinorum, tum Rheginorum, qui à Micytho Chœri filio ad tria millia ciuiũ adacti opem ferre Tarentinis, interiere. Ipsorum autem Tarentinorum qui cæsi sunt, numerus non est initus. Micythus autem, quum Anaxilai famulus esset, procurator Rhegii relictus, vbi ex ea vrbe excidit, Tegeam Arcadum incoluit, complures q; statuas in Olympia consecrauit. [3] Sed mihi Rheginorum CLXXI
& Tarentinorum excessus ab oratione factus. In Cretam igitur desolatam Præsii aiunt cum alios homines tum præcipue Græcos immigrasse: tertiaque à morte Minois ętate, res Troianas fuisse, in quibus non deterrimos extitisse Cretenses Menelai defensores: & ob id eos

1 Quam mea ætate Acragantini tenebant. 2 Continentis habitatores: 3 Sed ego ab oratione mea digrediens, hæc de Rheginis & Tarentinis verba interieci. Porro in Cretam, postquam desolata fuit, Præsii, &c.

Troia

Troia reuersos vna cum suis ouibus fame pestilentiaque correptos, iterumque desolatam Cretam cum reliquis, donec à tertiis Cretensibus habitaretur. Harum rerum memoriam refricando, Pythia illos ad ferenda Græcis auxilia
CLXXII animatos cohibuit. ¶ At Thessali necessitate subacti circa initia Medotum partes fouerunt, quum ostenderent non placere sibi quæ Aleuadæ excogitassent. nam quumprimum audiere Persam traiicere in Europam, nuncios ad Isthmum mittunt, vbi prouisores Græciæ delecti è ciuitatibus coacti erant ad rebus Græciæ prospiciendum. Ad quos postquam venere nuncii Thessalorum, ita verba fecere, Viri Græci, Olympicum ingressum custodiri expedit, vt Thessaliæ pariter atque omni Græciæ sit belli tutamen. Nos equidem ad custodiendum præparati sumus: sed vos quoque debetis multum illuc mittere copiarum: quas nisi mittatis, scitote nos pactionem inituros esse cum Persa. Neque enim decet nos adeo ante ceteram Græciam positos pro vobis solos occumbere. Quibus ferre opem si recusatis, nullam potestis iniungere necessitatem. [1] Nulla namque fortior necessitas est quam imbecillitatis. Itaque per nosmet aliqua ratione salutem nobis comparare conabimur. Hæc Thes-
CLXXIII sali. Ob quæ Græci illuc mittendum decreuere exercitum pedestrem, ad maris ingressum custodiendum. Exercitus, vbi coactus est, per EVripum nauigauit. Qui postquam ad [2] Algas Achaiæ peruenit, egressus, relictis illic nauibus, in Thessaliam contendit, & ad Tempe peruenit, ad ingressum qui ab inferiore Macedonia Thessaliam fert, iuxta amnem Peneum inter Olympum & Ossam montes. Ibi castra posuere Græci, ad decem millia armatorum coacti: quibus aderat Thessalorũ equitatus, ducibus, è Lacedæmoniis quidẽ, EVæneto Carini filio, delecto ex polemarchis, quanquam [3] non esset è regio genere: ex Athenien sibus autẽ, Themistocle Neoclis filio. Verum paucos illic dies immorati sunt. aduenerunt enim ab Alexandro Amyntę filio viro Macedone nuncii, suasũ eis vt illinc decederent, ne in illo ingressu perstãres, ab exercitu irrumpente proculcarentur: videlicet multi-

Ἀπὸ νόσου ἦλθον ἐκ Κρήτης, λιμόν τε καὶ λοιμὸν ἡμέαθαι καὶ αὐτοῖσι καὶ τοῖσι προβάτοισι. ἐς τε δὴ τὸ τέσσερον ἐρημωθείσης Κρήτης μετὰ τῶν ἐπολοίπων, τέτοισι αὖτις νῦν νέμεσθαι Κρῆτας. ἡ μὲν δὴ Πυθίη ἐπορμήσασα ταῦτα, ἔσχε βουλομένους ἀμφέρειν τοῖσι Ἕλλησι, Θεσσαλοὶ δὲ ἐπὶ τοῦ ἀναγκαίης τοιῆσδε ἐμήδισαν, ὡς διέδεξα, ὅτι οὐ σφι ἤρεσκε τὰ Ⓐ Ἀλευάδαι ἐμηχανέωντο. ἐπεί τε γὰρ ἐπύθοντο τάχιστα μέλλοντα διαβαίνειν Ⓦ Πέρσην ἐς τὴν Εὐρώπην, πέμποντες Ⓦ Ἰσθμὸν ἀγγέλους. οἱ δὲ τῷ Ἰσθμῷ ἔσαν ἀλισμένοι τοῖσβάλοι τῆς Ἑλλάδος, ἀραιρημένοι ἀπὸ τῶν πολίων τῶν τὰ ἀμείνω φρονεόντων περὶ τὴν Ἑλλάδα. ἀπικόμενοι δὲ ὅτι τάχιστα τοῦτοι τῶν Θεσσαλῶν Ⓐ ἄγγελοι, ἔλεγον, Ἄνδρες Ἕλληνες, δεῖ φυλάσσεσθαι τὸν ἐσβολὸν τὸν Ὀλυμπικόν, ἵνα Θεσσαλίη τε καὶ ἡ σύμπασα ἡ Ἑλλὰς ὁκόσῃ τὸ πολέμου. ἡμεῖς μὲν νυν ἑτοῖμοι εἰμὲν συμφυλάσσειν. πέμπειν δὲ χρὴ καὶ ὑμέας στρατιὴν πολλήν· ὡς εἰ μὴ πέμψετε, ἴσθι σαφὲς ἡμέας ὁμολογήσειν τῷ Πέρσῃ. οὐ γὰρ οἱ προκατημένους εἰκὸς τοὺς περὶ τὴν ἄλλην Ἑλλάδος μοῦνους περὶ ὑμέων δεῖ ἀπολέσθαι· βοηθέειν δὲ οὐ βουλόμενοι, ἀναγκαίῳ ἡμῖν οὐδεμιῇ οἷοί τε ἐσμὲν προσφέρειν. οὐδαμὰ γὰρ ἀδυνασίης ἀνάγκη κρέσσων ἔφυ. ἡμεῖς δὲ πειρησόμεθα αὐτίκα ὅκως σωτηρίῃ μηχανεώμενοι. ταῦτα ἔλεγον Ⓐ Θεσσαλοί. Οἱ δὲ Ἕλληνες πρὸς ταῦτα ἐβουλεύσαντο ἐς Θεσσαλίην πέμπειν κατὰ θάλασσαν πεζὸν στρατὸν φυλάξοντα τὴν ἐσβολήν. ὡς δὲ συνελέχθη ὁ στρατός, ἔπλεε δι' Εὐρίπου. ἀπικόμενος δὲ τῆς Ἀχαιΐης ἐς Ἄλον, ἀποβὰς ἐπορεύετο ἐς Θεσσαλίην, τὰς νέας αὐτοῦ καταλιπών. καὶ ἀπικόμενος ἐς τὰ Τέμπεα ἐς τὸν ἐσβολήν, ἔστι δὲ ἀπὸ Μακεδονίης τῆς κάτω ἐς Θεσσαλίην φέρει παρὰ Πηνειὸν ποταμόν, μεταξὺ δὲ Οὐλύμπου τε ὄρεος ἐόντα καὶ τῆς Ὄσσης. ἐνθαῦτα ἐστρατοπεδεύοντο τὸν Ἑλλήνων κατὰ μυρίους ὁπλίτας συλλεγέντες· καὶ σφι προσῆν ἡ τῶν Θεσσαλῶν ἵππος. ἐστρατήγεε δὲ Λακεδαιμονίων μὲν, Εὐαίνετος ὁ Καρήνου τῶν πολεμάρχων ἀραιρημένος, ἦν δὲ οὗτος μὲν ἐὼν οὐ τῶν βασιλητέων· Ἀθηναίων δὲ, Θεμιστοκλέης ὁ Νεοκλέος. ἔμεινάν δὲ ὀλίγας ἡμέρας ἐνθαῦτα. ἀπικόμενοι γὰρ ἄγγελοι τῶν Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἀμύντεω, ἀνδρὸς Μακεδόνος, συνεβούλευον σφι ἀπαλλάσσεσθαι, μηδὲ μένοντας ὑπὸ τῇ ἐσβολῇ, κατὰ πατήσεσθαι ὑπὸ τοῦ στρατοῦ βιαίους·

1 Nullo enim modo necessitas impotentiam superare potest. *Vt accipiamus* impotentiam *pro Non posse. Hic enim est sensus, Frustra nos necessitate adigere conabimini, & nos cogere. fieri enim nulla ratione potest vt quis ad id faciendum cogatur quod facere non potest.* 2 Allon Achaiæ. *Infra autem pro ijsdem verbis,* Ἀλὴν τῆς Ἀχαΐης, *habet* Litoralis Achaiæ. 3 *Sic & vet. cod. Gr. addũt negatiuam particulam.*

σημήνοντες ὁ πλῆθος τῆς στρατιῆς καὶ τὰς νέας. ὡς δὲ οὗτοί σφι τὰ ἐπιτήδεα συνεβούλευον, (ἔδοξε γὰρ ἐδόκεον συμβουλεύειν, καὶ σφι θῶμος ἐφαίνετο εἶναι ὁ Μακεδών) ἐπείθοντο. δοκέειν δέ μοι, ἀρρωδίη ἐπῆν ὁ πείθειν, ὡς ἐπύθοντο καὶ ἄλλῃ ἐσβολῇ ἐς Θεσσαλοὺς διὰ τῆς ἄνω Μακεδονίης διὰ Περραιβῶν ἐπὶ Γόννον πόλιν, τῇπερ δὴ καὶ ἐσέβαλε ἡ στρατιὴ ἡ Ξέρξεω. καταβάντες δὲ οἱ Ἕλληνες ἐπὶ τὰς νέας, ὀπίσω ἐπορεύοντο ἐς Ἰσθμόν. Αὕτη ἐλθόντος διαβαίνειν ἐς τὴν Εὐρώπην ἐκ τῆς Ἀσίης, καὶ ἐόντος ἤδη ἐν Ἀβύδῳ. Θεσσαλοὶ δὲ ἐρημωθέντες συμμάχων, οὕτω δὴ ἐμήδισαν προθύμως, οὐδέ τι ἐνδεῶς, ὥστε ἐν τοῖσι πρήγμασι ἐφαίνοντο βασιλέϊ ἄνδρες ἐόντες χρησιμώτατοι.

Οἱ δὲ Ἕλληνες ἐπείτε ἀπίκοντο ἐς Ἰσθμόν, ἐβουλεύοντο περὶ τῶν λεχθέντα ὑπὸ Ἀλεξάνδρου, ἢ τε στήσονται πόλεμον καὶ ἐν οἵοισι χωρίοισι. νικῶσα δὲ γνώμη ἐγένετο, τὴν ἐν Θερμοπύλῃσι ἐσβολὴν φυλάξαι. στεινοτέρη γὰρ ἐφαίνετο ἐοῦσα τῆς ἐν Θεσσαλίῃ, καὶ ἅμα ἀγχοτέρη τε τῆς ἐωυτῶν. τὴν δὲ ἀτραπὸν δι' ἣν ἥλωσαν οἱ ἀλόντες Ἑλλήνων ἐν Θερμοπύλῃσι, οὐδὲ ἠπίσταντο ἐοῦσαν πρότερον ἢ περ ἀπικόμενοι ἐς Θερμοπύλας ἐπύθοντο Τρηχινίων. ταύτην ὦν ἐβουλεύσαντο φυλάσσοντες τὴν ἐσβολήν, μὴ παριέναι ἐς τὴν Ἑλλάδα τὸν βάρβαρον, τὸν δὲ ναυτικὸν στρατὸν πλέειν ὑπὸ γῆς τῆς Ἱστιαιώτιδος ὑπὸ Ἀρτεμίσιον. ταῦτα γὰρ ἀγχοῦ τε ἀλλήλων ἐστί, ὥστε συνφάνεας τὰ κατ' ἕκαστα ἑκατέροις εἶναι. Οἵτε χῶροι οὕτως ἔχουσι· τοῦτο μὲν τὸ Ἀρτεμίσιον ἐκ τοῦ πελάγεος τοῦ Θρηϊκίου ὀξὺ βυθέος συνάγεται ἐς στεινὸν πόρον, τὸν μεταξὺ ἐόντα νήσου τε Σκιάθου καὶ ἠπείρου Μαγνησίης· ἐκ δὲ τοῦ στεινοῦ τῆς Εὐβοίης, ἤδη τὸ Ἀρτεμίσιον ἐκδέκεται αἰγιαλός· ἐν δὲ, Ἀρτεμισὸς ἱερόν. ἡ δὲ αὖ ἀπὸ Τρηχῖνος ἔσοδος ἐς τὴν Ἑλλάδα, ἔστι, τῇ στεινοτάτη, ἡμίπλεθρον· οὐ μέντοι κατὰ τοῦτό γ' ἐστὶ τὸ στεινότατον τῆς χώρης τῆς ἄλλης, ἀλλ' ἔμπροσθέν τε Θερμοπυλέων καὶ ὀπίσθεν. κατὰ δὲ Ἀλπηνοὺς ὀπίσθεν ἐόντας ἐστὶ ἁμαξιτὸς μούνη, καὶ ἔμπροσθεν τῆς Φοίνικα ποταμόν, ἀγχοῦ Ἀνθηλῆς πόλιος, ἁμαξιτὸς δὴ μούνη. τὸν δὲ Θερμοπυλέων τὸ μὲν πρὸς ἑσπέρης, ὄρος ἄβατόν τε καὶ ἀπόκρημνον, ὑψηλόν, ἀνατεῖνον ἐς τὸν Οἴτην. τὸ δὲ πρὸς τὸν ἠῶ τῆς ὁδοῦ, θάλασσα ἐπιδέκεται καὶ τενάγεα.

multitudinem terrestrem nauticamque indicando. Horum consilio Græci (nam & bene sibi consuli, & bono erga ipsos animo Macedo esse videbatur) obtemperauerunt. Quanquam mihi videntur meru quoq; id suasisse, quod audierant alium etiam esse in Thessaliam ingressum per Peræbos, in superiori Macedonia, iuxta vrbem Gonnon: quâ & transiuit exercitus Xerxis. Ita Græci ad naues regressi, rursus ad isthmum se receperunt. Hæc fuit in Thessaliam sumpta CLXXIV
expeditio, dum rex in Europam ex Asia transiturus erat, & Abydi iam agebat. A
ἠ. ἰσθμοῦ sociis autem deserti Thessali, iam nihil ambigentes, ita prompti ad Medos trãsiere vt in rebus gerendis sese regi præstiterint vtilissimos. ¶ Græci autem ad CLXXV
isthmum reuersi, ob ea quæ ab Alexandro dicta erant, consultabant & qua ratione bellum gerendũ statuerẽt, & quibus in locis. euicitq; hæc sententia, vt præsidio aditũ Thermopylarum custodirẽt, quippe qui videbatur & angustior
ἐ. ἐς quam ille Thessaliæ, & solus ipsorũ terræ propinquior. Nam semitã qua Græci intercepti postea fuere apud Thermopylas, haud nouerant prius[1] quam ducibus Trachiniis ad Thermopylas hostis peruenit. Hunc igitur aditũ vt tuerentur decreuere, ne barbarus transiret in Græciam, vtque classis proueheretur in Histiæotidẽ oram super Artemisium. Hæc enim loca inter se vicina sunt, vt audiri vtrinque possint quæ apud alteros gerantur. Quæ loca ita se habent: Artemi- CLXXVI
σιον κατ' ἕτερα ἐόντα. sium quidem à pelago Thracio, ex laxitate in arctum cogitur traiectum, qui est inter insulã Sciathum & continentem Magnesiæ: ab angustiis autem EVbœæ iam Artemisium excipit litus, in quo est Artemidis, *id est*, *Dianæ*, templũ. Ingressus vero in Græciam per Trachinem, vbi arctissimus, dimidii iugeri est. quanquam ad dexteram regionem non est hic locus arctissimus, sed ante postque Thermopylas: iuxtaque Alpenos à tergo sitos, tantummodo ad agendum vehiculum via patet: anterius etiam iuxta flumen Phœnicem, prope vrbem Anthelam solùm agendo vehiculo via sufficit. Thermopylarum autem quod ad hesperum vergit, mons est inaccessus & prærupti præcipitii, protentus vsque ad OEtam. quod autem viæ vergit ad auroram, id à mari excipitur ac vadosis.

1 Quam peruenientes Thermopylas de ea ex Trachiniis audiuerunt.

In hoc

In hoc autẽ ingressu sunt θερμὰ λουτρὰ, *id est, calida lauacra*, quæ χύτρους, *id est, ollas*, indigenæ vocant: & desuper ara Herculi extructa. Ad hos ingressus, murus ædificatus erat, super quem olim πύλαι, *id est, portæ*, erant. Eum autem ædificauerant Phocenses metu Thessalorum, ex quo illi ex Thesprotis terram Æolidem iere habitatum, quam nunc possident. & quia Thessali conabantur eos subigere, hoc præsidio impositio se tutabantur: aquamque illam calidam ingressui induxere, vt esset lacunosus locus: omnia excogitantes ne in suam terram Thessali incursarent. Hic tamen murus quondam extructus, maiori ex parte iam vetustate erat collapsus: quo rursus excitato, visum est illis faciẽdum vt illac barbarum arcerent à Græcia. Est autem proxime viam vicus nomine Alpeni, vnde frumentari Græci
XXVII statuerant. Et hæc quidem loca visa sunt Græcis opportuna. cuncta enim rimati atque ratiocinati, vbi barbari neq; multitudine neq; equitatu vti possent,
2 ibi illos Græciam inuadentes excipere statuerunt. Postea vero quã Persam in Pieria esse audiere, ex Isthmo digressi sunt: peditatus ad Thermopylas insidẽ-
XXVIII das, ceteri mari, ad Artemisium. Dum autem Græci (vt cuiq; præceptum erat) propere ad succurrendũ tendunt, interea Delphi deum consuluere, de seipsis pariter & de Græcia soliciti. His responsum est vt ventos precarentur: illos enim maximos fore Græciæ auxiliatores. Delphi quod accepere oraculum, cum
3 iis primum Græcis communicauere quibus libertas cordi erat: quo nuncio illos, quod barbarum magnopere timerent, immortali beneficio demeruere. Deinde statuta ventis ara in Thya, vbi fanum Thyæ Cephisi filiæ (à qua & locus hic habet nomen) hostias illi immolauere: propter quod oraculum etiam nunc Delphi ventos propitiant.
XXIX ¶ Nauticus autem Xerxis exercitus ex vrbe Therma mouens, decem ex omnibus nauibus velocissimas recta misit in Sciathum, vbi erãt tres præsidiariæ naues Græcorum, Trœzenia, Æginetica, Attica: quæ præuisis barbarorum
XXX nauibus, in fugam se proripuerunt. Sed ex iis Trœzeniam, cui præerat Praxinus, insequuti barbari, continuo excipiunt. Deinde [1] strenuissimum quenque propugnatorum eius ad proram adductum,

ἔστι δ' ἐν τῇ ἐσόδῳ ταύτῃ θερμὰ λουτρὰ, τὰ χύτρας καλέουσι Φ οἱ ἐπιχώριοι· καὶ βωμὸς ἵδρυται Ἡρακλέος ἐπ' αὐτοῖσι. ἐδεδμήκεε δὲ τεῖχος καὶ ταύτας τὰς ἐσβολάς· καὶ τό γε παλαιὸν πύλαι ἐπῆσαν. ἔδεε δὲ Φωκέες τὸ τεῖχος, δείσαντες, ἐπεὶ Θεσσαλοὶ ἦλθον ἐκ Θεσπρωτίδος οἰκήσοντες γῆν τὴν Αἰολίδα, τὴν τῶν νῦν ἐκτέαται. ἅτε δὴ πειρωμένων τῶν Θεσσαλῶν καταστρέφεσθαι σφέας, τὸν τοῦτο φυλάξαντα Φ Φωκέες· καὶ τὸ ὕδωρ τὸ θερμὸν τότε ἐπῆκαν ὑπὸ τὴν ἔσοδον, ὡς αὐλαχεδρωθείη ὁ χῶρος· πᾶν μηχανεώμενοι ὅκως μὴ σφι ἐσβάλοιεν Φ Θεσσαλοὶ ὑπὸ τὴν χώρην. τὸ μὲν νυν τεῖχος τὸ ἀρχαῖον ἐκ παλαιοῦ τε ἐδέδμητο, καὶ τὸ πλέον αὐτοῦ ἤδη ἦν κατὰ χεῦνον ἔτι τότε. τοῖσι δὲ αὖτις ὀρθώσασι, ἔδοξε ταύτῃ ἀπαμύνειν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος Ⓦ βάρβαρον. κώμη δέ ἐστι ἀγχοτάτω τῆς ὁδοῦ, Ἀλπηνοὶ οὔνομα· ἐκ ταύτης δὴ ὑπισιτίεσθαι ἐλογίζοντο Φ Ἕλληνες. Οἱ μὲν νυν χῶροι οὗτοι τοῖσι Ἕλλησι εἰ) ἐφαίνοντο ὑποτήδεοι. ἄπαντα γὰρ κατοπτεύσαντες καὶ διαλογισάμενοι, ὅτι οὔτε πλήθεϊ ἔρξουσι χρᾶσθαι Φ βάρβαροι, ὅτε ἵππῳ, ταύτῃ σφι ἔδοξε δέκεσθαι Ⓦ ὑποίοντα ὑπὸ τὴν Ἑλλάδα. ὡς δ' ἐπύθοντο Ⓦ Πέρσην ἐόντα ἐν Πιερίῃ, διαλυθέντες ἐκ τοῦ Ἀξιοῦ, ἐστρατεύοντο αὐτέων Φ μὲν, ἐς Θερμοπύλας πεζῇ, ἄλλοι δ', κατὰ θάλασσαν ἐπ' Ἀρτεμίσιον. Οἱ μὲν δὴ Ἕλληνες κατὰ τάχος ἐβοήθεον διαπαυθέντες· Δελφοὶ δὲ ἐν 281
ὑστάτῳ χρόνῳ ἐχρηστηριάζοντο περὶ σφέων, ὕσαφ' ἐωυτῶν καὶ τῆς Ἑλλάδος καταῤῥωδηκότες. καί σφι ἐχρήσθη ἀνέμοισι εὔχεσθαι. μεγάλους γὰρ τούτους ἔσεσθαι τῇ Ἑλλάδι συμμάχους. Δελφοὶ δὲ δεξάμενοι τὸ μαντήϊον, πρῶτα μὲν Ἑλλήνων τοῖσι βουλομένοισι εἰ) ἐλευθερωσι, δεξηγείλαντο τὰ χρησθέντα αὐτοῖσι. καί σφι ἡδονὴ καὶ ἀρρωδέουσι τὸ βάρβαρον ἐξαγγείλαντες, χαρεὶν ἀθάνατον κατέθεντο. μετὰ δὲ ταῦτα Φ Δελφοὶ τοῖσι ἀνέμοισι βωμόν τε ἀπεδέξαντο ἐν Θυίης, (τῆς ὑπερ τοῦ Κηφισοῦ γυνὴ ἔσχε Θυίης τὸ τέμενος ἐστί, ἀπ' ἧς καὶ ὁ χῶρος ἔσχε τὸ ἐπωνυμίην ἔχει) καὶ θυσίησι σφέας μετήισαν. Δελφοὶ μὲν δὴ κατὰ τὸ χρηστήριον ἔτι καὶ νῦν τοὺς ἀνέμους ἱλάσκονται. Ὁ δὲ ναυτικὸς Ξέρξεω στρατὸς ὁρμεώμενος ἐκ Θέρμης πόλιος, προέβαλε νηυσὶ τῇσι ἀρίστῃσι πλεούσῃσι δέκα, ἐπὶ Σκιάθου· ἔνθα ἐφύλασσον νέες τρεῖς Ἑλληϊδες, Τροιζηνίη τε καὶ Αἰγινήη καὶ Ἀττική. προϊδόντες δὲ ὅσαι τὰς νέας τὰς βαρβάρων, ἐς φυγὴν ὥρμησαν. Τὴν μὲν δὴ Τροιζηνίην, τῆς ἦρχε Πραξῖνος, αὐτίκα αἱρέουσι ἐπισπόμενοι οἱ βάρβαροι. καὶ ἔπρηξαν τῶν ἐπιβατέων αὐτῆς τὰ κρηγιζεύοντα ἀγαγόντες, ὅπισθε τῆς πρῴρης τοῦ νηὸς

1 *Videtur totum hunc locum aliter legisse, aut non intellexisse.*

ἔσφαξαν, ἅμα δέξιον ποιεύμενοι τῶν Ἑλλήνων τοῦτον καὶ κάλλιστον. τῷ δὲ σφαγιασθέντι τοὔνομα ἦν Λέων. τάχα δ' ἂν τι καὶ τοῦ οὐνόματος ἐπαύρεσθαι. Ἡ δὲ Αἰγινήτη, τῆς ἐστρατήγεε Ἀσωνίδης, καὶ λυσί σφι θόρυβον πολλὸν ἔσχε, Γύγεω τοῦ Ἰσχενόου ἐπιβατεύοντος, ἀνδρὸς ἀρίστου γενομένου ταύτῃσι τῇσι ἡμέρῃσι· ὃς, ἐπειδὴ ἡ ναῦς ἁλίσκετο, ἐς τοῦτο ἀντεῖχε μαχόμενος, ἐς ὃ κατεχρεουργήθη ἅπασι. ὡς δὲ πεσόντα οὐκ ἀπέθανε, ἀλλ' ἔτι ἔμπνοον, οἱ Πέρσαι οἵπερ ἐπεβάτευον ἐπὶ τῶν νεῶν, δι' ἀρετὴν τὴν ἐκείνου, ἐμηχανήσαντο μὲν πλείστου ἐποιήσαντο, σμύρνῃσί τε ἰώμενοι τὰ ἕλκεα, καὶ σινδόνος βυσσίνης τελαμῶσι καλελίσσοντες. καὶ μιν, ὡς ὀπίσω ἀπίκοντο ἐς τὸ ἑωυτῶν στρατόπεδον, ἐπεδείκνυσαν οὐκ παγλεόμενοι πάσῃ τῇ στρατιῇ, θωμάζοντες ὅτι σὺν ἡμῖν ἐν τῇσι νηυσὶ ταύτῃσι, θωμάζοντες ὡς ἀνδραποδα. Αἱ μὲν δὴ δύο τῶν νεῶν οὕτω ἐχειρώθησαν. ἡ δὲ τρίτη, τῆς ἐστρατήγεε Φίρμος, αὐτὴ Ἀθηναίος, φεύγουσα, ἔσκεδασθη ἐς τὰς ἐμβολὰς τοῦ Πηνειοῦ· καὶ τὸ μὲν σκάφος ἐκράτησαν οἱ βάρβαροι, τῶν δὲ ἀνδρῶν, οὔ. ὡς γὰρ δὴ τάχιστα ἐπώκειλαν τὴν νέα οἱ Ἀθηναῖοι, ἀποθορόντες, κατὰ Θεσσαλίην πορευόμενοι ἐκομίσθησαν ἐς τὰς Ἀθήνας. Ταῦτα οἱ Ἕλληνες οἱ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ στρατοπεδεύόμενοι θωυμάζοντα τῶνδε πυρσῶν ἐκ Σκιάθου. πυθόμενοι δὲ καὶ καταῤῥωδήσαντες, ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου μετωρμίζοντο ἐς Χαλκίδα, φυλάξοντες μὲν τὸν Εὔριπον, λείποντες δὲ ἡμερησίους τοὺς ἐπὶ τῆς Εὐβοίης. τῶν δὲ δέκα νεῶν τῶν βαρβάρων πρῶτοι ἐπέλασαν τοῦ ὅρμα τὸ μεταξὺ ἐόν Σκιάθου τε καὶ Μαγνησίης, καλεόμενον δὲ Μύρμηκα. ἰδόντα δὲ βάρβαροι, ὅσῳ στάλιν λίθου ἐπέδηκεν, νομίσαντες ὅτι τὸ ὅρμα, ὁρμηθέντες αὖθι ἐκ Θέρμης, ὡς σφι τὸ ἐμπορδὼν ἐγεγόνεε καθαρόν, ἐπέπλεον πάσῃσι τῇσι νηυσὶ ἕνδεκα ἡμέρας, πρέντες μετὰ τὸν βασιλέος ὄξελασιν ἐκ Θέρμης. τὸ δὲ ὅρμα σφι κατηγήσατο ἐὸν ἐν πόρῳ μάλιστα Πάμμυρον Σκύριος. πανημερὶ δὲ πλώοντες οἱ βάρβαροι, ἔξανυόντες τῆς Μαγνησίης χώρης ὅτι Σηπιάδα τε καὶ τὸν ἀγκῶνα τὸν μεταξὺ Καναθραίης πόλιος ἐόντα καὶ Σηπιάδος ἀκτῆς. Μέχρι μὲν νυν τούτου τοῦ χώρου καὶ Θερμοπυλέων, ἀπαθὴς τε κακῶν ἦν ὁ στρατὸς καὶ πλῆθος ἦν τοιοῦτο ἔτι (ὡς

deinceps mactant. Eorum qui capti mactatique sunt, & primo & strenuissimo nomen erat Leoni: quo nomine nonnihil fortasse gloriabatur. Æginetica vero, cuius trierarchus erat Asonides, nonnihil tumultus hostibus præstitit, [1] quod eius epibata erat Pythius Ischenoi filius, vir eo die præstantissimus: qui capta naui tamen eousque pugnando restitit donec totus [2] dilaniatus est: quem collapsum non mortuum, sed spirantem, Persæ qui nauem ceperant, admiratione virtutis, magnum operæpretium putauerunt vt seruarent, vulnera smyrna medentes, sindoneq; byssina & fasciis obligantes. ac rursus in castra sua reuersi, hominem vniuerso exercitui ostentabant admirabundi, [3] ac probe obseruantes: quum alios quos in eadem iam naui ceperant, tanquam mancipia adseruarent. Duabus nauibus intetceptis, tertia, cui præerat Phirmus vir Athenienſis, dum fugit ad ostia Penei, impacta est: qua sine viris barbari potiti sunt. nam Athenienses, simulatque nauem impegerunt, ab ea desilientes, iter Thessaliam intenderunt, seq; Athenas receperunt. Huius rei per [4] ignes è Sciatho editos facti certiores Græci qui ad Artemisium castra habebant, & ob id perterriti, illinc Chalcidem concesserunt ad EVripum tutandũ, relictis per edita EVbœæ loca diurnis speculatoribus. Ex illis autem decem barbarorum nauibus, tres ad herma quod est inter Sciathum & Magnesiam, nomine Myrmecem, profectæ sunt. quem locum vbi tenuere barbari, lapideum illic titulum imposuere. Qui ex Therma soluerunt, [5] vbi litus oculos effugit, cum omni classe nauigabant vndecim diebus ex quo rex à Therma discesserat, inter se dissipati: sed eos herma deducebat, quod erat in traiectu fere Scyrius Pammon. Hinc totum diem nauigantes barbari, oram Magnesiam tenuerunr sũper Sepiadem, & litus quod est inter vrbem Casthanæam & oram Sepiadem. [6] Ad hunc vsque locum atque Thermopylas exors malorum Xerxis exercitus fuit: & adhuc classis (quemadmodum

1 Quod ea vehereturPyth. 2 Velut in laniena concisus est. *Bud.* 3 Ac bene enm tractabant: quum ceteros quos in eadem naui ceperant tanquam mancipia tractarent. 4 *Legit* εὑρεῶν *vt & vet. cod. habent. non* πρεῶν. 5 *Locus hic in vulg. edit. Gr. est suspectus: ac certe hunc aliam lectionem & hic & paulo post sequutum esse manifestum est.* 6 Ad Sepiadem vsque & Thermopylas exors malorum Xerxis exercitus fuit: multitudo autem adhuc erat (vt ——

ego

ego supputando inuenio) mille ducentarum septem ex Asia nauium. In quibus à principio è singulis nationibus erant millia ducenta & quadraginta vnum ac quadringenti, ducenos supputando viros in singulis: & præter indigenas propugnatores, addendo Persarum Medorumque ac Sacarum tricenos epibatas. Reliquis autem hic exercitus constabat ex triginta sex millibus, ducentisque ac decem. Adiiciam autem huic & superiori numero[1] eos qui sunt ex biremibus: in quarum singulis plures fecerim octoginta potius quam pauciores viros. Quarum nauium summa, vt superius dictum est, trium millium fuit. ita in eis fuerunt virorum viginti quatuor myriades, *id est, ducenta & quadraginta millia*. Hæc igitur erat classis ex Asia, vnius & quinquaginta myriadum virorum in vniuersum, & præterea septem millium sexcentorum decem. Peditatus fuit decies septies centena millia: equitatus, octoginta millia: quibus addo Arabes qui camelos, & Libyes qui currus agitabant, quæ facio viginti millia. Quæ copiæ classiariç & terrestres in summam redactæ fiunt ter & vicies centena & præterea decem & septem millia, sexcenti & decem. Has copias ex ipsa Asia fuisse contractas dictum est, præter seruitia quæ sequebantur, & eos qui in frumentariis vehebantur. Huic omni enu-
xxxv merato exercitui adiiciendus est ille ductus ex Europa, de quo ex opinione dicere oportet. Ii Græci qui sunt è Thracia, & ex insulis Thraciæ obiacentibus, præbuerunt naues centum viginti, quarum viri fiunt triginta quatuor millia. Terrestres copias præbuerunt Thraces, & Pæones, & Eordi, & Bottiæi, & genus Chalcidicum, & Brygi, & Pieres, & Macedones, & Perræbi, & Enienses, & Dolopes, & Magnetes, & Achæi, & qui maritima Thraciæ habitabant. Harum nationum reor triginta myriades, *id est, trecenta millia*, fuisse: quæ myriades illis Asiaticis adiectæ, fiunt in summa virorum pugnantium ducentæ sexaginta quatuor, & præterea mille sexcenti ac
xxxvi decem. Hoc autem tanto pugnatorum

ἐγὼ συμβαλέομαι δυνήσομαι) τόσον· τῶν μὲν ἐκ τῶν νεῶν τῶν ἐκ τῆς Ἀσίης ἐοσέων, ἑπτὰ καὶ διηκοσίων, καὶ χιλιέων· τῶν μὲν ἐπιχωρίων ἑκάστων τῶν ἐπιβατέων ἐόντα ὅμιλον, τεσσερας καὶ εἴκοσι μυριάδας, καὶ τρεῖς, χιλιάδας τε καὶ τετρακοσίους· ὡς ἀνὰ διηκοσίους ἄνδρας λογιζομένοισι ἐν ἑκάστῃ νηΐ. ἐπεβάτευον δ' ὅμως τούτεων τῶν νεῶν, χωρὶς ἑκάστων τῶν ἐπιχωρίων ἐπιβατέων, Περσέων τε καὶ Μήδων καὶ Σακέων, τριήκοντα ἄνδρες. ἔστι δὲ ὁ ὅμιλος οὗτος γινόμενος τρισμύριοι, καὶ ἑξακισχίλιοι, καὶ τρεῖς, καὶ διηκόσιοί τε καὶ δέκα. τρεφθήσω δὲ ἐγὼ τούτῳ καὶ τῷ πρότερον ἀριθμῷ τοὺς ἐκ τῶν πεντηκοντέρων, ποιήσας ὅτι πλέον ἢ ἔλασσον ἀνὰ ὀγδώκοντα ἄνδρας ἐνεῖναι. σωμελέχθη δὲ ταῦτα τὰ πλοῖα (ὡς καὶ πρότερόν μοι ἐρρήθη) τριηχίλια. ἦσαν δὴ ὧν ἄνδρες ἐν αὐτοῖσι τέσσερες μυριάδες, καὶ εἴκοσι. τῶν μὲν νυν ὁ ἐκ τῆς Ἀσίης ναυτικὸν ἦν συμπρομηθέον, πεντήκοντα μυριάδες, καὶ μία. χιλιάδες τε ἔπεισι ὅτι ταύτῃσι ἑπτά, καὶ τρεῖς, ἑκατοντάδες ἕξ, καὶ δεκάς. τῶν δὲ πεζοῦ, ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν μυριάδες ἐγίνοντο· τῶν δ' ἱππέων, ὀκτὼ μυριάδες. τρεφθήσω δ' ἐπὶ τούτοισι τοὺς καμήλους τοὺς ἐλαύνοντας Ἀραβίοις, καὶ τοὺς ἁρματα Λίβυας, πλῆθος ποιήσας δισμυρίους ἄνδρας. καὶ δὴ τότε, τε ἐκ τῶν νεῶν καὶ τοῦ πεζοῦ πλήθεος σωτιθέμενον, γίνεται διηκόσιαί τε μυριάδες, καὶ τριήκοντα, καὶ μία, καὶ τρεῖς, χιλιάδες ἑπτά, καὶ ἑκατοντάδες ἕξ καὶ δεκάδες δύο. τῶν μὲν δὴ ἐς αὐτὸ τὸ Ἀσίης στρατεύμα ἐξαναριθμέεν ἔστω, αὐθυτε τὸ θεραπήιον τὸ ἐπομένον, καὶ τῶν σιταγωγῶν πλοίων, καὶ ὅσοι ἐνέπλεον τούτοισι. Τὸ δὲ ἐκ τῆς Εὐρώπης ἀγήμενον στράτευμα, ἐπὶ τοσοῦτο λογιστέα τούτῳ πρωτὶ τῷ ἐξηριθμημένῳ. δόκησιν δὲ χρεὸν λέγειν. νέας μὲν νυν οἱ ἀπὸ Θρηίκης Ἕλληνες, καὶ ἐκ τῶν νήσων τῶν ὑπικειμένων τῇ Θρηίκῃ, παρέσχοντο εἴκοσι καὶ ἑκατόν. ἐκ μὲν νυν τούτεων τῶν νεῶν, ἄνδρες τετρακισχίλιοι, καὶ δισμύριοι γίνονται. πεζοῦ δὲ, οἱ Θρήικες παρέσχοντο, καὶ Παίονες, καὶ Ἐορδοὶ, καὶ Βοττιαῖοι, καὶ ὁ Χαλκιδικὸς λαὸς, καὶ Βρύγοι, καὶ Πίερες, καὶ Μακεδόνες, καὶ Περραιβοὶ, καὶ Ἐνιῆες, καὶ Δόλοπες, καὶ Μάγνητες, καὶ Ἀχαιοὶ, καὶ ὅσοι τῆς Θρηίκης τὴν παραλίην νέμονται· τούτεων τῶν ἐθνέων, τριήκοντα μυριάδας δοκέω γενέσθαι. οὗτοι μὲν οἱ μυριάδες ἐκείνῃσι παρεστέλλοντο τῇσι ἐκ τῆς Ἀσίης, γίνονται ἀνδρῶν αἱ πᾶσαι μάχιμοι μυριάδες, διηκόσιαι, καὶ ἑξήκοντα, καὶ τέσσερες. ἔπεισι δὲ ταύτῃσι ἑκατοντάδες ἑπτὰ καὶ δέκα, καὶ δεκάς. Τοῦ μαχίμου δὲ τούτου ἐόντος

1 quippe qui (vt in exercitu asseueratum fuerat) neminem sibi sperabant occursurum. Ibi Hydarnes formidās ne Phocenses Lacedæmonii forent, Epialten percontatus est 2 quisnam ille esset exercitus. Mox certior rei factus, Persas tanquam in aciem instruxit. quorū missilibus multis crebrisque Phocenses quū feritentur, fugam fecerunt in verticem montis, gnari aduersum se initio illos veniſse: & se præparabant tanquam perditi. Ita isti sentiebant. Verum his spretis ij qui circa Epialten & Hydarnem erant Persæ rapidi de monte descendunt. At iis Græcis qui apud CCXIX Thermopylas erant, primum vates Megistias extis inspectis indicauit mortem illis pariter & sibi impendere. deinde transfugæ notum fecere, Persas montem circuire: sed hi adhuc per noctis tempus: tertio loco significauere speculatores diurni, qui à verticibus montis decurrerant iam die illucescente. Hîc inter se consultantes Græci, sententiis discrepabant. alii enim stationem non deserendam suadebāt, alii id dissuadentes contendebant. Ita dissidentium partim abscedunt, dilapsique in suam quisque vrbem se recipiunt: partim, qui cum Leonide erant, ad illic perstandum se accingūt. Fertur autem ipse Leonides eos CCXX qui abscessere dimisisse, de illorum vita solicitus: se vero & Spartiatas, qui adessent, non facturos è sua dignitate si stationem desereret, ad quam tutandam ab initio veniſsent. Ceterum ego magis illi opinioni accedo, Leonidem, posteaquam animaduertit socios ignauos & inuitos esse ad periculum subeundū, veniam eis abeundi dedisse, sibi vero decedere inhonestum putasse: permanenti autem illic, ingentem gloriam futuram, & Spartæ nunquam defuturam felicitatem speraſse. Siquidem iam inde ab initio moti belli Spartiatis à Pythia redditum erat oraculum, fore vt aut Sparta euerteretur à barbaris, aut rex eius occumberet. Quod oracuium hexametris illa versibus reddidit, in hæc verba,

Vobis, ampliuagæ colitis qui mœnia Spartæ,
Aut vrbs clara dabit Persa victore ruinam:
Aut (si non erit hoc) oriundus ab Hercule quidam
Flebitur extinctus rex in Lacedæmonis ora.

1 Quum enim nullum aduersarium sibi occursurum speraſsent, in exercitum inciderunt. 2 Cuius

Nam neque taurorum neque vim feret ille leonum,
Sed Iouis, & cuius reor haud tolerabile robur,
Alterutrum donec passim discerpserit horum.

Hæc reputantem Leonidem, [1] cupidumque gloriæ comparandæ, crediderim solum ex Spartiatis remisisse socios potius, quam illos qui abierunt, in sententiis dissidentes, tam deformiter abCCXXI isse. Cui rei non minimo id mihi testimonio est, quod vates Megistias, huius expeditionis comes, (qui ferebatur Acarnas esse, & à Melampode oriundus) præloquutus ex extis ea quæ erant euentura, quum propalam à Leonide dimitteretur, ne secum periret, tamen abscedere noluerit, filium modo, qui ei vnicus erat, vna militantem missum feCCXXII cerit. Ita socii quos Leonides remittebat, ei obtemperantes abiere. Thespienses tantum atque Thebani perstitere cum Lacedæmoniis: Thebani quidem, inuiti ac nolentes, quippe quos Leonides loco obsidum distinebat: Thespienses vero libentissimi, qui negauerunt se Leonide & iis qui cum eo erant desertis abscessuros: permanentesque vna cum illo occubuerunt. quorum dux erat Demophilus Diadromei CCXXIII filius. Xerxes, sub exortum solis libaminibus factis, tantisper moratus dum tempus esset quo forum solet maxime frequens esse hominibus, è castris mouit. etenim ita ab Epialte erat mandatum. nam descensus à monte, compendiarius magis ac breuioris multo spatii quam circuitus montis atque ascensus. [2] Barbari qui circa Xerxem erant, ad Leonidem & ad Græcos qui cum eo erant accessere: & isti tanquam ad necem iam multo magis quam à principio fecerant, progressi sunt ad fauces introitus laxiores. nam munitiones muri eos tutabantur. Et quum superioribus diebus in loca arctiora prodeuntes dimicassent, tunc extra angustias facto concursu permulti barbarorum cadebant. Nam duces à tergo sui quisque agminis, verberibus quæ gestabant vnumquenque cædebant, assidue ad procedendum adhortantes. vnde multi eorum in mare decidentes absumebantur, multo plures inuicem viui proculcabantur, quum nulla pereuntis ratio haberetur.

Οὐ γὰρ τῶν ταύρων φήσει μῦθος οὐδὲ λεόντων
Ἀντιβίων. Ζηνὸς γὰρ ἔχει μένος οὐδὲ ἑφηνὶ
Σχήσεσθαι, πρὶν τῶν γ' ἕτερον λάχῃ ἆσπετα δάσσηται.

Ταῦτά τε δὴ ὀπιλεγόμενον Λεωνίδεω, καὶ βουλόμενον κλέος καταθέσθαι μούνων Σπαρτιητέων, ἀποπέμψαι τοὺς συμμάχους μᾶλλον, ἢ γνώμῃ διενεχθέντας οὕτω ἀκόσμως οἴχεσθαι τοὺς οἰχομένους. Μαρτύριον δέ μοι καὶ τόδε οὐκ ἐλάχιστον τούτου πέρι γέγονε. οὐ γὰρ μούνων τῶν ἀλλέων, ἀλλὰ καὶ τῶν μάντιν ὃς εἵπετο τῇ στρατιῇ ταύτῃ, Μεγιστίεω Ἀκαρνῆνα, μεμνημένον τε τὰ ἀνέκαθεν ἀπὸ Μελάμποδος, τοῦτον ἄπονα οὐκ ἔων τὰ μέλλοντά σφι συμβαίνειν εἰπόντα, φυγεῖν ὅσῳ Λεωνίδης ἀποπέμπων, ἵνα μὴ σὺν ἀπόληται σφι. ὁ δὲ, ἀποπεμπόμενος, αὐτὸς μοῦνος οὐκ ἀπέλιπε, δι' ἀπιλίην, παῖδα συστρατευόμενον, ἐόντα ἀμοιροπόλιν, ἀπέπεμψε. Οἱ μοῦνοι σύμμαχοι ἀποπεμπόμενοι, οἴχοντό τε ἀπιόντες, καὶ ἐποίεον Λεωνίδῃ. Θεσπιέες δὲ καὶ Θηβαῖοι κατέμειναν μοῦνοι παρὰ Λακεδαιμονίοισι. τούτεων δὲ, Θηβαῖοι μὲν, ἀέκοντες ἔμενον, καὶ οὐ βουλόμενοι· κατεῖχε γὰρ σφέας Λεωνίδης, ὄμηρα λόγῳ ποιεύμενος· Θεσπιέες δὲ, ἑκόντες μάλιστα· οἳ οὐκ ἔφασαν, ἀπολιπόντες Λεωνίδεω καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ, ἀπαλλάξεσθαι, ἀλλὰ καταμείναντες συναπέθανον. ἐστρατήγεε δ' αὐτέων Δημόφιλος Διαδρόμεω. Ξέρξης δὲ, ἐπεὶ ἡλίου ἀνατείλαντος σπονδὰς ἐποιήσατο, ὀπιχώρεον χρόνον, ἐς ἀγορῆς κου μάλιστα πληθούσης τὴν ἔσοδον ἐποιέετο. καὶ γὰρ ἐπέσταλτο ἐξ Ἐπιάλτεω οὕτω. ἀπὸ γὰρ τοῦ οὔρεος ἡ κατάβασις συντομωτέρη ἐστὶ, καὶ βραχύτερος ὁ χῶρος πολλὸν ἢ τὴν περίοδός τε καὶ ἀνάβασις. οἵ τε δὴ βάρβαροι ἀμφὶ Ξέρξεα ἐσπίπτεον, καὶ ἀμφὶ Λεωνίδεω Ἕλληνες, ὡς τὸ ὀπίσω θανάτῳ ἔξοδον ποιεύμενοι ἤδη πολλῷ μᾶλλον ἢ κατ' ἀρχὰς ἐπεξήισαν ἐς τὸ εὐρύτατον τοῦ αὐχένος. τὸ μὲν γὰρ ἔρυμα τοῦ τείχεος ἐφύλασσον. διὰ δὲ, ἀνὰ τὰς πρόσθιας ἡμέρας ὑπεξιόντες, ἐς τὰ στεινότερα ἐμάχοντο· τότε δὴ συμμίσγοντες ἔξω τῶν στεινῶν, ἔπιπτον πλήθεϊ πολλοὶ τῶν βαρβάρων. ὀπίσθε δὲ οἱ ἡγεμόνες τῶν τελέων ἔχοντες μάστιγας, ἐρράπιζον πάντα ἄνδρα, αἰεὶ ἐς τὸ πρόσω ἐποτρύνοντες. πολλοὶ μὲν δὴ ἐσέπιπτον αὐτέων ἐς τὴν θάλασσαν, καὶ διεφθείροντο· πολλῷ δὲ ἔτι πλείονες κατεπατέοντο ζωοὶ ὑπ' ἀλλήλων. ἰὼν δέ τις οὐδεὶς τὸν ὀλλυμένων.

1 Ac facere volentem vt id decus Spartiatarum duntaxat esset, remisisse soc. 2 Barbari igitur qui cum Xerxe erant, accesserunt & Græci itidem qui cum Leonide, tanquam multo magis quam initio ad mortem pergentes, ad laxiorem faucium partem progressi sunt.

ἅτε γὰρ ὑπισάμενοι μέλλοντά σφι ἔσεσθαι θάνατον ἐκ τοῦ περιόντων ὁ οὖρος, ἀπεδείκνυσαν ῥώμης ὅσον ἔχον μέγεθος ἐς τοὺς βαρβάρους, τοῖσι προσχρεώμενοί τε καὶ ἀτέοντες. Δόρατα μὲν νυν τοῖσι πλέοσι αὐτέων πεπρωκαῦτα ἐτύγχανε κατεηγότα ἤδη, ἐν τοῖσι ξίφεσι διεργάζοντο τοὺς Πέρσας. Λεωνίδης τε ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ πίπτει, ἀνὴρ γενόμενος ἄριστος, καὶ ἕτεροι μετ' αὐτοῦ ὀνομαστοὶ Σπαρτιητέων, τοὺς ἐγὼ ὡς ἄνδρας ἀξίους γενομένους ἐπυθόμην τὰ οὐνόματα. ἐπυθόμην δὲ καὶ ἀπάντων τῶν τριηκοσίων. ἦσαν δὲ καὶ Περσέων πίπτοισι ἐνθαῦτα ἄλλοι τε πολλοὶ καὶ οὐνόματοι, ἐν οἷσι καὶ Δαρείου δύο παῖδες, Ἀβροκόμης τε καὶ Ὑπεράνθης, ἐκ τῆς Ἀρταφρένεος θυγατρὸς Φραταγούνης γεγονότες Δαρείῳ. ὁ δὲ Ἀρτάρνης, Δαρείου μὲν τοῦ βασιλέος ἐὼν ἀδελφεός, Ὑστάσπεος δὲ τοῦ Ἀρσάμεος παῖς. ὃς καὶ ἐκδιδοῖ τὴν θυγατέρα Δαρείῳ, ἐν οἴκῳ πάντα ἐωυτοῦ ἐπέδωκε, ὡς μούνης ἐούσης ταύτης τέκνου. Ξέρξεώ τε δὴ δύο ἀδελφεοὶ ἐνθαῦτα πίπτοισι, μαχόμενοι περὶ τοῦ νεκροῦ τοῦ Λεωνίδεω. Περσέων τε καὶ Λακεδαιμονίων ὠθισμὸς ἐγένετο πολλὸς ἐς ὃ τοῦτόν τε ἀρετῇ Ἕλληνες ὑπερέβαλον, καὶ ἐτρέψαντο τοὺς ἐναντίους τετράκις. τοῦτο δὲ σινες ἤκεε μέχρι οὗ σὺν Ἐπιάλτῃ πρὸς ἐλθόντο. ὡς δὲ ταύτῃς ἤκειν ἐπύθοντο Ἕλληνες, ἐνθαῦτεν ἤδη ἑτεροιοῦτο τὸ νῖκος. ἐς τε γὰρ τὸ στεινὸν τῆς ὁδοῦ ἀνεχώρεον ὀπίσω, καὶ παραμειψάμενοι τὸ τεῖχος, ἑλθόντες, ἵζοντο ὅπι κολωνὸν πρῶτες ἁλέες ἅλλοι πλὴν Θηβαίων. ὁ δὲ κολωνὸς ἔστι ἔσοδῳ ὄκου νῦν ὁ λίθινος λέων ἕστηκε ὅπι Λεωνίδῃ. ἐν τούτῳ σφέας τῷ χώρῳ ἀλεξομένους μαχαίρῃσι τοῖσι αὐτέων ἐτύγχανον ἔτι περιεοῦσαι· καὶ χερσὶ καὶ στόμασι κατέχωσαν βάρβαροι βάλλοντες, οἱ μὲν, ἐξ ἐναντίης ὁρμηθέντες, καὶ τὸ ἔρυμα τοῦ τείχεος συγχώσαντες· οἱ δὲ, περιελθόντες πρόσθεν περισσαδόν. Λακεδαιμονίων δὲ καὶ Θεσπιέων τούτων γενομένων, ὅμως λέγεται ἄριστος αἰνὴρ γενέσθαι Σπαρτιήτης Διηνέκης· τόδε φασὶ εἶπαι τὸ ἔπος πρὶν ἢ συμμίξαι σφέας τοῖσι Μήδοισι, πυθόμενον πρὸς τοῦ τῶν Τρηχινίων ὡς εἴπαι οἱ βάρβαροι ἀπιέωσι τὰ τοξεύματα, ἥλιον ὑπὸ τοῦ πλήθεος τῶν οἰστῶν ἀποκρύπτοισι· τοσοῦτό τι πλῆθος αὐτέων εἴη). ἐκ δὲ, οὐκ ἐκπλαγέντα τούτοισι, εἶπαι (ἐν ἀλογίῃ ποιεύμενον τὸ Μήδων πλῆθος) ὡς πάντα σφι ἀγαθὰ ὁ Τρηχίνιος ξεῖνος ἀγγέλλοι, εἰ ἀποκρυπτόντων τῶν Μήδων ἥλιον, ὑπὸ σκιῇ ἔσοιντο πρὸς αὐτοὺς ἡ μάχη, καὶ οὐκ ἐν ἡλίῳ. Ταῦτα μὲν καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἔπεα

Quumque scirent impendere sibi necem ab iis qui montem circuirent, quod roboris habebant, id omne in barbaros ostendebant, ingruentes ac sese intrudentes. Quorum plerisque quum iam CCXXIV lanceæ diffractæ essent, nonnulli gladiis Persas obtruncarent, tunc Leonides in hoc labore cecidit, nauata strenuissime opera, & cum eo alii insignes Spartani: quorum ego tanquam strenuorum virorum nomina audiui, & quidem trecentorum omnium. Persarum quoque illic cum multi alii tam celebres cecideruntquam incelebres, tum vero duo Darii filii, Abrocomes & Hyperanthes: quos Darius ex Phrataguna Atarnis filia sustulerat. Atarnes autem, Darii regis frater, Hystaspisque Arsamæi filius erat, qui quum Dario filiam nuptum dedit, omnem insuper ei domum tradidit, vt qui esset vnicæ pater. Hi duo Xerxis fratres super cadauer Leonidæ pugnantes occubuere, adeo vehementi Persarum Lacedæmoniorumque conflictu, CCXXV vt Graeci [1] ter hostibus in fugam versis, cadauer Leonidæ virtute subtraxerint: & eousque perstiterint dum ii qui cum Epialte erant adfuere. Quos vbi audiere Græci, tum vero pugnandi ardor immutatus est. nam ad angustias viæ sese recepere: & introgressi murum, tumulum quendam occupantes, addensati insedere cuncti, præter Thebanos. Est autem tumulus in ingressu, vbi nunc super Leonidem stat lapideus leo. Hoc in loco defensantibus sese gladiis, qui adhuc eis supererant, barbari circumfunduntur, & manibus & vocibus incessentes: alii ex aduerso vrgentes, & munitionem muri subruentes, alii vndique circumuenientes & circumstantes. Lacedæmoniorum autem atque Thespiensium, CCXIII quum tales extiterint, præstantissimus tamen extitisse fertur Dieneces Spartanus: quem, antequam cum Medis confligeretur, hoc dixisse aiūt: quum à quodam Trachinio audisset barbaros præ multitudine sagittarum quas emitterent solem obducere, tantam eorum esse copiam, adeo non expauefactus est, vt parui faciens Medorum turbam, responderit, Omnia sibi bona Trachinium hospitem nunciare, si Medi solem obducerēt: se enim sub vmbra cum illis, non in sole pugnaturos. Hęc & alia huiusmodi dicta

[1] Quater

[1] memo-

memoratu digna aiunt Dienecem Lacedæmonium reliquisse. Secundum hũc autem è Lacedæmoniis duo fratres præstantissimi feruntur fuisse, Alpheus & Maron, Orsiphanto geniti: è Thespiensibus autem Dithyrambus Harmatidei filius. His eo loci vbi ceciderunt sepultis, & iis sociis qui prius quam à Leonide remissi sunt, occubuerant, epigrammata his verbis inscripta sunt,

Terdecies centum hic certarunt millibus olim
E Peloponneso bis modo mille viri.

Hæc vniuersis superscripta sunt: ista peculiariter Spartiatis,

Nos Lacedæmoniis refer hîc peregrine iacentes,
Exhibito illorum vocibus obsequio.

Hoc epigramma inscriptum est Lacedæmoniis: istud vati,

Nobilis hoc bustum est (Medi occidere) Megistæ,
Sperchion ad fluuium: non sed insultus obit.
Qui vates obitum quamuis præsciret adesse,
Spartæ haud sustinuit deseruisse duces.

Qui hos epigrammatis & cippis exornarunt, Amphictyones fuere: præter epigramma vatis Megistæ, quod Simonides Leoprepis filius, propter hominis familiaritatem, inscripsit. Ex his trecentis duo, EVrytus & Aristodemus, feruntur ob extremam lippitudinem è castris ab Leonide remissi, in Alpenis decubuisse: & quum liceret communicato inter se consilio, aut salutem sibi parare Spartam versus, aut, si reuerti recusarent, vna cum aliis occumbere, in neutro horum quæ licebat eis facere, inter se conuenisse: sed quum sententiis discreparent, Aristodemum quidem præ ignauia remansisse: EVrytum vero audita Persarum circuitione, petiisse arma: seque eis indutum iussisse seruum vt ad pugnantes deduceret. hunc vbi deduxit, fugæ se mandauisse: illum dato in agmen impetu occubuisse. Quod si vel Aristodemus solus redire Spartam neglexisset, aut si ambo reduces fuissent, videntur mihi Spartiatæ nullam iis pœnam irrogaturi fuisse: nunc altero eorum extincto, in hunc qui habens eandem occumbendi occasionẽ, tamen occumbere noluerit, necessario

φασὶ Διλωέκεα Λακεδαιμόνιον λιπέσθαι μνημόσυνα. Μετὰ δὲ τοῦτον ἀριξδῦσαι λέγονται Λακεδαιμόνιοι δύο ἀδελφεοὶ, Ἀλφεός τε καὶ Μάρων, Ὀρσιφάντου παῖδες. Θεσπιέων δὲ βουλόμενός μάλιστα τὸ οὔνομα εἶναι Διθύραμβος, Ἁρματίδεω. Θαφθεῖσι δὲ σφι αὐτοῦ τούτου τοῦ χώρου ἔπεσον, καὶ τοῖσι πρότερον τελευτήσασι ὑπὸ Λεωνίδεω ἀποπεμφθέντας οἴχεσθαι, ἐπιγράμματα γράμματα λέγοντα τάδε,

Μυριάσιν ποτὲ τῇδε τριηκοσίαις ἐμάχοντο
Ἐκ Πελοποννήσου χιλιάδες τέτορες.

Τοῦτο μὲν δὴ τοῖσι πᾶσι ἐπιγράμματα. Τοῖσι δὲ Σπαρτιήτῃσι ἰδίη,

Ὦ ξεῖν', ἀγγέλλειν Λακεδαιμονίοις ὅτι τῇδε
Κείμεθα, τοῖς κείνων ῥήμασι πειθόμενοι.

Λακεδαιμονίοισι μὲν δὴ τοῦτο. τῷ δὲ μάντι, τόδε,

Μνῆμα τόδε κλεινοῖο Μεγιστία, ὅν ποτε Μῆδοι
Σπερχιὸν ποταμὸν κτεῖναν ἀμειψάμενοι·
Μάντιος, ὃς τότε κῆρας ἐπερχομένας σάφα εἰδώς,
Οὐκ ἔτλη Σπάρτης ἡγεμόνας προλιπεῖν.

Ἐπιγράμμασι μὲν νυν τοῖσδε ἐπὶ ξείνῃσι, ἔξωθεν δὲ τοῦ μάντιος ἐπίγραμμα, Ἀμφικτυόνες εἰσὶ σφέας ἐπιγράψαντες· τὸ δὲ τοῦ μάντιος Μεγιστίεω, Σιμωνίδης ὁ Λεωπρέπεος ὅτι τοῦ ξείνου ἐπιγράψας. Δύο δὲ τούτεων τῶν τριηκοσίων λέγεται Εὔρυτόν τε καὶ Ἀριστόδημον, πρέον αὐτοῖσι ἀμφοτέροισι, κοινῷ λόγῳ χρησαμένοισι, ἢ ἀπονοστῆσαι ὁμοῦ ἐς Σπάρτην, ὡς μεμελημένοι τε ἔσαν ὑπὸ τοῦ στρατοπέδου ὑπὸ Λεωνίδεω, καὶ κατειλέατο ἐν Ἀλπηνοῖσι ὀφθαλμιῶντες ἐς τὰ μέγιστα· ἢ εἰ μὴ ἐβούλοντο νοσέοντες, ἀποθανέειν ἅμα τοῖσι ἄλλοισι· πρέον σφι τούτεων τὰ ἕτερα ποιέειν, οὐκ ἐθελησάντοιν ὁμοφρονέειν. Ἀλλὰ γνώμην διενειχθέντας, Εὔρυτον μὲν, πυθόμενον τὴν τῶν Περσέων περίοδον, αἰτήσαντά τε τὰ ὅπλα, καὶ ἐσδύντα, κελεῦσαι ἄγειν αὐτὸν κελεύσαντα ἐς τοὺς μαχομένους. ὅκως δὲ αὐτὸν ἤγαγε, μὲν ἀγαγόντα, οἴχεσθαι φεύγοντα· δὲ, ἐσπεσόντα ἐς ὅμιλον, ἀμύνεσθαι. Ἀριστόδημον δὲ, λιποψυχέοντα λιποθυμῆσαι. Εἰ μὲν νυν τῷ μοῦνον Ἀριστόδημον ἀλγήσαντα ἀπονοστῆσαι ἐς Σπάρτιν, ἢ καὶ ὁμοῦ σφέων ἀμφοτέρων τὴν κομιδὴν γενέσθαι, δοκέει ἐμοὶ, οὐκ ἂν σφι Σπαρτιήτας μείωσιν τοσήνδε ἐπιθεῖναι. νυνὶ δὲ τὸ μὲν, ἀπολομένου, τὸ δὲ, τῆς μὲν αὐτῆς ἐχομένου τοσοῦδε, οὐκ ἐθελησάντος δὲ ἀποθνήσκειν, ἀναγκαίως σφι

291

1 Mnemosyna sui aiunt, *id est, monumenta.* 2 Iacere, 3. *Veterum codicum lectionem sequutus est Valla, qui addunt quod in vulgatis edit. deest. ita enim in illis legitur,* ὀπιγράμμασι μὲν νυν καὶ σήλῃσι, ἔξωθεν δὲ τοῦ μάντιος ἐπίγραμμα, ἀμφικτυόνες εἰσὶ σφέας οἱ ἐπιστρέψαντες· τὸ δὲ τοῦ μάντιος Μεγιστίου Σιμωνίδης ὁ &c. 4 Ob vehementissimum oculorum morbum

ἔχειν μωϊσαι μεγάλως Ἀ εισοδήμῳ. Οἱ μὲν
νυν οὕτω φασὶν Ἀ εισοδήμον ἐς Σπάρ-
τιν, καὶ ὀφθῆναι λέγουσι· Ἀ εισόδημον δὲ ⓓ, ἄγγελον πεμ-
φθέντα ἐκ τῦ στρατοπέδου, ἔρξειν αὐτῷ καταλαβεῖν
τὴν μάχην γινομένην, οὐκ ἐθελῆσαι, ἀλλ' ὑπο-
μείναντα ἐν τῇ ὁδῷ, κωτιλλέσθαι ⓔ ὑ σὺ ἄγγε-
λον αὐτὸν, ἀπικόμενον ἐς τὴν μάχην, ἀποπέμψειν.
Ἀ πονοσήσας ὑ ἐς Λακεδαίμονα ὁ Ἀ εισόδημος,
ὄνειδός τε εἶχε καὶ ἀμιλίην· πάσχων ὑ τοιάδε, ἠτίμω-
το· οὔτε ⓓ πῦρ οἱ δοῦναι ἔναυε Σπαρτιητέων, οὔτε διε-
λέγετο. ὄνειδός τε εἶχε, ὁ πρέσας Ἀ εισόδημος κα-
λεόμενος. ἀλλ' ὁ μὲν ἐν τῇ ἐν Πλαταιῇσι μάχῃ αὖ
ἐλαβε πᾶσαν τὴν ἐπενεχθεῖσάν ⓓ αἰτίην. Λέγε-
ται ὑ καὶ ἄλλον ἀποπεμφθέντα ἄγγελον ἐς Θεσσα-
λίην τῶν τεικοσίων τυτέων, κωτιλλέσθαι, τῷ οὐνό-
μα ἦ) Παντίτην· νοσήσαντα ὑ τοῦτον ἐς Σπάρ-
τιν, ὡς ἠτίμωτο, ἀπάγξασθαι. Οἱ ὑ Θηβαῖοι,
τῶν ὁ Λεοντιάδης ἐσ ρατήγεε, τέως μὲν μετ' τῶν
Ἑλλήνων ἐόντες ἐμάχοντο, ἐπὶ ἀναγκαίης ἐχό-
μενοι, πρὸς τὴν βασιλέος σρατιήν· ὡς δὲ εἶδον κατ-
υπέρτερα τῶν Περσέων γινόμενα τὰ πρήγματα,
οὕτω δὴ τῶν σὺν Λεωνίδῃ Ἑλλήνων ἐπειγομένων
ἐπὶ ⓦ κολωνόν, ἀποσχοινισθέντες τυτέων, χειρός τε
πρὸς ἐτεινον, καὶ ἦσαν ἄσον τῶν βαρβάρων λέγοντες
ⓦ ἀληθέσατον τῶν λόγων, ὡς καὶ μηδίζουσι, καὶ γὰρ
τε καὶ ὕδωρ ἐν πρόποσι ἔδοσαν βασιλεῖ· ἐπὶ τοσῦτο ὑ ἀν-
αγκαίης ἐχόμενοι, ἐς Θερμοπύλας ἀπίκοιατο, ἐκ αἰσί-
μιοι εἰ τὸ πρῶτα τὸ γενομένου βασιλεῖ. ὥστε
ταῦτα λέγοντες πρεσβεύονται. Εἶχον γὰρ καὶ Θεσσα-
λοὶ τῶν λόγων τυτέων μάρτυρας. οὐ μέντοι γε
πάντα γε τύχησαν· ὡς γὰρ αὐλιὴς ἔλαβον ⓐ βάρ-
βαροι ἐλθόντας, τὸν μὲν λόχους αὐτέων καὶ ἀπέκτειναν
πρῶτον, τὸν ὑ πλεῦνας αὐτέων, κελεύοντος
Ξέρξεω, ἔσιζον σίγματα βασιλήια, ἀρξάμενοι ἀ-
πὸ τῦ στρατηγῦ Λεοντιάδεω. τῦ ⓦ παῖδα Εὐρύ-
μαχον χείνῳ μετέπειτα ἐφόνευσαν Πλαταιέες,
στρατηγήσαντα ἀνδρῶν Θηβαίων τετρακοσίων,
καὶ φρόντα ὃ ἄγυ ὃ Πλαταιέων. Οἱ μὲν δὴ πε-
ὶ Θερμοπύλας Ἕλληνες οὕτω ἠγωνίσαντο. Ξέρ-
ξης ὑ καλέσας Δημάρητον, ἠρώτα ἀρξάμενος ἐν-
» θένδε, Δημάρητε, ἀνὴρ εἶς ἀγαθός. τεκμαιόμενος δὲ
» τῇ ἀληθείῃ· ὅσα γὰρ εἶπας, πάντα ἀπέβη οὕτω.
» νῦν δέ μοι εἰπὲ κόσοι λύνες εἰσὶ ⓐ λοιποὶ Λακεδαι-
» μόνιοι· καὶ τυτέων ὁκόσοι τοιοῦτοι τὰ πολέμια, εἴτε
» καὶ ἄπαντες. ὁ δ' εἶπε, Ὦ βασιλεῦ, πλῆθος μὲν
» πάντων τ Λακεδαιμονίων πολλόν, καὶ πόλις πολλαί·

debuisse magnopere iratsci. Quidam CCXXX
hunc in modum & ob hanc causam Aristodemum sospitem rediisse Spartam aiunt. Alii autem, quum ab exercitu pro nuncio mitteretur, & posset pugnæ quę fiebat adesse, tamen recusasse, sed moratum in via, fuisse superstitem: sociumque eius qui vna mittebatur, in pugnam profectum oppetiisse. Lacedæmonem CCXXXI
igitur regressus Aristodemus probro & ignominia notatus est: probro, [1] quod eum nemo neque igni neque alloquio impertiuit: ignominia, quod Aristodemus fugax appellatus est. Verum hic omnem sibi obiectam culpam in pugna apud Platæas gesta deleuit. Fertur i- CCXXXII
tem alius ex eisdem trecentis superfuisse, in Thessaliam pro nuncio missus, cui nomen erat Pantitæ: sed Spartam reuersus, quum opprobrio esset, sese strangulasse. Thebani autem quorum dux CCXXXIII
erat Leontiades, [2] vi retenti aduersus regis copias, tamen à partibus Græcorum, è quibus erant, dimicauerunt: at vbi res Persarum superiores esse animaduertunt, ibi à Græcis, quibuscum fuerant, ad tumulum ire properantibus, se dissociantes, manus ad barbaros protenderunt, ad eosque propius accesserunt, referentes (quod verissimum erat) sese cum Medis sensisse, terramque & aquam regi inter primos dedisse: ac vi coactos ad Thermopylas venisse, & à culpa cladis illatæ abesse. Hæc regi allegantes, (quorum etiam Thessalos testes habebant) seruati sunt: non tamen vsquequaque fortunati fuerunt. nam barbari qui eos cepere, aliquot vt accedebant obtruncauerunt: pluribus, iussu Xerxis, regias notas inusserunt, à duce Leontiade exorsi. cuius filium EVrymachum postea Platæenses, quadringentorum Thebanorum ducem, quod vrbem ipsorum occupasset, interemere. Hunc quidem in CCXXXIV
modum Græci ad Thermopylas dimicauerunt. ¶ Xerxes autem accitum Demaratum interrogauit, hinc orsus, Demarate, virum te bonum esse indicio veritatis experior: quæ enim dixisti, ea omnia perinde euenere: nunc hoc mihi pandito, Quotnam sunt Lacedæmonii, quotve eorum tales in re bellica? an & vniuersi? Cui Demaratus, Multitudo, rex, inquit, Lacedæmoniorũ omniũ magna est, & ciuitates multæ:

1 Quod nullus ex Spartiatis ignem illi accenderet, aut cum eo colloqueretur: cum Græcis, necessitate adacti aduersus regis copias dimicarunt: at vbi res Pers. 2 Ad tempus quidem, dum fuerunt vna

quod

quod autem discere vis à me, scies: Est enim [1] Lacedæmone vrbs Sparta octo millium ferme virorum, qui omnes iis qui hîc pugnauere sunt similes: ceteri Lacedæmonii, non illis quidem similes, sed tamen viri sunt strenui. Ad hunc Xerxes, Demarate, inquit, agedum expone quo pacto hos viros minima cum difficultate subigamus. tu nanque calles quo tendant eorum consilia, vt-
CCxxxv pote quorum rex fuisti. Cui Demaratus, Quum, inquit, me rex libenter consulas, æquum est me tibi quod optimum sit expromere. Id quod vis, hoc pacto fiet, si trecentas naues cum suis propugnatoribus in oram Lacedæmonicam mittas. adiacet autem illi insula nomine Cythera: quam obrui mari quàm extare condùcibilius esse Lacedæmoniis Chilon aiebat, vir apud nos sapientissimus: videlicet expectans semper ab ea aliquid tale futurum quale nunc ego expono: non ille quidem tuam classem præuidens, sed quamcunque similiter extimescens. Ex hac igitur insula proficiscentes tui Lacedæmonios territent. Ita illi domestico occupati bello, neque tibi erunt infesti, neque ceteræ Græciæ, quum à tuis pedestribus copiis expugnabitur, auxilia ferent. subacta autem reliqua Græcia, Lacones per se reddentur inualidi. Quod nisi feceris, hoc fore expecta: Est Peloponnesi arctus isthmus, quo in loco Peloponnensibus omnibus coactis, alia tibi prœlia superioribus atrociora futura prospicio. At si illud feceris, & isthmus hic citra prœlium & ceteræ ciuitates vltro tibi se dedent. Post
CCxxxvi hunc Achæmenes, Xerxis frater, classis præfectus, quum ei colloquio interfuisset, veritus ne Xerxes ad id agendum induceretur, Animaduerto, inquit, te rex verba admittere viri qui tibi prospere agenti inuidet, aut etiam res tuas prodit. His enim moribus vti Græci gaudent, vt & fortunato inuideant & meliorem oderint. Quod si è præsenti condicione, quum naues quadringentæ naufragium fecerint, trecentas alias è cetera classe miseris ad obeundam Peloponnesum, profecto fient nobis aduersarii pares ad decertandum. at si coniuncta classis fuerit, inoppugnabilis reddetur, & ante omnia nobis illi impares erunt: simulque omnis exercitus nauticus terrestri,

Ὃ δ' ἐθέλεις ἐκμαθεῖν, εἰδήσεις. ἔστι ἐν τῇ Λακε- "
δαιμονίῃ Σπάρτη, πόλις ἀνδρῶν ὀκτακισχιλίων "
μάλιστα· καὶ οὗτοι πάντες εἰσὶ ὁμοῖοι τοῖσι ἐνθάδε "
μαχεσομένοισι. οἱ γε μὲν ἄλλοι Λακεδαιμόνιοι, "
τούτοισι μὲν οὐκ ὁμοῖοι, ἀγαθοὶ δέ. εἶπε πρὸς ταῦ- "
τα Ξέρξης, Δημάρητε, τέῳ δέκτῳ ἀπονητότατα "
τῶν ἀνδρῶν τουτέων ὑποχειρήσομεν; ἴθι, ἔξηγέο. "
σὺ γὰρ ἔχεις αὐτέων διεξόδους τῶν βουλευμάτων, "
οἷα βασιλεὺς ἡμόμενος. Ὃς δ' ἀμείβετο, Ὦ "
βασιλεῦ, εἰ μὲν δὴ συμβουλεύεαί μοι πρηΰμως, " 292
δίκαιόν μέ σοι ἐστὶ φράζειν τὸ ἄριστον. εἰ τῆς ναυτι- "
κῆς στρατιῆς νέας τεσσερεσκαίδεκα ἀποστείλειας ὅτι τάχιστα "
Λακωνικὴν χώρην. ἔστι δὲ ἐπ' αὐτῇ νῆσος ὑπόκει- "
μένη, τῇ οὔνομά ἐστι Κύθηρα· τὴν Χίλων, ἀνὴρ "
παρ' ἡμῖν σοφώτατος ἡμόμενος, κέρδος μέζον ἔφη "
εἶναι Σπαρτιήτῃσι ἐς τῆς θαλάσσης καταστεδυ- "
κέναι μᾶλλον ἢ ὑποφέρειν, αἰεί τι προσδοκέων αὐ- "
τῆς τοιόνδε ἔσεσθαι οἷόν τι ἐγὼ ἐξηγέομαι· οὔτι "
κω σὺν στόλου πρηϊδέος, ἀλλὰ μάλα ὁμοίως φο- "
βερόν μοι ἀνδρῶν στόλον. ἐκ ταύτης ὦν τῆς νήσου "
ὁρμεώμενοι, φοβεόντων σὸν Λακεδαιμονίους. πα- "
ρέσται δὲ πολέμου σφι ἐόντος οἰκηίου, οὐδὲν δεινοὶ ἔ- "
σονται τοι μὴ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἀλισκομένης ὑ- "
πὸ τῷ πεζοῦ, βοηθέωσι ταύτῃ. καταδυλωθείσης "
δὲ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος, ἀθηνεὲς ἤδη τὸ Λακωνικὸν "
μοῦνον λείπεται. ἢν δὲ ταῦτα μὴ ποιῇς, τάδε τοι "
προσδόκα ἔσεσθαι· ἔστι τῆς Πελοποννήσου ἰσθμὸς "
στεινός. ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ πάντων Πελοποννησί- "
ων συνομοσάντων ὅτι σοὶ, μάχας ἰσχυροτέρας "
ἄλλας τῶν ἡμομένων προσδέκεο ἔσεσθαί τοι. ἐ- "
κεῖνο δὲ ποιήσαντι, ἁμαχητὶ οἱ, τε ἰσθμὸς ἔσται καὶ αἱ "
πόλις προσχωρήσονται. Λέγει μέν τιν τῶν Ἀ- "
χαιμένης, ἀδελφεός τε ἐὼν Ξέρξεω, καὶ τῶν ναυτι- "
κοῦ στρατοῦ στρατηγὸς, πρόσσατυχών τε τοῦ λόγου, καὶ "
δείσας μὴ ἀναγνωσθῇ Ξέρξῃ ποιέειν ταῦτα, Ὦ "
βασιλεῦ, ὁρέω σε ἀνδρὸς ἐκδεκόμενον λόγους οἳ "
φθονέουσι τοι δωρήσαντι, ἢ καὶ προσδιδοῦ δωρήμα- "
τα τάδε σά. καὶ γὰρ δὴ καὶ ξύμπασι τοιούτοισι χρε- "
ώμενοι Ἕλληνες χαίρουσι· τῶν τε βὐτυχέειν φθο- "
νέουσι, καὶ τὸ κρέσσον συγχέουσι. εἰ δὴ ὅτι τῆσι πα- "
ρεούσῃσι τύχῃσι, τῶν νέες νεναυηκήκασι τεσσακό- "
σιαι, ἄλλας ἐκ τῶν στρατοπέδου τεσσερεσκαίδεκα ἀποπέμ- "
ψεις πρὸς πλώειν Πελοπόννησον, ἀξιόμαχοί τοι γί- "
νονται αἱ ἀντίπαλοι· ἀλλὰ σὺ ἐὼν ὁ ναυτικὸς στρατὸς, "
δεσμὸς χειρὸς τε αὐτοῖσι γένεται, καὶ ἀρχὴν σὸν "
ἀξιόμαχοί τοι ἔσονται. καὶ πᾶς ὁ ναυτικὸς τῷ πεζῷ "

1 Lacedæmonio agro

» ἀρήξει, καὶ ὁ πεζὸς τῷ ναυτικῷ, ὁμοῦ πορευόμενος.
» Εἰ δὲ διαστάσεις, οὔτε σὺ ἔσεαι κείνοισι χρήσιμος,
» οὔτε κείνοι σοί. Τὰ σεωυτῷ δὲ διέρμενος εὖ, γνώ-
» μιμα ἔχων τὰ τῶν ἀντιπολέμων μὴ ἐπιλέγεσθαι
» πρήγματα, τῇ τε σήσονται τὸν πόλεμον, τά τε ποιή-
» σουσι, ὅσοι τε πλῆθός εἰσι. ἱκανοὶ γὰρ ἐκεῖνοί γε
» ἀνδρὶ ἑωυτῶν πέρι φρονέειν εἰσί, ἡμεῖς δὲ ἡμέων
» αὐτῶν. Λακεδαιμόνιοι δέ, ἢν ἴωσι ἀντία Πέρ-
» σῃσι ἐς μάχην, οὐδὲν ὀπίσω ποιήσουσι τῶν ἐπιτα-
» γθέντων. Ἀμείβεται Ξέρξης τοῖσδε, Ἀχαιμένες, οὕ
» τε μοι δοκέεις λέγειν, καὶ ποιήσω ταῦτα. Δημά-
» ρητος δὲ λέγεται τὰ ἄριστα ἔλπεται εἶναι ἐμοὶ, γνώ-
» μην μὲν τοι ἑωυτοῦ τὰ ἄριστα ἐλπεται εἶναι ἐμοὶ, γνώ-
» σεσθαι δὲ ἐκ τοῦ σεο. οὐ γὰρ δὴ ἐκεῖνό
» γε ἐνδέξομαι, ὅκως οὐκ βουλεύσεαι τοῖσι ἐμοῖσι πρή-
» γμασι, τοῖσί τε λεγομένοισι πρότερον ἐκ τούτου
» σαθρώτερος, καὶ τῷ ἐόντι· ὅτι πολίτης μὲν πολίτῃ
» τῇ οὐ φθονέει, καὶ ἔστι δεινὸς τῇ σιγῇ·
» οὐδὲ ἂν συμβουλευομένου τοῦ ἀστοῦ, πολίτης ἀ-
» νὴρ τὰ ἄριστα ἐπὶ δοκέοντι εἶναι συμβούλοιτο, εἰ μὴ
» πρόσω ἀρετῆς αἴηκοι (παύνιοι δ' εἰσὶ οἱ τοιοῦτοι)
» ξεῖνος γε ξείνῳ εὖ φρονέοντι ἐστὶ εὐμενέστατον πάντων,
» συμβουλευομένου τε ἂν συμβουλεύσειε τὰ ἄριστα.
» οὕτω ὦν κακολογίης πέρι τῆς ἐς Δημάρητον, ἐόν-
» τος ἐμοὶ ξείνου, προείρεσθαί μιν τοῦ λοιποῦ κε-
» λεύω. Ταῦτα εἰπὰς Ξέρξης, διεξῆλθε διὰ τῶν
νεκρῶν· καὶ Λεωνίδεω πέρι ἀκηκοὼς, ὅτι βασιλεύς
τε ἦν καὶ στρατηγὸς Λακεδαιμονίων, ἐκέλευσε
ἀπὸ τοῦ μόντας τὴν κεφαλὴν ἀνασταυρῶσαι. δῆλά
μοι πολλοῖσι μὲν καὶ ἄλλοισι τεκμηρίοισι, ἐν δὲ δὴ
καὶ τῷδε οὐκ ἧκιστα γέγονε, ὅτι βασιλεὺς Ξέρξης
πάντων δὴ μάλιστα ἀνδρῶν ἐθυμώθη ζώοντι Λεω-
νίδῃ. οὐ γὰρ ἂν κοτε ἐς τοὺς νεκροὺς ταῦτα παρώ-
μοσε. ἐπεὶ ὑμιᾶν μάλιστα νομίζουσι τῶν ἐγὼ οἶδα
ἀνθρώπων Πέρσαι ἄνδρας ἀγαθοὺς τὰ πολέμια. καὶ
μὲν δὴ ταῦτά γε ἐποίεον τοῖσι ἐπετέτακτο ποιέειν.
Ἀνέμι δὲ ἐκεῖσε τὸν λόγον τὴν μοι πρότερον ὑπέ-
λιπε. ἐπύθοντο Λακεδαιμόνιοι ὅτι βασιλεὺς ἐπέλ-
λοιτο ὅτι τοὺς Ἕλλάδα, πρῆγος, καὶ οὕτω δὴ ἐς τὸ
χρηστήριον τὸ ἐς Δελφοὺς ἀπέπεμψαν. ἔνθα δὴ σφι
ἐχρήσθη τὰ ὀλίγῳ πρότερον εἶπον. ἐπύθοντο δὲ θε-
293 πῳ ἀῢμασίῳ. Δημάρητος γὰρ ὁ Ἀρίστωνος,
φυγὼν ἐς Μήδους, ὡς μοὶ ἐγὼ δοκέω, καὶ τὸ οἶκος ἐ-
μοὶ συμμάχεται, οὐκ ἐῶ ὄνοος Λακεδαιμονίοισι.

& inuicem terrestris vna iter faciens, nautico erit auxilio. Quos si distraxeris, neq; tu illis vsui eris, neque illi tibi. Tu vero tua ipsius bene constitueris si aduersatiorum res apud te non agitaueris. Hîc illi bellum sistent, hæc agent, tot numero sunt. Illi enim per sese ad sibi ipsis prospiciendum sufficiunt, & nos itidem ad prospiciendum nobis. Quod si Lacedæmonii aduersus Persas in pugnã ibunt, impendentem sibi cladem haudquaquam deuitabunt. Ad hæc subiiciẽs CCXXVII
Xerxes, Recte, inquit, Achæmenes mihi videris dicere: quod & faciam. Demaratus, quod optimum ille quidem mihi sperat esse, id suadet: eius tamen sententia à tua superatur. Neque vero illud admitto, eum nolle rebus meis bene consultum, vt ex iis quæ antea ab eo dicta sunt, & ex ipsa re coniecto. Quoniam ciuis quidem ciui secundis rebus prædito inuidet,[1] eumq; male odit: cum tamen patrio solo nihil eodem consultante, quod optimum sibi videtur, suadet: nisi procul absuerit à virtute, quales pauci sunt. Hospes autem hospiti prospera fortuna vtenti, omnium est beneuolentissimus, eiq; consulenti optime consulit. Quapropter ab insectatione, qua in Demaratum vteris hospitẽ meũ, posthac[2] abstinere te iubeo. Hæc Xer- CCXXVIII
xes loquutus, inter cæsos transiit, vbi erat Leonides: quem quum audisset Lacedæmoniorum regem eundemque ducem esse, iussit[3] abscisso capite in crucẽ tolli. vt mihi cum aliis multis indiciis, tũ hoc præcipue manifestum fit, regem Xerxem maxime omnium excanduisse in Leonidem viuentem. Nam alioqui nunquam in defunctum hoc genere deliquisset: quum ex omnibus quos ego noui hominibus Persæ maxime soleant viros in re militari præstantes honore afficere. Illi igitur quibus imperatum erat, id exequuti sunt. Redeo ad eam CCXXIX
narrationem vnde mihi discessum est. Lacedæmonii primi regem aduersus Græciam tendere acceperunt, atque ita Delphos ad oraculum miserunt: vbi responsum est id redditum cuius paulo ante memini. Acceperunt autem mirũ in modum. Demaratus enim Aristonis filius qui profugit ad Medos, non ille quidem Lacedæmoniis beneuolus

1 Eumque tacito prosequitur odio. neque consilium petenti ciui dederit ciuis quod putet esse optimum, nisi summum virtutis gradum attingat: quales pauci sunt. At hospes hospiti, &c. *Potest illud τῇ σιγῇ aliter etiam exponi.* 2 Abstinere quemlibet iubeo. 3 *Vel, Caput eius abscissum.*

(vt &

(vt & ego arbitror,& ratio dictat) tamẽ hoc fecit siue in hoc bene illis consultum vellet, vt cõiectare licer,siue quod insultaret: Nam posteaquam Xerxes statuit aduersus Græciam sumere expeditionem, id Demaratus qui Susis erat, quum accepisset,censuit Græcis esse indicandum: sed quum aliter nequiret, (quippe periculosum erat ne deprehenderetur)hanc rem commentus est:Sumptis duarum tabellarum pugillaribus, ceram illic eradit: deinde in eorum ligno consilium regis exarat.quod litteris exaratum, rursus cera inducit, nequid negocii apud viarum custodes exluberent pugillares qui ferrentur. Qui vbi Lacedæmonem allati sunt,non poterãt eos Lacedæmonii interpretari,antequã (vt ego accipio) Cleomenis filia, eademque Leonidæ vxor,Gorgo,illos admonuit, [1] ipsam rem interpretata, iubẽs ceram effringi. fore enim vt litteras in ligno reperirent.Ita ei auscultantes Lacedæmonii litteras repertas legerunt, easque deinde ad Græcos dimiserunt.

παρεσι ὑπ᾽ Ἑικάζειν Ἐίτε βυνοίη ταῦτα ἐποίησε, Ἐίτε καὶ καταχάρων. ἐπεί τε γὰρ Ξέρξη ἔδοξε ϛρατηλατέειν ὅπὶ τὴν Ἑλλάδα, ἐὼν ἐν Σούσῃσι ὁ Δημάρητος, καὶ πυθόμενος ταῦτα, ἠβούλησε Λακεδαιμονίοισι ὄξαι ϛείλαι. ἄλλως μὲν δὴ οὐκ Ἐἶχε σημῆναι· ὄπικίνδυνον γὰρ ἐὼν μὴ λαμφθείη· ὁ ὑ, μηχανᾶται τοιάδε· δελτίον δίπτυχον λαβών, ϰηρὸν ἀπὸ ὄξέκνησε, καὶ ἔπϛα ἐν ϰ ξύλῳ τῦ δελτίου ἔγραψε τὴν βασιλέως γνώμην. ποιήϛας ὑ ταῦτα, ὀπίσω ἐπέτηξε ϰ ϰηρὸν ὅπὶ τὰ γράμματα, ἵνα φερόμενον κεινὸν ὄ δελτίον, μηδὲν φῆμα πρόσχοι παρὰ τῶν ὁδοφυλάκων. ἐπεὶ ὑ ἀπίκετο ἐς τὴν Λακεδαίμονα, οὐκ Ἐἶχον συμβαλέσθαι ϰ Λακεδαιμόνιοι, πρίν γε δὴ σφι, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, Κλεομένεος μὲν θυγάτηρ, Λεωνίδεω ὑ γυνή, Γοργὼ, ἐπέϐαλε, ὅπι φραδεῖσα αὐτὴ, ϰ ϰηρὸν κνᾶν κελεύσας, Ϛ εὑρήσειν σφέας γράμματα ἐν τῷ ξύλῳ. πειθόμενοι ὑ, εὗρον, καὶ ἐπελέξαντο, ἔπειτα δὲ τοῖσι ἄλλοισι Ἕλλησι ἐπέϛειλαν.

1 Quum rem animaduertisset, *vel*, *excogitasset*.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΟΓΔΟΗ, Θηκαφορφόν

ΟΥΡΑΝΙΑ.

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARVM LIBER octauus, qui inscribitur

VRANIA.

Ταῦτα μὲν δὴ οὕτω λέγεται γενέσθαι. Φ δὲ Ἑλλήνων ἐς Φ ναυτικὴν στρατιὴν ταχθέντες, ἦσαν οἵδε· Ἀθηναῖοι μὲν, νέας παρεχόμενοι ἑκατὸν καὶ ἑβδομήκοντα καὶ ἑπτά. Ὑπὸ δὲ ἀρετῆς τε καὶ προθυμίης Πλαταιέες, ἄπειροι τῆς ναυτικῆς ἐόντες, συνεπλήρωσαν τοῖσι Ἀθηναίοισι τὰς νέας. Κορίνθιοι δὲ τεσσερήκοντα νέας παρείχοντο· Μεγαρέες δὲ, ἑβδομήκοντα. καὶ Χαλκιδέες ἐπλήρωσαν ἑβδομήκοντα, Ἀθηναίων παρεχόντων σφι τὰς νέας· Αἰγινῆται δὲ, ὀκτωκαίδεκα· Σικυώνιοι δὲ, δυοκαίδεκα· Λακεδαιμόνιοι δὲ, δέκα· Ἐπιδαύριοι δὲ, ὀκτώ· Ἐρετριέες δὲ, ἑπτά. Τροιζήνιοι δὲ, πέντε· Στυρέες δὲ, δύο· καὶ Κῆοι, δύο τε νέας, καὶ πεντηκοντέρους δύο. Λοκροὶ δὲ σφι Φ Ὀπουντίοι ἐπεβοήθεον πεντηκοντέρους ἔχοντες ἑβδομήκοντα. Ἔστησαν μὲν ὧν οὗτοι Φ στρατοπεδεύσαντες ἐς Ἀρτεμίσιον. Εἴρηται δέ μοι καὶ ὡς ὁ πλῆθος ἕκαστοι τῶν νεῶν παρείχοντο. Ἀριθμὸς δὲ τῶν συλλεχθεισέων νεῶν ἐς Ἀρτεμίσιον, ἐς, πάρεξ τῶν πεντηκοντέρων, διηκόσιαι καὶ ἑβδομήκοντα καὶ μία. Ⓦ δὲς στρατηγὸν Ⓦ ὁ μέγιστον κάρτος ἔχοντα, παρεῖχοντο Σπαρτιῆται, Εὐρυβιάδεα Ⓦ Εὐρυκλείδεω. Φ γὰρ σύμμαχοι οὐκ ἔφασαν, ἐς μὴ ὁ Λάκων ἡγεμονεύῃ, Ἀθηναίοισι ἕψεσθαι ἡγεομένοισι, ἀλλὰ λύσειν ὁ μόγον ἔσεσθαι στράτευμα. Ἐγένετο γὰρ κατ' ἀρχὰς λόγος, πρεσβεύεσθαι καὶ ἐς Σικελίην πέμπειν ὅπως συμμαχίην, ὡς ὁ ναυτικὸν Ἀθηναίοισι χρεὸν εἴη ὑπερέπειν. ἀνιέντων δὲ τῶν συμμάχων, εἶχον Φ Ἀθηναῖοι, μέγα πεποιημένοι προσεῖναι τῇ Ἑλλάδι· καὶ γνόντες, εἰ σασιάσοιεν περὶ τῆς ἡγεμονίης, ὡς ἀπολέεσθαι ἡ Ἑλλάς· ὀρθὰ νοεῶντες. στάσις γὰρ ἐμφύλιος πολέμου ὁμοφρονέοντος τοσούτῳ κακίόν ἐστι,

Τ Q V E hæc quidem ita gesta dicuntur esse. Græci autem quibus res classiaria delegata erat, hi fuere: Athenienses, qui naues centum viginti septem præbuere, iunctis sibi Platæensibus: qui etsi rei nauticæ inexperti, tamen strenue alacriterq; pro se illorum naues armauerant. Corinthii, qui attulere naues quadraginta: Megarenses, qui viginti: Chalcidenses totidem sibi ab Athenienſibus præbitas armauerunt: Æginetæ: [1] vndeuiginti: Sicyonii, duodecim: Lacedæmonii, decem: Epidaurii, octo: Erettienses, septem: Troezenii, quinq;: Styreenses, duas: Chii, totidem, cum totidē pentecōteris, *id est, nauigÿs quinquagenûm remorum.* Quibus auxiliares erant Locri Opuntii cum septem penteconteris. Hæ naues ad Artemisium in statione erant: quarum quot quiq; præbuerint, mihi dictum est. Vniuersarum vero pręter penteconteros, ad Artemisiū coactarum, numerus fuit ducentarū septuaginta vnius. His ducem, penes quem summa imperii esset, Spartiatæ præbuerunt EVrybiadem EVryclidæ filium. Nā socii negauerunt se, nisi Lacō esset imperator, sequuturos esse Athenienses ductores, sed exercitū qui fururus erat solvturos. Etenim iam inde ab initio, antequā in Siciliam ad societatem ineundā mitteretur, agitatū sermonibus erat tanquā expediret rem nauticam Athenienſibus permittere: ceterū recusantibus sociis, cessere Athenienses, quod magni facerent Græciā superesse: quam intelligebant esse perituram si de principatu cōtenderent: recte sentientes. Nā intestina seditio tanto deterior est bello quod concorditer geritur,

1 Octodecim:

quanto

quanto bellum deterius est pace. Hoc itaq; ipsum intelligentes, non repugnãdum putauerunt, sed tantisper concedendum quoad magnopere illis indigebant, quemadmodum ostenderunt. Siquidem posteaquam expulso Persa, iam de illius terra diiudicabant, superbiam Pausaniæ caussati, Lacedæmonios ducatu abdicauerunt. Verum hæc posterius
IV gesta sunt. Tunc autem ii Græci qui ad Artemisium se contulerant, vbi viderunt & multum nauium ad Aphetas esse contractum, & omnia plena exercitu hostili, perculsi metu, quod præter opinionem suam expectationemq; res barbarorum succederent, consultabant de facienda fuga ex Artemisio [1] interiorẽ in Græciam. Quorum consultatione cognita, EVbœenses obsecrabant EVrybiadem vt aliquantulum temporis præstolaretur, vsquedum ipsi liberos atque domesticos subducerent. Vbi non persuadent, ad ducem Athenienſium Themistoclem transgressi, pacisc untur cum eo triginta talentis vt tandiu ante EV-
V bœam perstarent donec pugna nauali decerneretur. Themistocles autem hac ratione Græcos retinuit: EVrybiadem ex hac, tanquam ex sua ipsius pecunia, quinque talentis impertit: hoc persuaso, Adimantum Ocyti filium Corinthiorum ducem, qui solus reluctabatur, negans se permansurum, sed ab Artemisio profecturum, ita alloquutus est iureiurando interposito: Tu vero haudquaquam nos deseres, quem ego maioribus donabo muneribus quam quæ rex Me-
VI dorum tibi mitteret socios deserenti. Hæc loquutus, statim ad nauem Adimanti tria misit argenti talenta. Istis pecunia corruptis, cum EVbœensibus gratificatus est Themistocles, tum reliquum pecuniæ quam acceperat lucrifecit: quam eum interuertisse ideo latuit eos qui partem illius acceperant, quod putabant eam ab Athenienſibus ad hoc ipsum profectam esse. Ita in EVbœa perstitere, ac prœlium fecere, quod ita gestum est: Barbari quum ad Aphetas circa diluculum veniſſent, quumque id quod etiam ante audierant cernerent, paucas Græcorum naues ad Artemisium stationem habere, libidine tenebantur aggrediendi, si forte eos interciperẽt. Ceterum ex aduerso inua-

ὅσῳ πόλεμος εἰρήνης. ὑπισάμενοι ὧν αὐτὸ τοῦτο, οὐκ αἰτέτεινον, ἀλλ' εἶκον μέχρι οὗ καρπὰ ἐδέοντο αὐτέων, ὡς διέδεξαν· ὡς γὰρ δὴ οἱ Ⓐ Περσέα, περὶ τῆς ἐκείνου ἤδη Ⓐ ἀγῶνα ἐποιεῦντο, περὶ φασιν τὴν Παυσανίεω ὕβριν περιχρήμενοι, ἀπείλοντό τὴν ἡγεμονίην τοῦ Λακεδαιμονίους. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον ἐγένετο. Τότε δὲ οὗτοι Ⓐ καὶ ἐπ' Ἀρτεμίσιον Ἑλλήνων ἀπιχόμενοι, ὡς εἶδον νέας τε πολλὰς καταπεπειραμένας ἐς τὰς Ἀφέτας, καὶ στρατιῆς ἄπαντα πλέα, ἐπεὶ αὐτοῖσι τάδε δόξαν τὰ πρήγματα τῶν βαρβάρων ἀπέβαινε ἢ ὡς αὐτοὶ κατεδόκεον, καταρρωδήσαντες, ὁρμὸν ἐβουλεύοντο ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου ἔσω ἐς τὴν Ἑλλάδα. γνόντες δὲ σφέας Ⓐ Εὐβοέες ταῦτα βουλευομένους, ἐδέοντο Εὐρυβιάδεω μεῖναι χρόνον ὀλίγον· ἔστι σφι αὐτοῖσι τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας ἐκεκλέωνται. ὡς δὲ οὐκ ἔπειθον, μεταβαίνουσι, Ⓐ Ἀθηναίων στρατηγὸν πείθουσι Θεμιστοκλέα ὑπὲρ μισθῶ τριήκοντα ταλάντοισι, ἐπ' ᾧ τε καταμείναντες, περὶ τῆς Εὐβοίης ποιήσονται τὴν ναυμαχίην. Ὁ δὲ Θεμιστοκλέης τοῦ Ἕλληνας ὑπομένειν ὧδε ποιέει· Εὐρυβιάδεω τοὐτέων τῶν χρημάτων μεταδιδοῖ πέντε τάλαντα, ὡς παρ' ἑωυτῶ δῆθεν δίδοι. ὡς δὲ Ⓐ οὐκ ἐπείθετο, ἀνεπέπειστο, ἀδείμαντος γὰρ ὁ Ὠκύτου, Κορίνθιος στρατηγὸς, τῶν λοιπῶν ναυάρχων μοῦνος, φάρμος ἀποπλώσεσθαί τε ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου, καὶ οὐ παραμενέειν· περὶς δὴ τοῦτον εἶπε ὁ Θεμιστοκλέης ἐπομόσας, Οὐ σύγε ἡμέας ἀπολείψεις. ἐπεί τοι ἐγὼ μέζω δῶρα δώσω, ἢ βασιλεὺς ἄν τοι ὁ Μήδων πέμψειε ἀπολιπόντι τοὺς συμμάχους. ταῦτά τε ἅμα ἠγόρευε, καὶ πέμπει ὅτι τῶν νέα τοῦ Ἀδειμάντου, τάλαντα ἀργυρίου τρία. οὗτοί τε δὴ πληθύοντες δώροισι, ἀναπεπεισμένοι ἦσαν, καὶ τοῖσι Εὐβοέεσι σκεδάει- ἀναπεπεισμένοι δώροισι δὴ ναπ.
σο· αὐτός τε ὁ Θεμιστοκλέης ἐκέρδηνε, ἐλανθάνε δὲ τὰ λοιπὰ ἔχων· ἀλλ' ὑπισάμενοι Ⓐ μεταλαβόντες τουτέων τῶν χρημάτων, ὅτι τῶν Ἀθηναίων ἐλθεῖν ὑπὲρ τοῦτο τὰ χρήματα. Οὕτω δὴ καὶ ἐμειναν τε ἐν τῇ Εὐβοίῃ, καὶ ναυμάχησαν. ἐγένετο δὲ ὧδε· ἐπεί τε δὴ ἐς τὰς Ἀφέτας περὶ δείλην πρωΐην ἡμέρην ἀπίκατο Ⓐ βάρβαροι, πυθόμενοι μὲν ἔτι καὶ πρότερον περὶ Ἀρτεμίσιον ναῦς ἀγχόθεν νέας Ἑλληνίδας ὀλίγας, τότε δὲ αὐτοὶ ἰδόντες, ὁρμηθέντες ἐπιχειρέειν ἐπὶ κως ἔλθοιεν αὐτὰς. ἐκ μὲν δὴ τοῦ παρόντος πρὸς-

1 In Græciæ interiora.

πλοίην ἄκω σφι ἐδόκεε, τῷ δὲ ἐξενέκα· μὴ κως ἰδόντες οἱ Ἕλληνες τοὺς πλοίονται, ἐς φυγὴν ὁρμήσειαν, φθάσαντάς τε δύφεγη καταλάβοι. καὶ ἔδοξον δῆθεν ἐκφοβῦξεσθαι. ἐδέκε δὲ μὴ δεδιέναι τὸν ἐκείνων λόγον, ἐκφυγόντα τοὺς ἐμβήσεσθαι. Πρὸς ταῦτα ὧν τάδε ἐμηχανέοντο· τῶν νεῶν ἀπασέων ἀποκρίναντες δικοσίας, τοὺς ἐπέμποντο ἔξωθεν Σκιάθου, ὡς ἂν μὴ ὀφθέωσι ὑπὸ τῶν πολεμίων τοὺς πλέουσαι Εὐβοίην, κατά τε Καφηρέα, καὶ τοὺς Γεραιστόν, ἐς (ιγ) Εὔριπον, ἵνα δὴ τοὺς λάβοιεν. ⓐ μὲν, ταύτην ἀπικόμενοι, καὶ φράξαντες αὐτέων τὴν ὀπίσω φέρουσαν ὁδὸν, σφέας δὲ ὀπιασόμενοι ἔχ ἐναντίης. Ταῦτα βουλευσάμενοι, ἀπέπεμπον τῶν νεῶν τὰς κατηδείσας· αὐτοὶ δὲ οὐκ ἐν νόῳ ἔχοντες ταύτης τῆς ἡμέρης τοῖσι Ἕλλησι ὀπιδήσεσθαι, οὐδὲ τοὺς πρότερον ἢ ὃ σιῶπημά σφι ἔμελλε φανήσεσθαι τοὺς τῶν πολεμίων πλεόντων, ὡς ἥκόντων. ταύτας μὲν δὴ προλέπεμπον. τῶν δὲ λοιπέων νεῶν ἐν τῇσι Ἀφέτῃσι ἐποιεῦντο (ιδ) ἀριθμόν. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἐν ᾧ ὅτοι ἀριθμὸν ἐποιεῦντο τῶν νεῶν, ἐνῆν δὲ ἐν ᾧ τραπέζῳ τούτῳ Σκυλλίης Σκιωναῖος, δύτης τῶν τότε ἀνθρώπων ἄριστος· ὃς καὶ ἐν τῇ ναυηγίῃ τῇ περὶ τὸ Πήλιον γλυμμένῃ, πολλὰ μὲν ἔδωσε τῶν χρημάτων τοῖσι Πέρσῃσι, πολλὰ δὲ καὶ αὐτὸς περιεβάλετο· ἦν ὁ Σκυλλίης ἐν νόῳ μὲν ἔτι ἄρα καὶ πρότερον αὐτομολήσειν ἐς τοὺς Ἕλληνας, ἀλλ' οὐ γὰρ ⓐ πρόφαρι, ὡς τότε. ὁτεῳ μὲν δὴ τρόπῳ τὸ ἐνθεῦτεν ἐς ἀπίκετο ἐς τοὺς Ἕλληνας, οὐκ ἔχω εἰπεῖν ἀτρεκέως· θωυμάζω δὲ εἰ τὰ λεγόμενα ἐστὶ ἀληθέα. λέγεται γὰρ ὡς ἐς Ἀφετέων δὺς ἐς τὸν θάλασσαν, οὐ πρότερον ἀνέσχε πρὶν ἢ ἀπίκετο ὅτι τὸ Ἀρτεμίσιον, σταδίους μάλιστά κη τούτους ἐς ὀγδώκοντα διὰ τὸ θαλάσσης διεξελθών. λέγεται μὲν νέων καὶ ἄλλα ψευδέσι [μοῖρα] ἐοικότα περὶ τοῦ ἀνδρὸς τούτου· τὰ δὲ μετεξέτερα, ἀληθέα. περὶ μέντοι τούτου γνώμην μοι ἀποδεδέχθω, πλοίῳ μιν ἀπικέσθαι ὅτι τὸ Ἀρτεμίσιον. ὡς δὲ ἀπίκετο, αὐτίκα ἐσήμηνε τοῖσι στρατηγοῖσι τῶν τε ναυηγίων, ὡς ἦλθοιτο, καὶ τὰς προεμπρησθείσας τῶν νεῶν περὶ Εὔβοιαν. Τοῦτο δὲ ἀκούσαντες ⓐ Ἕλληνες, λόγον σφι αὐτοῖσι ἐδίδοσαν. πολλῶν δὲ λεχθέντων, σφέας, τὴν ἡμέρην ἐκείνην αὐτοῦ μείναντάς τε καὶ αὐλισθέντας, μετέπειτα νύκτα μέσην πρήσσοντας, πορεύεσθαι, καὶ ἀπορτᾶν τῇσι περιπλεούσῃσι τῶν νηῶν. μετὰ δὲ τοῦτο, ὡς οὐδεὶς σφι ἐπέπλωε, δείλην ὀψίην γινομένην τῆς ἡμέρης φυλάξαντες, αὐτοὶ ἐπανέπλωον ὅτι τοὺς βαρβάρους, ἀπόπειραν

dendum non videbatur, ne Græci, conſpectis ipſis obuiam tendentibus, fugam capeſſerent, [1] noxque fugientes exciperet. Sed euenire oportebat vt hi effugerent, & illorum inſidiantium ne ſacrificulus quidem euaderet. Igitur VII ad hanc rem tranſigendam hoc ſunt machinati: Ducentas ex omnibus nauibus delectas extra Sciathum circumagunt, iuxta Capharea & Geræſtum ad EVripum, ne circumuehentes EVbœam ab hoſte cernerentur, ſed eum circumuenirent: ducentis quidem nauibus quæ hac irent, viam quæ retro ferebat obſepientibus, reliqua vero claſſe ex aduerſo ingruente. Hoc capto conſilio quas conſtituerant naues miſerunt, non habentes in animo ipſi eo die Græcos adoriri, nec priuſquam ſignum quod conuenerat cum iis qui circumuehebantur, ab illis ederetur iam de ſuo aduentu. His circummiſſis nauibus, reliquarum apud Aphetas numerum inibant. In quibus recenſen- VIII dis dum occupati ſunt, Scyllias quidam Scionæus qui iiſdem in caſtris erat, omnium ea tempeſtate hominum optimus vtinator, qui etiam in naufragio ad Pelium facto multam pecuniam Perſis ſeruauit, multa & ſibi lucratus eſt: Hic Scyllias iampridem in animo habuerat ad Græcos tranſire, ſed quum ad eam diem non fuiſſet nactus occaſionem, tunc ad Græcos transfugit. Sed incertũ quonam modo illinc tranſierit. demirot tamen ſi verum eſt quod refertur. refertur enim, quum ex Aphetis mare ſubiiſſet, non prius emerſiſſe quam ad Artemiſium peruenit, octoginta ferme maris ſtadia emenſus. De hoc viro & alio memorantur, partim mendaciis ſimilia, partim vera: de quo mihi ea probatur opinio, eum nauigio ad Artemiſium peruenisſe. Is vbi eo peruenit, Græcos certiores fecit & naufragii facti & nauium ad circumeundam EVbœam dimiſſarum. Hoc illi IX audito inter ſe colloquuti ſunt: & quum multæ eſſent ſententiæ dictæ, illa euicit vt eum diem illic maneretur & in ſtatione perſtaretur: dehinc media nocte ſoluentes proficiſcerentur, & claſſi hoſtium quæ circumageretur occurrerent. Poſt, vbi nemo ſe ex aduerſo fert, obſeruato diei crepuſculo, ipſi feruntur in barbaros, animo expe-

[1] Noxque fugientes exciperet. alioqui enim euaſiſſent. quum tamen, vt quidem illi conſilium inibant, ne igniferum quidem fuga ſupereſſe oporteret. Q. d. *Rationem enim inire volebant qua omnes ad vnum in ſuas manus venirent, & ne igniferquidem elaberetur. Eſt enim κατὰ λόγον quod dicimus A leur conte, aut, Selon qu'ils faiſoyent leur conte.*

riundæ fortunæ cum in pugnando tum
x in perrumpendo. Quos Xerxiani milites ducesque paucis cum nauibus venientes in se conspicati, magnæ hoc illis dementiæ dantes,& ipsi naues educunt, sperantes facile se illos ire interceptum. merito sane id sperantes, quod viderent paucas Græcorum naues, suas vero multo plures atque velociores.itaque præ contemptu illos in medio concludunt.Ex Ionibus tamen illi qui Græcis bene volebant, inuiti militabant, magnæ calamitatis loco ducentes quod viderent circumueniri illos, quorum neminem animaduerterent esse redditurum: adeo enim infirmæ res Græcorum esse videbantur. At ii Iones quibus id quod fiebat voluptati erat, pro se quisque adnitebatur vt ipse primus aliqua naui Athenienſium capta, donum ab rege acciperet. Nam apud exercitum plurimus erat per hos de Athenixi ensibus sermo atque respectus. Græci, vbi eis signum datum est, primùm conuersis in barbaros proris, puppes in medium coegerunt: deinde secundo signo dato, opus capessunt, quanquam in exiguo spatio deprehensi,& à fronte. mox triginta barbarorum naues excipiunt, in quibus & Philaonem Chersis filium,Gorgis Salaminiorum regis germanum,& in eo exercitu virum eximium. Græcorum autem primus nauem hostium cepit vir Athenienſis Lycomedes Æschrei filius: idemque palmam rei bene gestæ retulit. In hac pugna quum inuicem nunc hi nunc illi superiores essent, interuentu noctis diremptì sunt : & Græci quidem Artemisium reuecti, barbati vero ad Aphetas, multo maius opinione sua certamen experti.In hoc prœlio,solus è Græcis qui cum rege erant, Antidorus Lemnius ad Græcos transfugit: quem Athenienses ob eam rem tractu soli in
xii Salamine donarunt. Vbi nox adfuit (erat autem anni tempus mediæ æstatis) immensa vis aquarum extitit per totam noctem, & dura tonitrua à Pelio. Cadauera quoque ac [1] naufragia ad Aphetas efferebantur, & circa [2] nauium proras excipiebantur, & remorum palmulas perturbabant. Hæc audientes qui illic erant milites, metu cõsternabantur, credentes se esse vtique perituros, vt qui in tantum malorum

αὐτέων ποιήσασθαι βουλόμενοι τῆς τε μάχης καὶ τοῦ διεκπλόου. Ὀρέοντες δὲ σφέας οἵ τε ἄλλοι στρατιῶται ⓐ Ξέρξεω καὶ ⓐ στρατηγὸὶ ἐπιπλώοντας νηυσὶ ὀλίγῃσι, πάγχυ σφι μανίῃ ἐπενείκαντες, αἴτηγε καὶ αὐτοὶ τὰς νέας, ἐλπίσαντες σφέας ῥηϊτέως αἱρήσειν· εἰκότα κάρτα ἐλπίσαντες. τὰς μὲν γὰρ τῶν Ἑλλήνων ὁρέοντες ὀλίγας νέας, τὰς δὲ ἑωυτῶν, πλήθεί τε πολλαπλασίας, καὶ ἄμεινον πλωούσας, καταφρονήσαντες ταῦτα, ἐκυκλοῦντο
10 αὐτὰς ἐς μέσον. ὅσοι μὲν νεὼν τῶν Ἰώνων ἔσαν σύ- κ.ωστιν νοοι τοῖσι Ἕλλησι, ἀέκοντές τε ἐστρατεύοντο, συμφορῇ τε ἐποιεῦντο μεγάλῃ, ὁρέοντες περιεχομένους αὐτέας, καὶ ὑπισάμενοι ὡς τάχιστα αὐτέων ἀπονοστήσειν· (οὕτω ἀσθενέα σφι ἐφαίνετο εἶναι τὰ τῶν Ἑλλήνων πρήγματα) ὅσοισι δὲ καὶ ἡδομένοισι ἐῶ δὲ γινόμενον, ἄμιλλαν ἐποιεῦντο ὅκως ἕκαστος αὐτέων πρῶτος νέα Ἀττικὴν ἕλῃ, δῶρα πολλὰ βασιλέος λάμψηται. Ἀθηναίων γὰρ αὐτοῖσι λόγος ἐῶ πλεῖστος ἀνὰ τὰ στρατόπεδα. Τοῖσι
20 δὲ Ἕλλησι ὡς ἐσήμηνε, πρῶτα μὲν, αὐλὸς πρέσβι τοῖσι βαρβάροισι γινόμενοι, ἐς δὲ μέσον τὰς πρύμνας σωτήραν· δεύτερα δὲ σημήναντος, ἔρρηγόν τε ἐπίεσάν τε ἐν ὀλίγῳ πάντας ἀπολαμφθέντες, καὶ κατέσημα. ἐπλέοντο τριήκοντα νέας αἱρέοσι τῶν βαρβάρων, καὶ ⓐ Γόργου τοῦ Σαλαμινίων βασιλέος ἀδελφεὸν Φιλάονα ⓐ Χέρσιος, λόγιμον ἐόντα ἐν τοῖ στρατοπέδῳ ἄνδρα. πρῶτος δὲ Ἑλλήνων νέα τῶν πολεμίων εἷλε ἀνὴρ Ἀθηναῖος Λυκομήδης Αἰσχρέου, καὶ τὸ ἆθλον ἔλαβε οὗτος. τοῦ
30 δ' ἐν τῇ ναυμαχίῃ ταύτῃ ἑτεραλκέως ἀγωνιζομένους νὺξ ἐπελθοῦσα διέλυσε. ⓐ μὲν δὴ Ἕλληνες ὑπὸ τὸ Ἀρτεμίσιον ἀπέπλεον, ⓐ δὲ βάρβαροι ἐς τὰς Ἀφέτας, πολλὸν παρὰ δόξαν ἀγωνισάμενοι. ἐν ταύτῃ τῇ ναυμαχίῃ Ἀντίδωρος Λήμνιος, μούνος τῶν σὺν βασιλέι Ἑλλήνων ἐόντων, αὐτομολέει ἐς τοὺς Ἕλληνας, καὶ ⓐ Ἀθηναῖοι διὰ τοῦτο τὸ ἔργον, ἔδοσαν αὐτῷ χῶρον ἐν Σαλαμῖνι. Ὡς δ' οὐ φθόνη δ' ἐγεγένεε, ἐῶ μὲν τῆς ὥρης μέσον θέρος, ἐγίνετο δὲ ὕδωρ τε ἄπλετον διὰ πάσης τῆς
40 νυκτός, καὶ βρονταὶ σκληραὶ ἀπὸ τοῦ Πηλίου· ⓐ δὲ νεκροὶ καὶ τὰ ναυήγια ἐξεφέροντο ἐς τὰς Ἀφέτας· καὶ σφέας τε τὰς πρῴρας τῶν νεῶν εἱλέοντο, καὶ ἐπάρασσον τοὺς ταρσοὺς τῶν κωπέων. ⓐ δὲ στρατιῶται ⓐ ταῦτα ἀκούοντες ταῦτα, ἐς φόβον καθίσταντο, ἐλπίζοντες πάγχυ ἀπολέεσθαι, ἐς οἷα κακὰ

1 *Id est, Res naufragio demersa.* 2 Nauium proris aduoluebantur,

ἦκον. τῶν γὰρ ἢ καὶ ἀναπνεῦσαι σφέας ἐκ τε τῆς
ναυηγίης καὶ τοῦ χειμῶνος τοῦ ἠρεμέοντος κατὰ Πήλι-
296 ον, ὑπῆλθε ναυμαχίη καρτερή· ἐκ δὲ τῆς ναυ-
μαχίης, ὄμβρος τε λάβρος, καὶ ῥεύματα ἰσχυρὰ
κατὰ θάλασσαν ὠρμημένα, βρονταί τε σκληραί.
καὶ τούτοισι μὲν τοιαύτη νὺξ ἐγένετο. Τοῖσι δὲ τα-
χθεῖσι αὐτέων περιπλώειν Εὔβοιαν, ἡ αὐτὴ ὧδε ἐοῦ-
σα νὺξ, πολλὸν ἦν ἔτι ἀχειοτέρη, τοσούτῳ ὅσῳ ἐν
πελάγεϊ φερομένοισι ἐπέπιπτε. καὶ ὃ τέλος σφι
ἐγένετο ἄχθος. ὡς γὰρ δὴ πλέοισι αὐτοῖσι χειμών
τε καὶ τὸ ὕδωρ ἐπεγίνετο, ἐοῦσι κατὰ κοίλα τῆς
Εὐβοίης, φερομένοισι τῷ πνεύματι, καὶ οὐκ εἰδόσι
τῇ ἐφέροντο, ἐξέπιπτον πρὸς τὰς πέτρας. ἐποι-
έετό τε πᾶν ὑπὸ θεοῦ ὅκως ἂν ἐξισωθείη τοῖ Ἑλ-
λήνων τὸ Περσικόν, μηδὲ πολλῷ πλέον εἴη. οὗτοι
μὲν νυν περὶ τὰ κοίλα τῆς Εὐβοίης διεφθείροντο.
Οἱ δὲ ἐν Ἀφέτῃσι βάρβαροι, ὡς σφι ἀσμένοισι
ἡμέρη ἐπελάμψε, ἀτρέμας τε εἶχον τὰς νέας
καὶ σφι ἀπεχρέετο κακῶς πρήσσουσι ἡσυχίην ἄ-
γειν ἐν τῷ παρεόντι. Τοῖσι δὲ Ἕλλησι ἐπεβοήθε-
ον νέες τριῆρεις καὶ πεντήκοντα Ἀττικαί. αὗται τε δὴ
σφέας ἐπέρρωσαν ἀπικόμεναι, καὶ ἅμα ἀγγελίη
ἐλθοῦσα, ὡς τοὺς βαρβάρων ⓐ περιπλέοντες τὴν
Εὔβοιαν πρόπαν εἶεν διεφθαρμένοι ὑπὸ τοῦ χει-
μῶνος χειμῶνος. Φυλαξάντων δὴ τὴν αὐτὴν ὥ-
ρην, πλώοντες ἐπέπεσον νηυσὶ Κιλίσσῃσι. ταύτας
δὲ διαφθείραντες, ὡς δύφεσίη ἐγίνετο, ἀπέπλω-
ον ὀπίσω ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον. Τρίτῃ δὲ ἡμέρῃ
δεινόντι ποιησάμενοι ⓐ στρατηγοὶ τῶν βαρβάρων,
νέας οὕτω σφι ὀλίγας λυμαίνεσθαι, καὶ τὸ ἀπὸ Ξέρ-
ξεω δειμαίνοντες, οὐκ ἀξιέμεινάν σφι ἔτι τοὺς Ἕλληνας
μάχης ἄρξαι, ἀλλὰ περιελθόντες, κατὰ μέ-
σον ἡμέρης αἴνυσαν τὰς νέας. σιωπῇ δὲ ὥστε πᾶς
αὐτὰς ἡμέρῃσι τῇσι ναυμαχίας γενέσθαι ταύτας καὶ
τὰς πεζομαχίας τὰς ἐν Θερμοπύλῃσι. ἐπὶ δὲ πᾶσι
ὁ ἀγὼν τοῖσι κατὰ θάλασσαν ὧδε τῷ Εὐείπου, ὥσ-
περ τοῖσι ἀμφὶ Λεωνίδεα, τὴν ἔσοδον φυλάσσειν.
ⓐ μὲν δὴ προεκελεύοντο ὅκως μὴ πρήσσοι ἐς τὴν
Ἑλλάδα τοὺς βαρβάρους, ⓐ δὲ ὅκως τὸ Ἑλληνικὸν
φρόνημα διαφθείραντες, τὸν πόρον κρατήσωσι.
Ὡς δὲ τάξαμενοι ⓐ Ξέρξεω ἐπέπλωον, ⓐ Ἕλλη-
νες ἀτρέμας εἶχον τοῖς περὶ Ἀρτεμίσιον. ⓐ δὲ
βάρβαροι μηνοειδὲς ποιήσαντες τὴν νέα, ἐκυ-
κλοῦντο ὡς περιλάβοιεν αὐτούς. ἐνθεῦτεν ⓐ Ἕλληνες

deuenissent: quippe quos, antequam respirassent è naufragio & tempestate quę ad Pelion extiterat, excepisset atrox pugna naualis, ex pugna nauali vehemens imber & validi aquarum in mare discursus, ac dura tonitrua. Et istis quidem huiusmodi nox contigit. At iis XIII
quibus negocium datum erat vt EVbœam circumirent, quanquam eadem nox, tamen etiam multo atrocior erat: tanto quidem, quanto maiùs est quod eos dum in pelago ferrentur inuasit: adeo vt tristis exitus fuerit. Vt enim eos cursum tenentes tempestas ac pluuia adorta est, quum essent ad concaua EVbœæ, ac flatu ferrentur, ignari quo ferrentur, ad petras impingebantur. Et id omne à deo fiebat, quo Græcæ classi par redderetur id nauium quod supererat, nec multo plus foret. Atque hi quidem circa EVbœæ concaua periere. XIV
Barbari vero qui apud Aphetas erant, vbi ipsis libentibus dies illuxit, [1] naues suas stabilierunt, satis habentes, quũ male rem gessissent, quietem agere in præsens. At Græcis auxilio tres & quinquaginta naues Atticæ superuenere: quæ suo aduentu illis tum animum addiderunt, tum nuncium attulerunt, eos barbaros qui EVbœam circumuehebantur, tempestate illa quæ extiterat cunctos interisse. Itaque Græci eadem qua pridie obseruata hora profecti, naues Cilicum inuasere. Quas vbi corrupere, & nox aduenit: iterum se ad Artemisium receperunt. Tertio die bar- XV
barorum duces, tum indigne ferentes [2] à tantula se classe vexari, tum â Xerxe supplicium timentes, non expectandum sibi amplius censuerunt vt Græci priores pugnam capesserent, sed instructas naues circa meridiem eduxerunt. Contigit autem vt per hos eosdem dies & hæc naualia prœlia & illa in Thermopylis terrestria gererentur. Erat autem omne certamen his in mari de EVripo, quemadmodum illis qui cum Leonide erant de transitu arcendo. & Græci quidem sese adhortabãtur ne barbaros intrare Græciã sinerent: barbari vero, vt Græcorum copiis profligatis, transitu potirentur. Procedente autem Xer- XVI
xianorũ classe in aciem ordinata, dum Græci se apud Artemisium immotos tenerent, tunc eos barbari, vt comprehenderent, lunata classe circumdabant. Ibi Græci

1 Naues suas loco non mouebant. *Vel, Naues immotas sinebant.* 2 Se tantulam suam classem profligare. *Id est, In periculum conijcere ne profligaretur à Græcis.*

ex ad-

ex aduerso prodeuntes conflixere. Qua in pugna pari marte pugnatum est. nam Xerxiana classis præ magnitudine & copia sua in se incidebat, perturbatis nauibus & mutuo incursantibus: resistebat tamen neque cedebat. Indigna enim res videbatur, à paucis nauibus in fugam conuerti. Itaque multæ Græcorum naues interibant, multi etiam viri, sed multo plures barbarorum & naues & viri: atque ita dimicantes vtrique ab
XVII alteris abscessere. Hoc in prœlio Xerxianos inter milites optimam Ægyptii nauauerunt operam, cum aliis magnis editis operibus, tum hoc quod quinque Græcas naues cum ipsis propugnatoribus cepere. E Græcis autem eo die præstantissimi extitere Athenienses, & inter Athenienses Clinias Alcibiadis filius: qui domestico sumptu ac propria
XVIII naui cum ducentis viris militabat. Vbi vtrique libenter in diuersum abiere, ad suas stationes sese recepere. Græci autem diremptο prœlio reuecti, etsi cæsorum corporibus ac naufragiis potiti erant, tamen quod male affecti essent, præcipueque Athenienses (quorum dimidium nauium vulneratum erat) de fugiendo [1] in vlteriora Græciæ deliberabant.
XIX Themistocles, reputans, si ab amicitia barbari Iones & Cares abduceret, fieri posse vt reliquos superarent, dum EVbœenses pecora ad mare propellunt, illuc duces contraxit, eisque dixit se astutiam quandam habere, qua speraret optimos quosque sociorum ab rege abductum iri. Hactenus rem enudauit, addiditque, ad eam transigendam hoc ab illis agendum esse, vt EVbœicorum pecorum quantum vellet quisque mactaret. satius enim esse suorum copiis illos potiri quam hostem. Ac monuit vt suis quisque popularibus præciperet ignem accendere: sibi autem de discessu sub tempus opportunum curam fore, vt sine noxa abirent. Hoc illis probatum quum esset, accensis ignibus ad pecora
XX est itum. Nam EVbœenses, contempto Bacidis oraculo, tanquam nihil dicente, neque exportauerant quicquam, neque importauerant: & velut impendente eis bello, res sibi quoque ipsis obscuras effecerant. ita enim habebat de his oraculum Bacidis,

Dum iuga barbaricus canabacea iactat in æquor,
EVbœa capræ mugientes fac procul absint.

ἐπῳρέπλεόν τε καὶ σωέμισγον. ἐν ταύτῃ τῇ ναυμαχίῃ τῷδε πλήσιοι ἀλλήλοισι ἐγένοντο. ὁ γὰρ Ξέρξεω στρατὸς ἐπὶ μεγάθεός τε καὶ πλήθεος, αὐτὸς ἐπ' ἑωυτῷ ἔπιπτε, ταρασσομένων τε τῶν νεῶν καὶ ἐμπιπτουσέων ἐς ἀλλήλας· ὅμως μέντοι ἀντεῖχε, καὶ οὐκ εἶκε. δεινὸν γὰρ χρῆμα ἐποιέοντο, ὑπὸ νεῶν ὀλίγων ἐς φυγὴν τραπέσθαι. πολλαὶ μὲν δὴ τῶν Ἑλλήνων νέες διεφθείροντο, πολλοὶ δὲ ἄνδρες, πολλῷ δὴ ἐπὶ πλείονες νέες τε τῶν βαρβάρων καὶ ἄνδρες. οὕτω ἀγωνιζόμενοι, διέτησαν χωρὶς ἑκάτεροι. Ἐν ταύτῃ τῇ ναυμαχίῃ Αἰγύπτιοι μὲν τῶν Ξέρξεω στρατιωτέων ἀείσθυσαν· οἳ ἄλλά τε μεγάλα ἔργα ἀπεδέξαντο, καὶ νέας αὐτοῖσι ἀνδράσι ἕλον Ἕλληνίδας πέντε. τῶν δὲ Ἑλλήνων κατὰ ταύτην τὴν ἡμέρην ἀείσθησαν Ἀθηναῖοι, καὶ Ἀθηναίων Κλεινίης ὁ Ἀλκιβιάδεω· ὃς δαπάνῃσι οἰκηίῃσι πρεχόμενος, ἐς ἑκατὸν ἀνδράσι τε διηκοσίοισι καὶ οἰκηίῃ νηΐ. Ὡς δὲ διέτησαν ἀγώμενοι ἑκάτεροι, ἐς ὅρμον ἀπείγοντο. Ⓐ δὲ Ἕλληνες, ὡς μαχρισθέντες ἐκ τῆς ναυμαχίης ἀπηλλάχθησαν, τῶν μὲν νεκρῶν καὶ τῶν ναυηγίων ἐπεκράτεον, πεπηρεώσθαι δὲ ἐφρόντιζον, καὶ οὐκ ἧκιστα Ἀθηναῖοι, τῶν αἱ ἥμισεαι τῶν νεῶν τετρωμέναι ἦσαν, δρησμὸν δὴ ἐβουλεύοντο ἔσω ἐς τὴν Ἑλλάδα. Νόῳ δὲ λαβὼν ὁ Θεμιστοκλέης ὡς εἰ ἀποῤῥαγείη ἀπὸ τοῦ βαρβαρικοῦ τό, τε Ἰωνικὸν καὶ τὸ Καρικὸν φῦλον, οἱοίτε εἵησαν τῶν λοιπῶν κατύπερθε γενέσθαι, ἐλαυνόντων τὲ Εὐβοέων πρόβατα ὅτι πλεῖστα ἐπὶ θάλασσαν ταύτην, συλλέξας τοὺς στρατηγοὺς, ἔλεγέ σφι ὡς δοκέοι ἔχειν τινὰ παλάμην, τῇ ἐλπίζοι τὸν βασιλέος συμμάχων ἀπὸς ἥσειν τοὺς ἀρίστους. ταῦτα μὲν νυν ἐς τοσοῦτο προηγόρευον. ὅτι δὲ τοῖσι κατήκουσι πρήγμασι τάδε ποιητέα εἶναί σφι ἔλεγε· τῶν τε προβάτων τῶν Εὐβοϊκῶν ὅ τι χρῆσθαι ἐθέλοι καταθύειν. χρέωνται γὰρ εἰ τῷ τρόπῳ ἔχειν ἢ τοὺς πολεμίους. προαινέετε τε προφάσιν τοῖσι ἑωυτῶν ἑκάστοις πυρὶ ἀναχάζειν, κομιδῆς γὰρ πέρι τῆς ὥρης αὐτὸς μελήσειν· ὥστε ἀσινέας ἀπικέσθαι ὅτι τὴν Ἑλλάδα. Ταῦτα ἤρεσέ σφι ποιέειν καὶ αὐλίκα πῦρ ἀνακαυσάμενοι, ἐτράποντο πρὸς τὰ πρόβατα. Οἱ γὰρ Εὐβοέες πρόβατα ἐκ Ⓐ μάρου Βάκιδος χρησμὸν ὡς οὐδὲν λέγοντα, ὅτ' ἐξεκόμισαν οὐδὲν, οὔτε προεσάξαντο, ὡς πρεσομένου σφι πολέμου. προπετέα τε ἐποιήσαντο σφίσι αὐτοῖσι τὰ πρήγματα. Βάκιδι γὰρ ὧδε ἔχει περὶ τούτων ὁ χρησμός,

Φράζεο, βαρβαρόφωνον ὅτ' ἐν ζυγὸν εἰς ἅλα βάλλῃ
Βύβλινον, Εὐβοίης ἀπέχειν πολυμηκέας αἶγας.

297

1 In Græciæ interiora

τόποισι ὁ ὁδὲν τοῖσι ἔπεσι χρηζομένοισι ἐν τοῖσι
πότε πρεοδοί τε καὶ προσδοκίμοισι κακοῖσι, πρὶν
σφι συμφορὴ χρῆσθαι πρὸς τὰ μέγιστα. Οἱ μὲν
δὴ ταῦτα ἔφρασαν, πρὶν ὁ ἐκ Τρηχῖνος κα-
τάσκοπος. ἦν μὲν γὰρ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ κατάσκο-
πος Πολύας, γένος Ἀντικυρεύς, τῷ προστέτακτο
καὶ εἶχε πλοῖον κατῆρες ἑτοῖμον, εἰ παλίσσειε ὁ ναυ-
ηγὸς θέλοις, σημήνειν τοῖσι ἐν Θερμοπύλῃσι ἐόσι.
ὡς δ' αὖτως ἦν Ἀβρώνυχος ὁ Λυσικλέος Ἀθη-
ναῖος καὶ αὐτὸς Λεωνίδῃ ἕτοιμος τοῖσι ἐπ' Ἀρτεμι-
σίῳ ἐοῦσι ἀγγέλλειν τεινηντέρῳ ἦν τι καταλαμ-
βάνῃ νεώτερον ἢ πρόσθεν. ἔστι δὲ ὁ Ἀβρώνυχος ἀπὸ
κόμψου ἐσήμαινέ σφι τὰ γεγενότα περὶ Λεωνίδεα
καὶ ἢ στρατὸν αὐτοῦ. ἅ ὁ, ὡς ἐπύθοντο ταῦτα, οὐκέτι
ἐς ἀναβολὰς ἐποιεῦντο τὴν ἀποχώρησιν, ἀλλὰ ἐκομίζοντο ὁ
ὡς ἕκαστοι ἐτάχθησαν. Κορίνθιοι μὲν πρῶτοι, ὕστατοι
δὲ, Ἀθηναῖοι. Ἀθηναίων δὲ νέας τὰς ἀρίστα
πλωούσας ἐπιλεξάμενος Θεμιστοκλέης, ἐπορεύε-
το πρὸς τὰ πότιμα ὕδατα, ἐντάμνων ἐν τοῖσι λίθοισι
γράμματα, τὰ Ἴωνες ἐπελθόντες τῇ ὑστεραίῃ ἡμέ-
ρῃ ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον, ἐπελέξαντο. τὰ δὲ γράμματα
τάδε ἔλεγε, Ἄνδρες Ἴωνες, οὐ ποιέετε δίκαια ἐπὶ
τοὺς πατέρας στρατευόμενοι, καὶ τὴν Ἑλλάδα κα-
ταδουλεύμενοι. ἀλλὰ μάλιστα μὲν πρὸς ἡμέων γί-
νεσθε· εἰ δὲ ὑμῖν ἐστὶ τοῦτο μὴ δυνατὸν ποιῆσαι, ὑμέας
ἔτι καὶ νῦν ἐκ τοῦ μέσου ἡμῖν ἵστασθε καὶ αὐτοὶ, καὶ τὴν
Καρῶν δέεσθε τὰ αὐτὰ ὑμῖν ποιέειν. Εἰ δὲ μηδέτε-
ρα τούτεων οἷόντε γίνεσθαι, ἀλλ' ἐπ' ἀναγκαίης
μέζονος κατέζωσθε ἢ ὥστε ἀφίστασθαι, ὑμέας γε
ἐν τῷ ἔργῳ, ἐπεὰν συμμίσγωμεν, ἐθελοκακέοντε,
μεμνημένοι ὅτι ἀπ' ἡμέων γεγένασθε, καὶ ὅτι ἀρχὴ-
θεν ἡ ἔχθρη τοῖσι βαρβάροισι ἀπ' ὑμέων ἡμῖν γέ-
γονε. Θεμιστοκλέης ὁ ταῦτα ἔγραφε, δοκέων ἐμοὶ,
ἐπ' ἀμφοτέρωσι νεόων, ἵνα ἢ λαθόντα τὰ γράμματα
βασιλέα, Ἴωνας ποιήσῃ μεταβαλεῖν ἢ ἀμέλει πρὸς
ἑωυτῶν, ἢ, ἐπεί τε αἰνέχθῃ, καὶ ὑποβληθῇ πρὸς Ξέρ-
ξεα, ἀπίστους ποιήσῃ τοὺς Ἴωνας, καὶ τῶν συμμαχέ-
ων αὐτοὺς ἀπόσχῃ. Θεμιστοκλέης μὲν νυν ταῦ-
τα ἐνέγραψε. Τοῖσι δὲ βαρβάροισι αὐτίκα μετὰ
ταῦτα πλοίῳ ἦλθε αὐτὸς Ἰστιαῖος, ἀγγέλων πρὸς
σμὸν πρὸς Ἀρτεμισίῳ τὴν Εὐβοίων. ἅ δ' ὡς
ἀπίστης πρὸς ἀγγέλοντα εἶχον ἐν φυλακῇ, νῆας
ἐς τάχεος ἀπέστειλαν τριακοσιούρους. ἀπαγγει-
λάντων δὲ τούτεων τὰ ἐῶ, οὕτω δὴ ἅμ' ἡλίῳ σκιδνα-
μένῳ πᾶσα ἡ στρατιὴ ἔπλωε ἀλὸς ὅτι ἐς Ἀρτεμίσι-
ον. ὀπτάκοντες δὲ ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ μέχρι μέσου ἡμέρης,

His verſibus quum nihil illi niterentur, tametſi mala tum aderant, tum impendebant, fiebat vt in pleriſq; aduerſa fortuna vterentur. Dum hæc iſti agebant, aduenit ex Trachine ſpeculator. nam erat apud Artemiſium ſpeculator Polyas genere Anticyrenſis, cui datum erat negocium cum expedito nauigio actuario, vt renunciaret iis qui apud Thermopylas erant an claſſis diſceſſiſſet. At Abronychus Lyſiclis filius Athenienſis, apud Leonidem erat paratus cũ lembo ad nunciandum iis qui ad Artemiſium agebant, ſi quid noui pedeſtribus copiis contigiſſet. Hic igitur Abronychus aduenies, indicauit ea quæ circa Leonidem & eius exercitum geſta erant. Qua iſti re audita non iam ſibi differendum abitum putauerunt: ſed vt quique locati erant, abſceſſerunt: primi, Corinthii, poſtremi, Athenienſes. Quorum Athenienſium velociſſimis nauibus delectis, Themiſtocles ad aquas potabiles ſe conferens, in lapidibus litteras incidebat: quas poſtero die Iones ad Artemiſiũ venientes legerunt, in hæc verba: Viri Ione, haud iuſte facitis, militantes aduerſus patres, & Græciam redigentes in ſeruitutem. Sed (quod præcipuum fuerit) ſtate à nobis: ſin hoc facere non poteſtis, [1] ſaltem nunc ſitis in medio, quod & ipſi facite, & Cares vt faciant obſecrate. Quod ſi horum neutrum agere licet, & maiori neceſſitate eſtis obſtricti quã vt poſſitis deſciſcere, in re gerenda, dum pugnam conſeremus, ſponte agatis inſtrenue, memores à nobis vos eſſe oriundos, & inimicitiarum nobis cum barbaro principiũ à vobis extitiſſe. Hęc Themiſtocles (vt arbitror) ancipiti conſilio ſcripſit, vt ſi litterę regem laterent, Ione induceret ad deficiendum à rege ad ſe: ſin ad eum deferrentur, darenturque crimini, [2] infidos eidem redderet Ione, vt à prœliis nauali bus ſummouerentur. Poſtquam autem hæc Themiſtocles inſcripſit, extemplo vir quidam Hiſtiæus nauigio aduectus, barbaris nuncium attulit Græcos ab Artemiſio profugiſſe. Illi homine, quod fidem non haberent, ſeruari iuſſo, naues veloces ad rem explorandam miſerunt. qua re per iſtos nunciata, ſimulatque refulſit ſol, omnis claſſis addenſata ad Artemiſium contendit: vbi ad meridiem vſque immorata,

XXI XXII XXIII

1 *Videntur hic mendoſa eſſe Græca exemplaria: ſed ex coniectura elicitur hic ſenſus*, Et vos è medio nobis ſubducite. *Id eſt, Subducentes vos ne in medium aduerſum nos prodite. Vel, Subducite vos, ne vobis prodeundum ſit, &c. Vocantur autem Athenienſes Ionum patres vt ſupra, pag. 403.* 2 Suſpectos.

mox ad Histiæam processit. Eo appulsi, vrbe Histiæorum potiti sunt, & optimam portionem agri Histiæi maritimosque vicos omnes percursauerunt.

XXIV ¶ Dum isti hoc in loco agunt, Xerxes præparatis quæ ad cæsos pertinebant, præconem ad classiarios mittit. Hæc autem præparauerat. Quicunque è suo exercitu apud Thermopylas cæsi (erant autem viginti millia) eorum mille ferme relictis, ceteros depressa fossa humauit: & ne à classiario exercitu cerni possent, eam humum exagitauit, foliisque constrauit. Præco vbi ad Histiæam peruenit, facto totius exercitus cœtu, hæc dixit, Viri socii, rex Xerxes dat veniam cuicunque libet relictis ordinibus ire visum quemadmodum pugnetur cum amentibus hominibus, qui se superaturos sperauerant copias regis. Hæc denunciante præcone, mox

XXV nihil infrequentius fuit nauigiis: ita multi visere cupiebant. Profecti eo, hos omnes Lacedæmonios esse ac Thespienses credebant qui strati iacebant, quũ etiam [1] seruos cernerent. [2] Itaque res eos qui transmisere non latuit. Hoc Xerxes circa suorum cadauera fecit, rem profecto ridiculam, vt mille iacentes extarent, ceteri vero conferti eundem in locum quater milleni comportati sitique essent. Atque hunc quidem diem in spectaculo consumpserunt: postero autem classiarii Histiæam ad classem remeauerunt. Reliqui qui cum

XXVI Xerxe erant, iter ingressi sunt: ad quos pauci quidam ab Arcadia perfugę venerunt, victus inopes, & operam suã præstare cupientes: qui in conspectum regis adducti, interrogatique cum ab aliis Persis, tum vero à quodã præcipue, de Græcis, quidnam illi agerent, responderunt eos agere Olympia, & spectare certamen gymnicum atque equestre. Rursus eodem percontante quodnam illis præmium esset propositum propter quod certarent, oleaginam coronam inquiunt esse qua donarentur. Ibi Tigranes Artabani filius generosissimam dixit sententiam, [3] quæ apud regem pro timida est habita. Audiens enim præmium illis coronam esse, non pecuniam, silentium tenere non potuit quin coram omnibus diceret, Papæ

Ὁ δὲ ἀπὸ τούτου ἔπλωον ἐς Ἱστιαίω. ἀπικόμενοι δὲ, τὴν πόλιν ἔσχον τὴν Ἱστιαίων καὶ τῆς Ἑλλοπίης μοίρης, γῆς δὲ τῆς Ἱστιαιώτιδος τὰς παραθαλασσίας κώμας πάσας ἐπέδραμον. Ἐνθαῦτα δὲ τούτεων ἐόντων, Ξέρξης ἐπιμασάμενος τοὺς ἐν τοῖσι νεκροῖσι, ἔπεμπε ἐς τὸν ναυτικὸν στρατὸν κήρυκα. προεστοιμάσατο δὲ τάδε· ὅσοι τὸν στρατὸν τὸν ἑωυτοῦ ἔσθλυ νεκροὶ 198
ἐν Θερμοπύλῃσι, (ἔσθλυ δὲ καὶ δύο μυριάδες) ὑπολιπόμενος τούτεων ὡς χιλίους, τοὺς λοιποὺς, τάφρῳ ὀρυξάμενος, ἔθαψε· φυλλάδα τε ἐπιβαλὼν, καὶ χοῦν ἐπαμησάμενος, ἵνα μὴ ὀφθείησαν ὑπὸ τοῦ ναυτικοῦ στρατοῦ. ὡς δὲ διέβη ἐς τὴν Ἱστιαίω ὁ κήρυξ, σύλλογον ποιησάμενος πάντων τῶν στρατοπέδου, ἔλεγε τάδε, Ἄνδρες ξύμμαχοι, βασιλεὺς Ξέρξης τοῖσι βουλομένοισι ὑμέων παραδίδωσι, σκηνοπονέειν τὴν τάξιν, καὶ ἐλθόντα, θηήσασθαι ὅκως μάχεται πρὸς τοὺς ἀγαθοὺς τῶν ἀνθρώπων, οἳ ἥλπισαν τὴν βασιλέος δύναμιν καταβαλέεσθαι. Ταῦτα ἐπαγγειλαμένου, μετὰ ταῦτα οὐδὲν ἐλίνετο πλοίων ἀπανιστέειν· οὕτω πολλοὶ ἤθελον θηήσεσθαι. Διαβαινόντες δὲ ἐθηεῦντο διεξιόντες τοὺς νεκρούς. πάντες δὲ ἐπίστευσαν τοὺς κειμένους εἶναι πάντας Λακεδαιμονίους καὶ Θεσπιέας, ὁρέοντες καὶ τοὺς εἵλωτας. οὐ μὴν οὐδὲ ἐλάνθανε τοὺς Διαβεβηκότας Ξέρξης ταῦτα ποιήσας περὶ τοὺς νεκροὺς τοὺς ἑωυτοῦ. καὶ γὰρ δὴ καὶ γελοῖον ἐῴκεε· τῶν μὲν χίλιοι ἐφαίνοντο νεκροὶ κείμενοι, ἃ ὅπου πάντες συνέβαινε ἀλέες συγκεκομισμένοι ἐς τὠυτὸ χωρίον, τέσσερες χιλιάδες. ταύτην μὲν τὴν ἡμέρην περὶ τοῦτο ἐτέρποντο· τῇ δὲ ὑστεραίῃ ἃ μὲν ἀπέπλωον ἐς Ἱστιαίω ὅτι τὰς νῆας, ἃ δὲ ἀμφὶ Ξέρξεα, ἐς ὁδὸν ὥρμεον. Ἦκον δέ σφι ἀγγέλλοντες ἄνδρες ἀπ' Ἀρκαδίης ὀλίγοι τινὲς, βίου τε δεόμενοι, καὶ ἐνεργὲς βουλόμενοι εἶναι. ἀγαγόντες δὲ τούτους ἐς ὄψιν τὴν βασιλέος, ἐπειρώτων ἃ Πέρσαι περὶ τῶν Ἑλλήνων ποιεύμενοι τυγχάνουσι. ἐξ δὲ ὃς καὶ πρὸς πάντων ἦν ὁ ἐρωτῶν ἀγγέλους τούτους. ἃ δέ σφι ἔλεγον, ὡς Ὀλυμπιὰ ἄγοιεν, καὶ θεωρέοιεν ἀγῶνα γυμνικὸν καὶ ἱππικόν. ὁ δὲ ἐπείρετο ὅ, τι δὲ ἆεθλον εἴη σφι προκείμενον, καὶ ὅστις ἀγωνίζοιτο. ἃ δὲ εἶπον, τῆς ἐλαίης τὸν διδύμαον στέφανον. ἐνθαῦτα εἶπας γνώμην ἐξεναντιωτάτην Τιγράνης ὁ Ἀρταβάνου, δειλίην ὄφλεε παρὰ βασιλέος. πυθόμενος δὲ τὸ ἆεθλον εἶον στέφανον, ἀλλ' ὀ χρήματα, οὐκέτε ἐπέσχετο σιγῶν, εἶπέ τε πρὸς πάντας τάδε, Παπαὶ «

1 Helotes. *quod erat seruis Laced. peculiare nomen.* 2 Sed enim eos qui illinc traiecerant non latebat quod Xerxes circa suorum cadauera egerat. Ac ridiculum quidem certe istud erat, horum, *id est, barbarorum*, cadauera mille duntaxat iacentia conspici, illorum autem iacere quatuor millia, eundem in locum confertim congesta. *Illud autem γελοῖον (id est, ridiculum) non de re ipsa sed de Xerxe dicitur, qui tam vecors in comminiscenda hac impostura fuerit. Quod ad verbum, ita Gallica lingua expresseris, Et de faict c'estoit vne grande mocquerie de vouloir faire croire que, &c. Valla autem in eo etiam lapsus est quod illos mille, ab hu quatuor millibus non distinxerit.* 3 Propter quam à rege pro timido est habitus. *vel, ignauo.*

» Μαρδόνιε, κοίους ἐπ' ἄνδρας ἤγαγες μαχησομέ-
» νους ἡμέας, οἳ οὐ χρημάτων Ⓦ ἀγῶνα ποιεῦν-
ται, ἀλλ' ἀρετῆς; τούτῳ μὲν δὴ ταῦτα εἶ-
ρητο. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ μέσου χρόνου ἐπί τε τὸ ἐν
Θερμοπύλῃσι τρῶμα ἐληλύθεε, αὐτίκα Θεσσαλοὶ
πέμπουσι κήρυκα ἐς Φωκέας, ἅτε σφι ἔχοντες αἰεὶ
χόλον, ἀπὸ δὲ τοῦ ὑστάτου τρώματος καὶ ὃ καρτα.
ἐσβαλόντες γὰρ πρόσω ἐρρωμένῃ αὐλοί τε Ⓐ Θεσσαλοὶ
καὶ Ⓐ σύμμαχοι αὐτέων ἐς τοὺς Φωκέας, οὐ πολ-
λοῖσι ἔτεσι πρότερον ταύτης τῆς βασιλῆος στρα- 10
τηλασίης, ἐσπάσθησάν σφεων τῶν Φωκέων, καὶ πρὸς
ἐφθήσθην τρηχέως. καὶ ἐπεί τε γὰρ κατειλήθησα-
σαν ἐς Ⓦ Παρνησσόν, Ⓐ Φωκέες ἔχοντες μάντιν
Τελλίην Ⓦ Ἠλεῖον, ὀνομαῦτα ὁ Τελλίης ἔφη σο-
φίζεσθαι ἀνδρῶν τοιόνδε· γυψώσας ἄνδρας ἐξάκρ-
σιους τῶν Φωκέων τοὺς ἀρίστους, ἀλκάς τε τούτοις, καὶ
τὰ ὅπλα αὐτέων, νυκτὸς ἐπιθήκατο τοῖσι Θεσσα-
λοῖσι· προείπας ἀνδρῶσι, ὃ ἂν μὴ λευκομάζοντα
ἴδωνται, τοῦτον κτείνειν. τούτοις ὦν αἴ τε φυλα- 20
καὶ τῶν Θεσσαλῶν προφυλάδουσαι, ἐφοβήθησάν, νο-
δέξασαι ἄλλο τι εἶδος τέρας· καὶ μετὰ τὰς φυλα-
κὰς αὐτὴ ἡ στρατιή, οὕτω ὥστε τετρακισχιλίων
κατῆσαι νεκρῶν καὶ ἀσπίδων Φωκέας, τῶν τὰς
μὲν ἡμισέας ἐς Ἄβας ἀνέθεσαν, τὰς δὲ λοιπὰς, ἐς
Δελφούς. ἡ δὲ δεκάτη ἐλέγετο τῶν χρημάτων ἐκ τοῦ-
τῆς τῆς μάχης, Ⓐ μεγάλοι ἀνδριάντες Ⓐ οὐδὲ Ⓦ
τρίποδα σωρηδὸν ἑστεῶτες, ἐμπροσθεν τοῦ νηοῦ τοῦ ἐν
Δελφοῖσι, καὶ ἕτεροι τοιοῦτοι ἐν Ἄβῃσι ἀνακέα-
ται. Ταῦτα μὲν νυν Ⓦ πλέον ἐξεργάσαντο τῶν
Θεσσαλῶν Ⓐ Φωκέες, πολιορκέοντας ἐωυτούς. ἐσ- 30
βαλοῦσι δὲ ἐς τὸν χῶρον τὸν ἵππων αὐτέων, ἐ-
λυμήναντο ἀνηκέστως. ἐν γὰρ τῇ ἐσβολῇ ἥ ἐστι κα-
τὰ Ὑάμπολιν, ἐν ταύτῃ τάφρον μεγάλην ὀρύξαν-
τες, ἀμφορέας κενεοὺς ἐς ταύτην κατέθηκαν. 29. αὐτῶν
χρῶ δὲ ἐπιφορήσαντες, καὶ ὁμοιώσαντες τῷ ἄλ-
λῳ χώρῳ, ἐδέκοντο τοὺς Θεσσαλοὺς ἐσβάλλον- 299
τας. Ⓐ δὲ, ὡς ἁρπασόμενοι τοὺς Φωκέας φε-
ρόμενοι, ἐσέπεσον ἐς τοὺς ἀμφορέας· ἐνταῦτα οἱ
ἵπποι τὰ σκέλεα διεφθάρησαν. Τουτέων δὴ σφι
ἀμφοτέρων ἐχόντων ἔγκοτον Ⓐ Θεσσαλοὶ, πέμ- 40
» ψαντες κήρυκα, ἠρώτων τάδε, Ὦ Φωκέες, ἦ-
» δη μᾶλλον γνωσιμαχέετε μὴ οὐκ ὁμοῖοι ἡμῖν.
τοιόνδε

Mardoni, in quos viros induxisti nos ad pugnandum? qui non pecuniarum certamen agitant, sed virtutis? Hoc ille dixit. ¶ Eo interim tempore post XXVII acceptam apud Thermopylas calamitatem confestim Thessali caduceatores ad Phocenses mittunt, vtpote iis infensi, cum semper antea, tum præcipue post nouissimam cladem. Etenim non multis ante hanc regis expeditionem annis, quum ipsi Thessali & eorum socii omni cum copia bellum Phocensibus intulissent, à Phocensibus fugati sunt ac male mulctati. [1] nam quum ad Parnassum vsque processissent Phocenses, secum habentes Telliam vaticinum illum Eleum, ibi Tellias huic huiusmodi rem eis commentus est: Sexcentos viros è Phocensibus præstantissimos gypso tam ipsos quam arma illinit, eosque sub noctem in Thessalos dimisit, dato præcepto vt quemcunque albicantem non cernerent, eum obtruncarent. Hos primum Thessalorum excubitores, aliud quoddam prodigium esse arbitrati, deinde ipse exercitus adeo exhortuerunt, vt tribus millibus cæsorum atque scutorum Phocenses potiti sint: quorum scutorum dimidium apud Abas, alterum dimidium apud Delphos dedicauerunt: & ex decima pecuniarum huius pugnę factæ sunt statuæ grandes, quæ circa tripodem è regione delubri Delphis visuntur: & alteræ eiusmodi in Abis repositæ. Hoc XXVIII Phocenses in peditatum Thessalorum, à quibus obsidebantur, egerunt. Equitatum quoque eorundem, qui in suum agrum incursauerat, insanabili clade afflixit. ad ingressum enim qui est iuxta vrbem Hyampolin, depressa ingenti fossa, amphoras illic inanes deposuerunt, humumque desuper iniecerunt, eamque reliquo solo exæquauerunt: atque ibi Thessalos expectarunt incursuros. In eos Thessali impetu dato, tanquam rapturi, in amphoras inciderunt, ibique equorum crura confracta sunt. Ob hæc ambo XXIX Phocensibus infensi Thessali, misso caduceatore ita dixere, [2] Nunquid dissimulatis amplius Phocenses agnoscere non esse vos nobis pares?

---

1 Quumque *Thessali* ad Parnassum compulsi essent, vates Tellies Eleus Phocensibus apud quos erat, hoc excogitauit. *At Valla κατιλήθησαν ad Phocenses retulit, quod tamen de victoribus dici rationi consentaneum non est. Sed Vallam in errorem induxit fortasse præpositiua interpunctio quam in suo exemplari habuit, & nomina tiuus pro genitiuo absoluto positus, videlicet οἱ Φωκέες ἐχόντων, pro τῶν Φωκέων ἐχόντων· quod nihil aliud est quam si, omisso illo participio, ita (& quidem multo breuius) dixisset τοῖς Φωκεῦσι μάντις Τελλίης ὁ Ἠλεῖος σοφίζεται τοιόνδε. Qua obseruatio ad intelligendos alios Herodoti locos magno adiumento esse potest.* 2 Nunc demum Phocenses sententia mutata agnoscite etiam magis *quam antea*, vos nequaquam nobis esse pares. *At Valla interrogatiue hæc legit, quum tamen vera verbi γνωσιμαχεῖν significatio interrogationem admittere non videatur.*

qui &

qui & antehac inter Græcos, quandiu partes illorum nobis placuerunt, semper vobis antecelluimus, & nunc apud barbarum adeo pollemus vt penes nos sit & agro vos exuere, & in seruitutem redigere? Quam facultatem etsi obtinemus, tamen iniuriarum non sumus memores, nisi vt eo nomine quinquaginta talenta rependatis: & nos vobis recipimus, omnia nos ab agro vestro
XXX damna auersuros. Hæc Thessali Phocensibus denunciabant, quod soli Phocenses inter eius loci homines cũ Medis non sentiebant: idq; nulla alia caussa (vt ego coniectura comperio) quàm Thessalorum odio: partes Medorum (vt mihi videtur) sequuturi, si Thessali partes Græcorum fouissent. Hæc deferentibus Thessalis, negarunt se Phocenses pecuniam daturos; & sibi itidem vt Thessalis facultatem esse sentiendi cum Medis, si aliter sentire vellent: sed nequaquam fore vt sponte essent proditores Græciæ. His verbis renunciatis
XXXI adeo Thessali sunt in Phocenses indignatione perciti, vt barbaro duces itineris extiterint, & ex Trachinia Doridem regionem incursauerint. nam eius regionis [1]podeon angustus illic octoginta non amplius stadia in latum protenditur, inter Melidem ac Phocensem regionem situs, quæ olim Dryopis erat. Hæc autem regio, Dorum qui sunt in Peloponneso, metropolis est. Hanc igitur Doridem regionem ingressi barbari nihil admodum læserunt: cum Medis enim (etsi Thessalis non videbatur) sen-
XXXII tiebant. Posteaquam autem è Doride in Phocidem ingressi sunt barbari, ipsos quidem Phocenses non sunt adepti: (eorum enim nonnulli cacumina Parnassi conscenderant, [2] qui vertex est iuxta vrbem Neonem illic sitam, nomine Tithorea: eoque se receperant: sed plures ad Locros Ozolas, in vrbem Amphissam, quæ supra Crisæum sita est campũ) omnem tamen agrum Phocensem incursauerunt: (sic enim ducebantur à Thessalis) & omnia quæ nacti sunt, igni ferroque vastarunt. Vrbes etiam ingressi, ignes in sacras ædes iniecerunt.
XXXIII Nam peragrantes eam iuxta Cephissum amnẽ, cuncta populati sunt, & hinc vrbẽ Drymon incenderunt, illinc Chata-

ἐφάνη τε γὰρ ἐν τοῖσι Ἕλλησι ὂσον χρόνον ἐκεῖνα ἡμῖν ἐώδμεν, πλέον ἀεί κοτε ὑμέων ἐφερόμεθα· νεῶν τε πρὸς τὰ βάρβαρα τοσοῦτον δυνάμεθα, ὥστε ἐπ' ἡμῖν ἔστι τῆς γῆς ἐκτρῆσθαι καὶ τοῦσι νῦν δραποδίσασθαι ὑμέας. ἡμεῖς μὲν τοὶ τοῦ μὲν ἐχόντες, οὐ μνησικακέομεν, ἀλλ' ἡμῖν ἡγέσθω αὐτ' αὐτέων πεντήκοντα τάλαντα ἀργυρίου· καὶ ὑμῖν ἐπιδεκόμεθα τὰ ἐπίοντα ἐπὶ τοῦ χώρου ἀποτρέψειν.

Ταῦτά σφι ἐπαγγέλλοντο οἱ Θεσσαλοί. οἱ γὰρ Φωκέες μούνοι τῶν τοῦτον αὐχθέντων οὐκ ἐμήδιζον· κατ' ἄλλο μὲν οὐδέν, (ὡς ἐγὼ συμβάλλομενος εἰκάζω) κατὰ δὲ ἔχθος τῶν Θεσσαλῶν. εἰ δὲ Θεσσαλοὶ τοῖσι Ἑλλήνων νεῖξον, ὡς ἐμοὶ δοκέειν, ἐμήδιζον αὖ οἱ Φωκέες. ταῦτα ἐπαγγελλομένων Θεσσαλῶν, οὔτε δοῦναι ἔφασαν χρήματα, πρέχειν τε σφι Θεσσαλοῖσι ὁμοίως μηδίζειν, εἰ μὴ ἄλλως βουλοίατο. ἀλλ' οὐκ ἔσεσθαι ἐκόντες εἰς τοῦτο προδόται τῆς Ἑλλάδος. Ἐπειδὴ δὲ ἀπώσθησαν οὗτοι οἱ λόγοι, οὕτω δὴ οἱ Θεσσαλοὶ κεχολωμένοι τοῖσι Φωκεῦσι, ἐλήϊον ἡγεμόνες τοῦ βαρβάρου τῆς ὁδοῦ. ἐκ μὲν δὴ τῆς Τρηχινίης ἐς τὴν Δωρίδα ἐσέβαλον. τῆς γὰρ Δωρίδος χώρης πόδεών ἐστι εὐνὸς τοῦτον κατατείνει, ὡς τεσσεράκοντα σταδίων μάλιστά κη εὖρος, κείμενος μεταξὺ τῆς τε Μηλιάδος καὶ τῆς Φωκίδος χώρης, τὴν πάρ ἐστι τὸ παλαιὸν Δρυοπίς. ἡ δὲ χώρη αὕτη ἐστὶ μητρόπολις Δωριέων τῶν ἐν Πελοποννήσῳ. ταύτην ὦν τὴν Δωρίδα γῆν οὐκ ἐσῆνδυτο ἐσβάλλοντες οἱ βάρβαροι. ἐμήδιζόν τε γὰρ, καὶ οὐκ ἐδόκεε Θεσσαλοῖσι. Ὡς δὲ ἐκ τῆς Δωρίδος ἐς τὴν Φωκίδα ἐσέβαλον, αὐτοὶ μὲν τοὺς Φωκέας οὐκ ἀρέοισι. οἱ μὲν γὰρ τῶν Φωκέων ἐς τὰ ἄκρα τοῦ Παρνησσοῦ ἀνέβησαν. ἔστι δὲ καὶ ὑπερκαθῆσθαι ὅμιλον τοῦ Παρνησσοῦ ἡ κορυφή, κατὰ Νέωνα πόλιν, κείμενον ὑπὸ ἑωυτῆς. Τιθορέα οὔνομα αὐτῇ. ἐς τὴν δὴ ἀνηνείχθησαν, καὶ αὐτοὶ ἀνέβησαν· οἱ δὲ πλεῦνες αὐτέων ἐς τοὺς Ὀζόλας Λοκροὺς ἀπεκομίσαντο, ἐς Ἀμφισσαν πόλιν τὴν ὑπὲρ τοῦ Κηφισσοῦ πεδίου οἰκεομένην. οἱ δὲ βάρβαροι τὴν χώρην πᾶσαν ἐπέδραμον τὴν Φωκίδα. Θεσσαλοὶ γὰρ οὕτω ἦγον τὸν στρατόν. ὀκόσα δὲ ἐπέσχον, πάντα ἐπέφλεγον καὶ ἔκαιον, καὶ ἐς τὰς πόλις ἐνίεντες πῦρ καὶ ἐς τὰ ἱρά. Πορευόμενοι γὰρ ταύτῃ τῇ ὁδῷ τὸν Κηφισὸν ποταμὸν, ἐδῄουν πάντα· καὶ κατὴ μὲν ἔκαυσαν Δρύμον πόλιν, κατὰ δὲ Χαρά-

1 *Quidam*, Tractus angustus. *Alij*, Prominentia angusta. *Camerarius autem ita hunc locum reddit*, Regionis Doricæ hac in parte angustus est aditus, latitudine patens ad millia passuum circiter quatuor. *id est, quasi pero extenditur.* 2 Est autem multitudinis etiam capax vertex Parnassi, qua ad vrbem Neonem vergit, seorsum sitam: vocaturque ille *vertex* Tithorea, *vel, Tithoreus, vt conueniat cum voce Latina Vertex masculin. gen. vt* τιθορέα *cum Græca femin.* κορυφή. *Sic paulo post* κορυφῆς *meminit vocata Tamynis. Lego autem* κειμένου ὑπ' ἑαυτῆς, *pro* κειμένη ὑπ' ἑαυτῆς, *sed ne illius quidem lectionis sensus satisfacit.*

δρίω, καὶ Ἐρωχον, καὶ Τεθρώνιον, καὶ Ἀμφίκαιάν, καὶ Νέωνα, καὶ Πεδιέας, καὶ Τριτέας, καὶ Ἐλάτειάν, καὶ Ὑάμπολιν, καὶ Παραποταμίους, καὶ Ἄβας· ἔνθα οἱ ἱερὸν Ἀπόλλωνος πλούσιον, ἦσαν δὲ οἱ καὶ αὐτοῖσι θησαυρῶν πολλοῖσι κατεσκευασμένον. ἐὸν δὲ καὶ τοῦτο καὶ νῦν ὅσοι χρηστήριον ἀνῆπται. καὶ τοῦτο δὴ ἱερὸν συλήσαντες ἐνέπρησαν, καὶ ἐνίους διώκοντες ἔβαλον τῶν Φωκέων παρὰ τοῖσι οὔρεσι. καὶ γυναῖκάς τινας διέφθειραν μισγόμενοι, ὑπὸ πλήθεος.

Παραποταμίους δὲ παραμειβόμενοι οἱ βάρβαροι, ἀπίκοντο ἐς Πανοπέας· ἐνθεῦτεν δὴ ἤδη δίχα νεμόμενοι ἡ στρατιὴ αὐτέων ἐχώρεε. τὸ μὲν πλεῖστον καὶ δυνατώτατον τοῦ στρατοῦ, ἅμα αὐτῷ Ξέρξῃ πορευόμενον ἐπ' Ἀθηνέας, ἐσέβαλε ἐς Βοιωτούς, ἐς τε τῶν Ὀρχομενίων, Βοιωτῶν δὲ πᾶν τὸ πλῆθος ἐμήδιζε. τὰς δὲ πόλις αὐτέων ἄνδρες Μακεδόνες διατεταγμένοι ἔσωζον, ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἀποπεμφθέντες· ἔσωζον δὲ τῇδε, βουλόμενοι δῆλον ποιέειν Ξέρξῃ ὅτι τὰ Μήδων Βοιωτοὶ φρονέοιεν. οὗτοι μὲν δὴ τῶν βαρβάρων τοῦτο ἐτράποντο. Ἄλλοι δὲ αὐτέων ἡγεμόνας ἔχοντες, ὁρμέατο ἐπὶ τὸ ἱερὸν τὸ ἐν Δελφοῖσι, ἐν δεξιῇ Παρνησσὸν ἀπέργοντες. ὅσα δὲ καὶ οὗτοι ἐπέδρων τῆς Φωκίδος, πάντα ἐσυλεύμενον. καὶ γὰρ τῶν Πανοπέων τὴν πόλιν ἐνέπρησαν, καὶ Δαυλιέων, καὶ Αἰολιδῶν. ἐπορεύοντο δὲ τοῦτο ἀποτμηθέντες τῆς ἄλλης στρατιῆς, τῶνδε εἵνεκα, ὅκως συλήσαντες τὸ ἱερὸν τὸ ἐν Δελφοῖσι, βασιλέι Ξέρξῃ ἀποδέξωσι τὰ χρήματα. πάντα δὴ ἐπίστατο τὰ ἐν τῷ ἱρῷ ὅσα λόγου ἦν ἄξια Ξέρξης (ὡς ἐγὼ πυθανόμενος) ἀμείνονα ἢ τὰ ἐν τοῖσι οἰκίοισι ἐλίπετο, πολλῶν αἰεὶ λεγόντων, καὶ μάλιστα τὰ Κροίσου τοῦ Ἀλυάττεω ἀναθήματα. Οἱ Δελφοὶ δὲ, πυθανόμενοι ταῦτα, ἐς πᾶσαν ἀρρωδίην ἀπίκατο· ἐν δείματι δὲ μεγάλῳ κατεστεῶτες, ἐμαντεύοντο περὶ τῶν ἱρῶν χρημάτων, εἴτε σφέα κατορύξοιεν ἐν γῇ, εἴτε ἐκκομίσειαν ἐς ἄλλιον χῶρον· ὁ δὲ θεὸς σφέας οὐκ ἔα κινέειν, φὰς αὐτὸς ἱκανὸς εἶναι τῶν ἑωυτοῦ περὶ κατθέσθαι. Δελφοὶ δὲ ταῦτα ἀκούσαντες, σφέων αὐτέων περὶ ἐφρόντιζον. τέκνα μὲν καὶ γυναῖκας περὶ ἐς τὴν Ἀχαΐην διεπέμψαν· αὐτέων δὲ τὰ μὲν πλεῖστα ἀνέβησαν ἐς τὰς Παρνησσοῦ τὰς κορυφάς, καὶ ἐς τὸ Κωρύκιον ἄντρον ἀνεῖρξαν· τινὲς δὲ καὶ ἐς Ἀμφισσαν τὴν Λοκρίδα ὑπεξῆλθον. πάντες δὲ ὦν οἱ Δελφοὶ ἐξέλιπον τὴν πόλιν, πλὴν ἑξήκοντα ἀνδρῶν, καὶ τοῦ προφήτεω.

Ἐπεὶ δὲ ἀγχοῦ τε ἦσαν οἱ βάρβαροι ὁπιόντες, καὶ ἀπώρεον τὸ ἱερὸν, ἐν τούτῳ τῷ προφήτῃ,

dram & Erochum & Tethronium & Amphicæam & Neonem & Pedieas & Triteas & Elateam & Hyampolin & Parapotamios, *id est, fluminis accolas*: & Abas, vbi delubrum Apollinis erat locuples & thesauris donariisque compluribus exornatũ; in quo, vt tunc, ita nunc redduntur oracula. Hoc delubrũ posteaquam diripuere, incenderunt. Phocensium etiam quosdam per montana insequuti ceperunt, & mulieres aliquot, quas præ multitudine stuprantium extinxerunt. Prætergressi quoque Parapotamios, peruenere ad Panopeas. Vnde bifariam copiæ iam diuisæ fuerunt: quarum plurima pars ac validissima cum ipso Xerxe Athenas versus tendens in Bœotos, in agrum Orchomeniorum ingressa est. Bœoti autem cum Medis vniuersi sentiebant: quorum vrbes viri Macedones in eis collocati, qui ab Alexandro missi fuerant, seruauerunt, volentes planum facere Xerxi Bœotos sentire cum Medis. Et hi quidem barbari hac iter intenderunt. Ceteri vero cum suis ducibus Parnassum à dextra præstringentes, ad templum quod est Delphis processerunt, quicquid agri Phocensis nanciscebantur, id omne fœdantes. nam & Panopeorum oppidum incenderunt, & Dauliorum & Æolidensium. Ideo autem hâc ab aliis seiuncti pergebant, vt direpto quod Delphis est templo, pecunias repræsentarent Xerxi regi: qui omnia quæ in eo templo erant memoratu digna, melius norat (vt ego audio) quam quæ in ædibus suis reliquerat: permultis assidue referentibus cum alia, tum præcipue Crœsi Halyattis filii donaria. Hoc Delphi quum audissent, in extremam prorsus deuenere formidinem: qua attoniti, deum de sacra pecunia consultarunt, nunquid eam humi defoderent, an alium in locum transportarent. Eam deus illis interdixit ne amouerent: se enim sufficturum esse ad res suas tutandas. His auditis Delphi de semetipsis curandum putauerunt, liberis vxoribusque in Achaiam traiectis. Plerique igitur vertices Parnassi superauerunt, & ad Corycium antrum, quidam ad Amphissam Locridem se subduxerunt. Denique omnes Delphi vrbem deseruerunt, præter sexaginta viros, ac prophetam, *id est, vaticinum*. Postea vero quàm barbari subeuntes appropinquabant, templumque cernebant, interim propheta cui no-

cui nomen erat Aceratos, inſpicit ante delubrum ſacra arma prolata è conclaui, quæ [1] intus propoſita fuerant: eaque nefas erat cuiquam mortali contingere. quod oſtentum iis Delphis qui aderãt pertexit nunciatum. Vbi autem barbari properantes peruenere ad fanum Mineruæ [2] quod eſt ante templum, tum vero etiam maiora quam ſuperius prodigia repræſentata ſunt. [3] res profecto hæc valde miranda. nam arma Martia ſua ſponte extra delubrum propoſita apparuerunt. Quod tamen ſecundo loco actum eſt, ex omnibus miraculis maxima eſt admiratione dignum. quum enim barbari ad ſacellum Mineruæ quod eſt ante templum, accederent, interea è cælo fulmina in eos deciderunt: & à Parnaſſo duo abſciſſi vertices, magno cum fragore ſunt deuoluti, permultoſque eorum interceperunt: atque ex ipſo ſacello Mineruæ vociferatio iubilatioque extiterunt.

XXXIIX Quibus omnibus pariter ingruentibus, terror incuſſus eſt barbaris, vt fugæ ſe mandarent. Ea re cognita Delphi deſcendentes magnam eorum ſtragem ediderе. Qui autem ſuperfuere, recta ad Bœotos effugerunt: & quum rediſſent, referebant (vt ego accipio) alia ſe præter ea quæ dixi miracula vidiſſe, duos armatos [4] humana natura auguſtiores inſtitiſſe ſibi, cædem facientes atque inſequentes.

XXXIX Hos autem duos Delphi aiunt indigenas heroas eſſe, Phylacon & AVtonoum, quorum fana viſuntur: Phylaci quidem, ſecundum ipſam viam ſuper ædem Mineruæ: AVtonoi vero, prope Caſtaliam, ſub Hyampeo vertice. Saxa autem quæ à Parnaſſo deciderunt, adhuc ad noſtram vſque memoriam integra extant in fano Mineruæ protemplaris locata, ad quod [5] per barbaros deuoluta peruenere. [6] Atque hic receptus à templo horum virorum fuit.

XL ¶ Græcorum autem claſſis ab Artemiſio profecta, rogatu Athenienſium ad Salaminem ſubſtitit. Quod vt facerent ideo rogauerant Athenienſes, tum vt liberos atque vxores ex Attica ſubducerent, tum vt conſultarent quid ſibi agendum eſſet.

πρὸ αὐτοῦ τοῦ Ἀκηράτου, ὁρᾷ τε δὴ τὰ ὅπλα τὰ ἐκείμενα ἔσωθεν ἐκ τοῦ μεγάρου ξεστωμένα ἱερά, τὰ οὐκ ὅσιον ἦν ἀνθρώπων οὐδενὶ. ὁ μὲν δὴ πρῶτος Δελφῶν τοῖσι πρόσθε σημανέων τὸ τέρας. ⓐ δὲ βάρβαροι, ἐπειδὴ ἐγίνοντο ἐπὶ τῷ μέλλοντι κατὰ τὸ ἱρὸν τῆς προνοίης Ἀθηναίης, ἐπιγίνεταί σφι τέρεα ἔτι μέζονα τοῦ πρὶν γενομένου τέρεος. θαῦμα μὲν γὰρ καὶ τόδε κατά, ὅπλα ἐνήια αὐτόματα φανῆναι ἔξω τοῦ ἐκείμενα τοῦ νηοῦ. τὰ δὲ δὴ ἐπὶ τούτῳ δεύτερα ἐπιγενόμενα, καὶ ἀμφὶ πάντων φασμάτων ἄξια θωυμάσαι μάλιστα. ἐπεὶ γὰρ δὴ ἔσαν ἐπιόντες ⓐ βάρβαροι κατὰ τὸ ἱρὸν τῆς προνοίης Ἀθηναίης, ἐκ τούτου ἐκ μὲν τοῦ ὑπερκύψαντος κεραυνοὶ αὐτοῖσι ἐνέπιπτον, ἀπὸ δὲ τοῦ Παρνησσοῦ ἀποῤῥαγεῖσαι δύο κορυφαὶ ἐφέροντο πολλῷ πατάγῳ ἐς αὐτούς, καὶ κατέλαβον συχνοὺς σφέων· ἐκ δὲ τοῦ ἱροῦ τῆς προνοίης βοή τε καὶ ἀλαλαγμὸς ἐγίνετο. Συμμιγέντων δὲ τούτοισι πόνων, φόβος τοῖσι βαρβάροισι ἐνέπεσε. μαθόντες δὲ ⓐ Δελφοὶ φεύγοντας σφέας, ἐπικαταβάντες, ἀπέκτεινάν πλῆθός τι αὐτέων. ⓐ δὲ προσιόντες, ἰῇ Βοιωτῶν ἔφυγον. ἔλεγον δὲ ⓐ ἀπονοσφισθέντες οὗτοι τῶν βαρβάρων (ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι) ὡς σφέας τοῦτοι καὶ ἄλλα ὥρων θεῖα. δύο γὰρ ὁπλίτας μέζονας ἢ κατὰ ἀνθρώπων φύσιν ἔχοντας, ἐπισπομένους σφι κτείνοντάς τε καὶ διώκοντας. Τοὺς δὲ δύο τούτους Δελφοὶ λέγουσι ἐπιχωρίους ἥρωας εἶναι, Φυλάκου τε καὶ Αὐτονόου· τῶν τὰ τεμένεα ἔστι πρὸς τῷ ἱρῷ. Φυλάκου μὲν, ἢν αὐτοῦ τοῦ ὁδοῦ κατύπερθε τοῦ ἱροῦ τῆς προνοίης, Αὐτονόου δὲ, πρὸς τῆς Καστα λίης, ὑπὸ τῇ Ὑαμπείῃ κορυφῇ. ⓐ δὲ πεσόντες ἀπὸ τοῦ Παρνησσοῦ λίθοι, ἔτι καὶ ἐς ἡμέας ἔσαν σῶοι, ἐν τῷ τεμένεϊ τῆς προνοίης Ἀθηναίης κείμενοι, ἐς ὃ ἀνέσκηψαν ἀπὸ τῶν βαρβάρων φερόμενοι. Τούτων μὲν νυν τῶν ἀνδρῶν αὕτη ἀπὸ τοῦ ἱροῦ ἀπαλλαγὴ γένετο. Οἱ δὲ Ἑλλήνων ναυτικὸς στρατὸς ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου, Ἀθηναίων δεηθέντων, ἐς Σαλαμῖνα κατῆρε τάς νῆας. τῶνδε εἵνεκα προσεδεήθησαν αὐτέων ἀγεῖν πρὸς Σαλαμῖνα Ἀθηναῖοι, ἵνα ἀμφὶ παῖδάς τε καὶ γυναῖκας ἐκσεξαγάγωνται ἐκ τῆς Ἀττικῆς πρὸς σφέων, καὶ βουλεύσωνται τὸ ποιητέον αὐτοῖσι ἐς αὖ-

χ. τάδε δὲ τὰ δύο Δελφοί

χ. κατ' αὐτοῦ

---

1 *Ex ijs quæ paulo poſt ſequuntur, videtur colligi hic pro ἔσωθεν reponendum eſſe ἔξωθεν.* 2 *Videtur potius προνοίης eſſe cognomentum Mineruæ, à prouidendo ita dictæ: niſi forte legi Valla προνοείῳ, qui pro eo quod hic* Fanum, *ſtatim* Sacellum *dicit, & Ædem. Cuius interpretationem ſequendo quæ paulo poſt habetur, videlicet* Fano Mineruæ protemplaris, *hic reponendum fuerit*, Mineruæ quæ eſt ante templum. 3 Nam & hoc, magnum quidem miraculum eſt, (*quod videlicet modo dictum fuit*) Martia arma conſpecta fuiſſe extra templum extantia ſua ſponte: *vel, à ſeipſis. i. ſine vllius opera*) ſed quæ illud ſequuta ſunt, inter quælibet ſpectra, maxima eſt admiratione digna. *Vel, præ quibuſlibet ſpectris, aut oſtentis.* 4 Statura humana proceriores ipſos inſequi, ſtragem inter perſequendum edentes. 5 *Id eſt, Per medium barbarorum.* 6 *Id eſt, Atque ita mulctati à templo ſe receperunt.*

ὅπῃ γὰρ τοῖσι κατήκουσι φήμῃσι βουλὴν ἔμελλον ποιήσεσθαι, ὡς ἐψευσμένοι γνώμης. δοκέοντες γὰρ εὑρήσειν Πελοποννησίους πανδημεὶ ἐν τῇ Βοιωτίῃ τὸν καταμήδιον βάρβαρον, τὴν μὲν οὖν γε δὴ νέον, τὸν δὲ ἐπιφανέα Ἰσθμὸν αὐλοῖς τειχέοντας ἐς τὴν Πελοπόννησον, ὡς πλείστου τε ποιευμένους ἀπεῖναι, καὶ τούτων ἐόντας ἐν φυλακῇ, τἄλλα δὲ ἀπιέναι. τοῦτα δὴ πυθόμενοι, οὕτω δεισιδαίμονες ἐγένοντο ὡς τὴν Σαλαμῖνα. Οἱ μὲν δὴ ἄλλοι καταίχον ἐς τὴν Σαλαμῖνα, Ἀθηναῖοι δὲ ἐς τὴν ἑωυτῶν. μετὰ δὲ τὴν ἄπιξιν, κήρυγμα ἐποιήσαντο, Ἀθηναίων τῇ τις δύναται σώζειν τὰ τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας. ἐνθαῦτα τὸν μὲν πλεῖσοι ἐς Τροιζῆνα ἀπέστειλαν, τὸν δὲ ὀλίγοι, ἐς Αἴγινάν, τὸν δὲ, ἐς Σαλαμῖνα. ἔσπευσαν δὴ τοῦτα τὸν ἐκθέσθαι, τῷ χρηστηρίῳ τε πειθόμενοι, καὶ βουλόμενοι τὸν ἀρτέειν. καὶ δὴ καὶ τοῦτον εἵνεκα τόνδε ἔπεμψα· λέγουσι τὸν Ἀθηναῖοι ὄφιν μέγαν φύλακα τῆς ἀκροπόλιος τὸν δράκοντα ἐν τῷ ἱρῷ. λέγουσί τε τοῦτα, καὶ δὴ ὡς ἐόντι ὀπιμελίῃσι τελεομένοισι προθυμέντες. τὰ δὴ ὀπιμελίη, μελιτόεσσά ἐστι. αὐτὴ δὴ ἡ μελιτόεσσα τὸν τῷ πρόσθεν αἰεὶ χρόνῳ ἀναισιμουμένη, τότε ἐῶν ἄψαυστος. σημηνάσης δὲ τοῦτα τῆς ἱρείης, μᾶλλόν τι τὸν Ἀθηναῖοι καὶ προθυμότερον ἐξέλιπον τὴν πόλιν, ὡς καὶ τῆς θεοῦ ἀπολελοιπυίης τὴν ἀκρόπολιν. ὡς δὲ σφι πάντα τὸν ἐξέκεινο, ἔπλωον ἐς τὸ στρατόπεδον. Ἐπεὶ δὲ τὸν ἀπὸ Ἀρτεμισίου ἐς Σαλαμῖνα κατέσχον τὰς νέας, συνέρρεε καὶ ὁ λοιπὸς πανδημεὶ ὁ τῶν Ἑλλήνων ναυτικὸς στρατὸς ἐκ Τροιζῶνος. ἐς γὰρ Πόγωνα τὸν Τροιζηνίων λιμένα προεῖρητο συλλέγεσθαι. συνελέχθησάν τε δὴ πολλῷ πλεῦνες νέες ἢ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ συνεμάχεον, καὶ ἀπὸ πολίων πλεόνων. ναύαρχος μὲν νυν ἦν τῷ αὐτὸς ὅσπερ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ, Εὐρυβιάδης ὁ Εὐρυκλείδεω, ἀνὴρ Σπαρτιήτης, οὐ μέντοι γε ἐὼν τοῦ βασιληίου ἐών. νέας δὲ πολλῷ πλείστας τε καὶ ἀρίστα πλωούσας παρείχοντο Ἀθηναῖοι. Ἐστρατοῦντο δὲ οἵδε· τὸν μὲν Πελοποννήσου Λακεδαιμόνιοι, ἑκκαίδεκα νῆας παρεχόμενοι· Κορίνθιοι δὲ, τὸ αὐτὸ πλήρωμα παρεχόμενοι τὸ καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ· Σικυώνιοι δὲ, πεντεκαίδεκα παρείχοντο νῆας· Ἐπιδαύριοι δὲ, δέκα· Τροιζήνιοι δὲ, πέντε· Ἑρμιονέες δὲ, τρεῖς. ἔοντες οὗτοι, πλὴν Ἑρμιονέων, Δωρικόν τε καὶ Μακεδονικὸν ἔθνος, ἐξ Ἐρινεοῦ τε καὶ Πίνδου καὶ τῆς Δρυοπίδος ὑστατα ὁρμηθέντες. Ἑρμιονέες δὲ, εἰσὶ Δρύοπες,

Nam in rebus quæ contigerant, consilium capiendum habebant, tanquam opinione frustrati: quippe qui quum putassent inuenturos se Peloponnenses ad excipiendum barbarum in EVbœa subsidentes, horum nihil inuenerant, sed audiebant illos Isthmum muro sepire, hoc plurimi facientes vt ipsi superessent, & terram suam obtinentes tutarentur, omissis ceteris. Hæc Athenienses quum audissent, ita socios obsecrarunt vt ad Salaminem sisterent classem. Quo aliis appulsis, Athenienses in ter- XLI
ram suam profecti, proposuere edictum vt qua quisque Athenienſium ratione posset seruaret liberos atque domesticos suos. Ibi plurimi eorum suos in Trœzenem miserunt, quidam in Æginam, nonnulli in Salaminem, pro se quisque properantes sua pignora exportare, quod vellent oraculo obsequi: & ante omnia, quod Athenienses aiunt ingentem anguem arcis custodem in templo fuisse obseruatum. Et tanquam re vera essent quæ dicunt, serpenti menstrua non cessant libamina proponere quæ sint è melle confecta: quæ quum semper superioribus temporibus depascerentur, tunc illibata manserant. Id quum ipsa templi antistes indicasset, eo magis Athenienses eoque promptius deseruere arcem, tanquam à deo etiam destitutam. exportatis itaque rebus omnibus, ad castra nauigauerunt. Posteaquam autem eos XLII
qui ab Artemisio soluerant, ad Salaminem substitisse audierunt reliqui classiarii qui ad Trœzeniam erant, eodem confluxere. nam vt in Pogonem Trœzeniorum portum coiretur erat edictum. Pluresque multo contractæ sunt naues quam ad Artemisium decertauerant, & à plurib. ciuitatibus, eodem quo ad Artemisium duce, EVrybiade EVryclidis filio, viro Spartiata, non tamen è genere regio: quarum multo plurimas ac maxime veloces obtinebant Athenienses. Quæ classis ex his constabat: Ex Peloponneso XLIII
Lacedæmonii sedecim naues præstabant: Corinthii, totidem quot ad Artemisium præstiterant: Sicyonii, quindecim: Epidaurii, decem: Trœzenii, quinque: Hermionenses, tres. Hi Doricæ ac Macedonicæ gentis (Hermionensibus exceptis) ex Erineo & Pindo & Dryopide nouissime profecti. Nam Hermionenses Dryopes sunt,

ab Her-

ab Hercule & Melienſibus è regione quæ Doris nunc vocatur, abducti. Hæ
XLIV copiæ Peloponnenſium erant. Eorum autem qui ſunt in exteriore continente, Athenienſes ſupra quam ceteri naues præſtabant, ſoli centum octoginta. quippe quibus non adfuerunt in pugna ad Salaminem geſta Plataenſes, ob hanc cauſſam, quod quum Græci ab Artemiſio dilapſi ſunt, Plataenſes, vbi iuxta Chalcidem appulſi fuere, deſcendentes in Pieriam oræ Bœotiæ, ad recipiendos domeſticos ſuos ſe conuerterant. ita dum in ſuis conſetuandis occupantur, relicti fuere. Athenienſes autem ſub Pelaſgis eam quæ nunc Græcia nuncupatur tenentibus, Pelaſgi erant, Crañai nominati: ſub rege vero Cecrope, Cecropidæ cognominati: Erechtheo autem adepto imperium, immutato nomine Athenienſes appellati: deinde Iones, ab Ione Xuthi filio, qui dux extitit Athenienſis exercitus.
XLV Megarenſes autem tantundem copiarum quantum ad Artemiſium, attulerunt: Ampracii, ſeptem cum nauibus auxilio venerunt: Leucadii, cum tribus, Dorica gens, & à Corintho oriunda.
XLVI Ex inſulanis autem Æginetæ triginta naues exhibuerunt: quibus aliæ quoque erant naues inſtructæ, ſed iis oram ſuam tutabantur: verum cum triginta omnino nauibus præcipuæ velocitatis ad Salaminem dimicauerunt. Sunt autem Æginetæ Dores, ab Epidauro. cui inſulæ nomen antea fuerat OEnone. Poſt Æginetas eaſdem quas ad Artemiſium viginti naues præbuere Chalcidenſes: & Eretrienſes, ſeptem. hi Iones ſunt. Dehinc autem Chii eaſdem præbuere, gens ab Athenienſibus Ionica. Naxii autem naues præbuere quatuor, qui quemadmodum & ceteri inſulani, à popularibus ad Medos miſſi erant, ſed illorum iuſſa aſpernati, tranſiere ad Græcos, ſuaſu Democriti, viri inter ciues illuſtris, & tunc trierarchi. Naxii autem Iones ſunt ab Athenienſibus ducentes originem. Styreenſes quoque eaſdem quas in Artemiſio naues præbuere. Cynthii, vnam omnino, & vnam penteconterum. horum vtriq; Dryopes ſunt. Seriphii etiam & Siphnii & Melii fuere in partibus. hi enim ſoli ex inſulanis terrã barbaro & aquam negauerunt.

ὑπὸ Ἡρακλέος τε καὶ Μηλιέων ἐκ τῆς νῦν Δωρίδος καλεομένης χώρης ἐξαναστάντες. οὗτοι μὲν νυν Πελοποννησίων ἐς ἐρεθίοντο. Οἱ δὲ ἐκ τῆς ἔξω ἠπείρου, Ἀθηναῖοι μὲν, πρὸς πάντας δὴ ἄλλους, πλεχόμενοι νῆας ὀγδώκοντα καὶ ἑκατὸν μοιῶοι. ἐν Σαλαμῖνι γὰρ οὐ συνεναυμάχησαν Πλαταιέες Ἀθηναίοισι, διὰ τοιόνδε τι πρῆγμα. ἀπαλλασσομένων τῶν Ἑλλήνων ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου, ὡς ἐγίνοντο κατὰ Χαλκίδα, ἀπέβαινον Πλαταιέες ἐς τὴν περαίην τῆς Βοιωτίης χώρης, πρὸς ἐκκομιδὴν ἐπάνοδον τῶν οἰκετέων, οὗτοι μὲν νυν τοῦτον σώζοντες ἐλείφθησαν. Ἀθηναῖοι δὲ ὅτε μὲν Πελασγῶν ἐόντων τὴν νῦν Ἑλλάδα καλεομένην, ἔσαν Πελασγοὶ, ὀνομαζόμενοι Κραναοί· ὅτε δὲ Κέκροπος βασιλῆος ἐπεκλήθησαν Κεκροπίδαι· ἐπὶ δὲ Ἐρεχθῆος τὴν ἀρχὴν, Ἀθηναῖοι μετωνομάσθησαν· Ἴωνος δὲ τοῦ Ξούθου στρατάρχεω ἡμεῖς Ἀθηναίοισι, ἐκλήθησαν ἀπὸ τούτου Ἴωνες. Μεγαρέες δὲ τὠυτὸ πλήρωμα παρείχοντο τοῦ καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ. Ἀμπρακιῶται δὲ, ἑπτὰ νέας ἐχοντες ἐπεβοήθησαν· Λευκάδιοι δὲ, τρεῖς, ἔθνος ἐόντες οὗτοι Δωρικὸν ἀπὸ Κορίνθου. Νησιωτέων δὲ, Αἰγινῆται, τριήκοντα παρείχοντο. ἔσαν μὲν σφι καὶ ἄλλαι πεπληρωμέναι νέες· ἀλλὰ τῆσι μὲν τὴν ἑωυτῶν ἐφύλασσον, τριήκοντα δὲ τῆσι ἄριστα πλεούσῃ ἐν Σαλαμῖνι ναυμάχησαν. Αἰγινῆται δὲ εἶσι Δωριέες, ἀπὸ Ἐπιδαύρου· τὴν δὲ νήσῳ πρότερον οὔνομα ἦν Οἰνώνη. μετὰ δὲ Αἰγινήτας, Χαλκιδέες τὰς ἐπ' Ἀρτεμισίῳ εἴκοσι παρεχόμενοι, καὶ Ἐρετριέες τὰς ἑπτά· οὗτοι δὲ, Ἴωνές εἰσι· μετὰ δὲ, Κῖοι, τὰς αὐτὰς παρεχόμενοι, ἔθνος ἐὸν Ἰωνικὸν ἀπὸ Ἀθηναίων. Νάξιοι δὲ παρείχοντο τέσσερας, ἀποπεμφθέντες μὲν ὑπὸ τῶν Μήδων ὑπὸ τῶν πολιητέων, καταπερ ἄλλοι νησιῶται, ἀλογήσαντες δὲ τῶν ἐντολέων, ἀπίκατο ἐς τοὺς Ἕλληνας, Δημοκρίτου παύσαντος, ἀνδρὸς τῶν ἀστῶν δοκίμου, καὶ τότε τριηραρχέοντος. Νάξιοι δὲ εἶσι Ἴωνες ἀπ' Ἀθηναίων γεγονότες. Στυρέες δὴ τὰς αὐτὰς παρείχοντο νῆας τὰς περ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ· Κηῖοι δὴ, μίαν καὶ πεντηκοντέρου, ἐόντες σφι Δρύοπες· καὶ Σερίφιοί τε καὶ Σίφνιοι καὶ Μήλιοι ἐστρατεύοντο. ὅτοι γὰρ οὗτοι ἔδοσαν μοιῶοι νησιωτέων τῷ βαρβάρῳ γῆν τε καὶ ὕδωρ.

Οὗτοι μὲν ἅπαντες ἐντὸς οἰκημένοι Θεσπρωτῶν
καὶ Ἀχέροντος ποταμοῦ, ἐστρατεύοντο. Θεσπρωτοὶ γὰρ εἰσὶ ⓐ ὁμουρέοντες Ἀμπρακιώτῃσι καὶ
Λευκαδίοισι· οἱ δὲ ἐκτεὼν χωρέων ἐστρατεύοντο. τῶν δὲ ἐκτὸς τουτέων οἰκημένων, Κροτωνιῆται μοῦνοι ἐλθὸν ⓐ βοηθήσαντες τῇ Ἑλλάδι κινδυνεύουσῃ, νηὶ μιῇ, τῆς ἦρχε Φάϋλλος Πυθονίκης τρὶς, Φάϋλλος· Κροτωνιῆται δὲ γένος εἰσὶ Ἀχαιοί. Οἱ μὲν νυν ἄλλοι, πεντήρεας παρεχόμενοι ἐστρατεύοντο· Μήλιοι δὲ, καὶ Σίφνιοι, καὶ Σεριφιοι, πεντηκοντέρεις. Μήλιοι μὲν, γένος ἐόντες ἀπὸ Λακεδαίμονος, δύο παρεῖχοντο· Σίφνιοι δὲ καὶ Σεριφιοι, Ἴωνες ἐόντες ἀπ' Ἀθηναίων, μίαν ἑκάτεροι. Ἀριθμὸς δὲ ἐγένετο ὁ πᾶς τῶν νεῶν, πάρεξ τῶν πεντηκοντέρων, τριηκόσιαι, καὶ ἑβδομήκοντα καὶ ὀκτώ. Ὡς δὲ ἐς τὴν Σαλαμῖνα συνῆλθον ⓐ στρατηγοὶ ἀπὸ τῶν Ἑλληνικῶν πολίων, ἐβουλεύοντο, προθέντος Εὐρυβιάδεω γνώμην, ἀποφαίνεσθαι ⓦ βουλόμενον, ὁκοῦ δοκέοι ὑπιτηδεώτατον εἶναι ναυμαχίην ποιέεσθαι τῶν ἀνδρὶ χωρίων ἐγκρατέες εἰσί. ἦν γὰρ Ἀττικὴ ἀφεῖτο ἤδη, τῶν δὲ λοιπέων περὶ προεβάλετο. αἱ γνῶμαι δὲ τῶν λεχθέντων αἱ πλεῖσται συνεξέπιπτον, πρὸς ⓦ Ἰσθμὸν πλώσαντας ναυμαχέειν πρὸ τῆς Πελοποννήσου· ὑπιλεχθέντες ⓦ λόγον τόνδε, ὡς, ἢν νικηθέωσι τῇ ναυμαχίῃ, ἐν Σαλαμῖνι μὲν ἐόντες, πολιορκήσονται ἐν νήσῳ, ἵνα σφι ἀμφείη βοήθεια· ὑπιφανήσεται· πρὸς δὲ τῷ Ἰσθμῷ, ἐς τὸν ἑωυτῶν ἀξιόσονται. Ταῦτα τῶν ἀπὸ Πελοποννήσου στρατηγῶν ὑπιλεχθέντων, ἐλήλυθε ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ἀγγέλλων ἥκειν ⓦ βάρβαρον ἐς τὴν Ἀττικὴν, καὶ πάσαν αὐτὴν πυρπολέεσθαι. ὁ γὰρ δὴ Βοιωτῶν στρατὸς ἅμα Ξέρξῃ, ἐμπρήσας Θεσπιέων τὴν πόλιν, αὐτέων ἐκλελοιπότων ἐς Πελοπόννησον, καὶ τὴν Πλαταιέων ὡσαύτως, ἦκέ τε ἐς τὰς Ἀθήνας, καὶ πάντα οἰκεῖνα ἐδῄου. ἐνέπρησε δὲ Θέσπειάν τε καὶ Πλάταιαν, πυθόμενος Θηβαίων ὅτι σὺν ἐμήδιζον. Ἀπὸ δὲ τῆς Ἀβυδηνοῦ τῆς Ἑλλησπόντου, ἔνθεν πορεύεσθαι ἤρξαντο ⓐ βάρβαροι, ἕνα αὐτὸ δὴ στρατεύσαντες μῆνα, ἐν τῷ διέβαινον ἐς τὴν Εὐρώπην, ἐν τρισὶ ἑτέροισι μησὶ ἐλθόντο τῇ Ἀττικῇ, Καλλιάδεω ἄρχοντος Ἀθηναίοισι. καὶ αἱρέσιος ἐρῆμον τὸ ἄστυ, καὶ τινας ὀλίγους ὑπολοίσιους τῶν Ἀθηναίων ἐν τῷ ἱρῷ ἐόντας, ταμίας τε τοῦ ἱροῦ, καὶ πέ-

Intra Thesprotos isti omnes & amnem Acherontem incolunt. Siquidem Thesproti, quum sint contermini Ampraciotis ac Leucadiis, ex vltimis regionibus in militiam venerunt. Eorum autem qui extra hos habitant, soli fuere Crotoniatæ qui Græciæ periclitanti auxilium vna naui tulere, cui præerat Phayllus, vir [1] ter Pythionices. Sunt autem Crotoniatæ genere Achæi. Et ceteri quidem ex hac classe triremes præbuerunt: Melii autem & Siphnii & Seriphii penteconteros, [2] *id est, biremes*: Melii duas, Siphnii Seriphiique vnam vtrique: Melii, à Lacedæmone genus ducentes: Siphnii & Seriphii, ab Athenienſibus Ioues. Summa nauium præter penteconteros, fuit trecentæ [3] quinquagintaocto. Quæ posteaquam ex iis quas dixi vrbibus ad Salaminem conuenerunt, inter eorum duces consultabatur, EVrybiade rogante vt qui vellent sententiam dicerent, vbinam ex iis locis quibus ipsi potirentur, commodissimum foret pugna nauali decernere. iam enim Attica pro derelicta erat: itaque de ceteris deliberabatur. Pleræque igitur illorum sententiæ in hoc cõgruebant, vt profecti ad Isthmum ante Peloponnesum decertarent, hac videlicet ratione, quod, si male pugnassent, ad Salaminem quidem, obsessis sibi in insula nullum subsidium ostendebatur: ad Isthmum vero dabatur ad suos effugium. ¶ Hæc ratio quum à ducibus Peloponnensium redderetur, aduenit quidam Athenienſis nunciatum iam Atticam barbarum esse ingressum, eamque omnem igne vastare. nam copiæ quæ cum Xerxe erant, Bœotiam peragrantes, incensa tum Thespiensium, qui in Peloponnesum abscesserant, tum Platæensium vrbe, Athenas peruenerant, & omnia illa peruastabant. Ideo autem Thespiam & Platæam incenderunt quod à Thebanis acceperant illas ciuitates non sentire cum Medis. A traiectu autem Hellesponti ex quo iter ingredi cœpere barbari, vnum mensem triuere transeundo in Europã, tres alios dum in Atticam peruenere, Calliade summum Athenis magistratum gerente: vrbemq; desertam cepere, paucis quibusdam Athenienſibus in tẽplo repertis, necnõ quæstoribus ærariis,

XLVII XLVIII XLIX L LI

1 *Id est, Ter in certamine Pythico victor.* 2 *Atqui ipsemet huius libri initio penteconteros interpret.* nauigia quinquagenûm remorum. 3 Septuagintaocto.

& hominibus egenis, qui præsepta foribus atque lignis arce subeuntes arcebant: qui non exierant illinc ad Salaminem, simul præ inopia victus, [1] simul opinione oraculi soluendi, quod reddiderat sibi Pythia, murum ligneum inexpugnabilem fore: id interpretantes ex oraculo effugium esse, non
LII naues. Hos Persæ, castris ex aduerso arcis positis in prominenti colle, quē Areion pagon Athenienses vocant, hūc in modum obsederunt: Sagittas stupa circumdatas vbi incenderant, emittebant in illorum vallum. Athenienses, quanquam obsessi, & ad vltimum malorum deducti, etiam inscenso vallo, tamen resistebant: ac ne verba quidem Pisistratidarum conditionem deditionis offerentium admittebant: & cum alia ad repugnandum excogitarunt, tum vero hoc, quod in barbaros portis subeuntes deuoluebant saxa molaria: adeo vt Xerxes perdiu inops consilii fuerit, quod eos expugnare non posset.
LIII Tandem ex difficultatibus accessus quidam apparuit barbaris. necesse enim erat, secundum oraculum, omnem Atticam quæ in continente est, subiici Persis. Igitur à fronte arcis, à tergo autem portarum & ascensus, qua parte nemo excubabat, quaque nemo credebat quempiam hominum ascensurum, hac parte, etsi loco prærupto, quidam conscenderunt, iuxta templum Aglauriæ filiæ Cecropis. Quos vbi in arcem ascendisse viderunt Athenienses, partim è muro sese præcipitauerunt, atque extincti sunt, partim in ædem refugerunt. At Persæ qui ascenderant, primum ad portas contendunt, eisque patefactis supplices trucidant: atque vbi omnium stragem fecerunt, direpto templo arcem incendunt.
LIV Athenis omnino Xerxes potitus, equitem quendam Susa ad Artabanum mittit, nunciatum res bene gestas, ac præsentem statum. Postero die quàm nuncium miserat, conuocatis Atheniensium exulibus, expeditionis suæ comitibus, iussit vt conscensa arce hostias suo ritu immolarent: siue aliquo in somniis viso, siue sua sponte facti pœnitens quod templum concremasset. Exules Athenienses id quod iussi erant exequuti sunt. Cuius rei cur
LV mentionē fecerim exponam: Est in arce hac, Erechthei (qui fertur fuisse terri-

κὴ πέντας ἀνδρὸς· οἱ φρουρέοντες τὴν ἀκρόπολιν ξύρησί τε καὶ ξύλοισι, ἡμιώνητοι τοῦ ἐπιόντας· ἅμα μὲν ἐν ἀθενίης βίου οὐκ ἐκχωρήσαντες ἐς Σαλαμῖνα· τοῖς δ', αὐτοὶ δοκέοντες ἐξευρηκέναι τὸ μαντήιον ὃ ἡ Πυθίη σφι ἔλεγε, τὸ ξύλινον τεῖχος ἀναλωτὸν ἔσεσθαι· καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο εἶναι τὸ κρησφύγετον τοῦ μαντηίου, καὶ οὐ τὰς νῆας. Οἱ δὲ Πέρσαι ἐξόρμησαν ἔνθα περ καταμήλιον τῆς ἀκροπόλιος ἦεν, τὸ Ἀθηναῖοι καλέουσι Ἄρήιον πάγον, ἐπολιόρκεον δὲ τρόπον τοιόνδε· ὅκως σύμπεπλον περὶ τοῦ οἰστοὺς περιθέντες ἅψειαν, ἐτόξευον ἐς τὸ φρούγμα. Ἐνθαῦτα Ἀθηναίων οἱ πολιορκεόμενοι, ὁμῶς ἠμιώντο, καίπερ ἐς τὸ ἔσχατον τοῦ κακοῦ ἀπιγμένοι, καὶ τὸ φρόνημα περιεδέδωκότες· οὐδὲ λόγοις τοῖσι Πεισιστρατιδέων προσφερόντων περὶ ὁμολογίης ἐνεδέκοντο. ἀμυνόμενοι δὲ, ἄλλα τε αὐτεμηχανέοντο, καὶ δὴ καὶ προσιόντων τῶν βαρβάρων πρὸς τὰς πύλας, ὀλοιοὺς λόχους ἀπίεσαν, ὥστε πολλὸν χρόνον συχνὸν ἀπορίῃσι ἐνέχεσθαι, τοὺς βαρβάρους σφέας ἐλεῖν. Χρόνῳ δὲ ἐκ τῶν ἀπόρων ἐφάνη δή τις 303
ἔσοδος τοῖσι βαρβάροισι. ἔδεε γὰρ τὸ θεοπρόπιον πᾶσαν τὴν Ἀττικὴν τὴν ἠπείρῳ ἡμέρην ὑπὸ Πέρσῃσι. ἔμπροσθεν ὦν πρὸς τῆς ἀκροπόλιος, ὀπίσθεν δὲ τῶν πυλέων, καὶ τῆς ἀόδου, τῇ δὴ οὐδὲ κατὰ τύχην τις ἐφύλασσε, οὔτε ἂν ἔλπισε μήκοτε τοὺς ἀνθρώπους τούτους ἀναβαίνειν ἀνδρὸς, τούτῃ ἀνέβησαν τινες τοῦ ἱερὸν τῆς Κέκροπος θυγατρὸς Ἀγλαύρου, καίπερ ἀπικρήμνου ἐόντος τοῦ χώρου. ὡς δὲ εἶδον αὐτοὺς ἀναβεβηκότας Ἀθηναῖοι ὅτι τὴν ἀκρόπολιν, μὲν ἔρριπτεον ἑωυτοὺς κατὰ τοῦ τείχεος κάτω, καὶ διεφθείροντο, δὲ ἐς τὸ μέγαρον κατέφευγον. τῶν δὲ Περσέων ἀναβεβηκότες, πρῶτον μὲν ἐτράποντο πρὸς τὰς πύλας, τούτους δὲ ἀνοίξαντες, τοὺς ἱκέτας ἐφόνευον· ἐπεὶ δὲ σφι πάντες κατέστρωντο, τὸ ἱερὸν συλήσαντες, ἐνέπρησαν πᾶσαν τὴν ἀκρόπολιν. Σχὼν δὲ παντελέως τὰς Ἀθήνας Ξέρξης, ἀπέπεμψε ἐς Σοῦσα ἄγγελον ἱππέα, Ἀρταβάνῳ ἀγγελέοντα τὴν πρεοῦσαν σφι εὐπρηξίην. ἀπὸ δὲ τῆς πέμψιος τοῦ κήρυκος δευτέρῃ ἡμέρῃ συγκαλέσας Ἀθηναίων τοὺς φυγάδας, ἐνθαῦτα ἦν ἐπομένους, ἐκέλευε θύειν τῷ σφετέρῳ θυσίας τὰ ἱερὰ ἀναβαίνοντας ἐς τὴν ἀκρόπολιν. Εἴτε δὴ ὧν ὄψιν τινὰ ἰδὼν ἐνυπνίου ἐνετέλλετο ταῦτα, εἴτε καὶ ἐνθυμίην ἐλάμβανε αὐτὸν ἐμπρήσαντα τὸ ἱερόν. οἱ δὲ φυγάδες τῶν Ἀθηναίων ἐποίησαν τὰ ἐντεταλμένα. Τοῦ δὲ εἵνεκεν τούτων ἐπεμνήσθην, φράσω. ἔστι ἐν τῇ ἀκροπόλι ταύτῃ Ἐρεχθῆος τοῦ γηγενέος λεγομένου

1 Simul quod oraculum inuenisse sibi viderentur. *i. oraculi sensum, siue mentem.*

ἐλαίης τε καὶ θαλάσσης ἔνι· τὰ λόγῳ πρὸ Ἀθηναίων Ποσειδέωνά τε καὶ Ἀθηναίην ἐσιόντας ἐπὶ τῆς χώρης, μαρτύρια θέσθαι. ταύτην ὦν τὴν ἐλαίην ἅμα τῷ δηΐῳ ἱρῷ κατέλαβε ἐμπρησθῆναι ὑπὸ τῶν βαρβάρων· δευτέρῃ δὲ ἡμέρῃ ἀπὸ τῆς ἐμπρήσιος, Ἀθηναῖοι ⓐ θύειν ὑπὸ βασιλῆος κελευόμενοι, ὡς ἀνέβησαν ἐς τὸ ἱερόν, ὥρων βλαστὸν ἐκ τοῦ στελέχεος ὅσον τε πῆχυν ἀναδεδραμηκότα. οὗτοι μὲν νυν ταῦτα ἔφρασαν. Οἱ δὲ ἐν Σαλαμῖνι Ἕλληνες, ὡς σφι ἐξηγγέλθη ὡς ἔχοι τὰ περὶ τὴν Ἀθηναίων ἀκρόπολιν, ἐς τοσοῦτον θόρυβον ἀπίκοντο, ὡς ἔνιοι τῶν στρατηγῶν οὐδὲ κυρωθῆναι ἔμφυτον τὸ προκείμενον πρῆγμα, ἀλλ' ἐς τε τὰς νῆας ἐσέπιπτον, καὶ ἴσια ἀείροντο ὡς ἀποπευσόμενοι. τοῖσί τε ὑπολειπομένοισι αὐτέων ἐκυρώθη περὶ τοῦ Ἰσθμοῦ ναυμαχέειν. νὺξ τε ἐγίνετο, καὶ οἱ συμπλυθέντες ἐκ τοῦ συνεδρίου, ἐσέβαινον ἐς τὰς νῆας. Ἐνθαῦτα δὴ Θεμιστοκλέα ἀπικόμενον ὀπίσω τῆς νηός, εἴρετο Μνησίφιλος, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ὅ, τι σφι εἶπε βεβουλευμένον. πυθόμενος δὲ παρὰ αὐτοῦ ὡς εἴη δεδογμένον ἀπάγειν τὰς νῆας πρὸς ⓑ Ἰσθμόν, καὶ περὶ τῆς Πελοποννήσου ναυμαχέειν, εἶπε, Οὐ τὰ ἄρα νῦν ἀπαίρωσι τὰς νῆας ἀπὸ Σαλαμῖνος, ἐπὶ σοῦ μιῆς ἐλπὶ πατρίδος ναυμαχήσεις. τῇ γὰρ πόλιας ἕκαστοι πρέψονται. καὶ οὔτε σφέας Εὐρυβιάδης κατέχειν δυνήσεται, οὔτε τις ἀνθρώπων ἄλλος, ὥστε μὴ οὐ παρασκευαδίῃσι τῷ στρατῷ· ἀπολέεταί τε ἡ Ἑλλὰς ἀβουλίῃσι. ἀλλ' εἴπις ὀπίσω μηχανήσεαι, εἴ τι, καὶ πειρῷ παρὰ σεωυτοῦ τὰ βεβουλευμένα, ἢν κως δυνῇ ἀναγνόσαι Εὐρυβιάδεα μεταβουλεύσασθαι, ὥστε αὐτοῦ μένειν. Καρτὰ δὴ τοῦ Θεμιστοκλέι ἤρεσε ἡ ὑποθήκη· καὶ σφέων πρὸς τοῦτο ἀμειψάμενος, ἦιε ὀπίσω τὴν νῆα τὴν Εὐρυβιάδεω. ἀπικόμενος δὲ, ἔφη θέλειν ⓒ κοινόν τι πρῆγμα συμβάλλεσθαι. ὁ δὲ αὖτον ἐς τὴν νῆα ἐκέλευε ἐσβαίνοντα λέγειν εἴ τι θέλει. ἐνθαῦτα ὁ Θεμιστοκλέης παρεζόμενος ⓓ καταλέγει κεῖνά τε πρώτα τὰ ἤκουσε Μνησιφίλου, ἑωυτοῦ ποιεύμενος, καὶ ἄλλα πολλὰ προστιθείς· ἐς ὃ ἀνέγνωσε χρηίζων ἐκ τε τῆς νηὸς ἐκβῶσαν ⓔ Εὐρυβιάδεα, συλλέξαι τε σφέας τοὺς στρατηγοὺς ἐς τὸ συνέδριον. Ὡς δὲ ταῦτα συνελέχθησαν, πρὶν ἢ ⓕ Εὐρυβιάδεα προθῆναι ⓖ λόγον, τοῦ εἵνεκα συνήγαγε τοὺς στρατηγοὺς, πολλὰ ἐνθαῦτα ὁ Θεμιστοκλέης ἐν τοῖσι λόγοισι,

gena) templum, in quo olea est & mare, vt apud Athenienses prædicatur, Neptuno & Mineruæ in testimonium posita quod de regione decertassent. Hãc igitur oleam vna cum cetero templo contigit vt barbari exurerent: quam Athenienses qui ab rege iussi erant rem diuinam facere, altero ab incensione die quum in templum ascẽdissent, aspexerunt fruticasse, edito à stipite virgulto cubiti instar. Et hæc quidem illi narrauerunt. ¶ At Græci qui apud Salaminẽ LVI erant, vbi nunciatum est vti res circa Athenienſium arcem se haberent, eo perturbationis deuenere vt nonnulli è ducibus nõ expectarent dum propositum negocium constitueretur, sed in naues irruerent, ac vela tollerent tãquam profecturi: ceteriq; qui relinquebantur, statuerent sibi ante Isthmum prœlio nauali decernẽdum. Et quum nox adfuisset, digressi è concilio, naues cõscenderunt. Ibi Themistoclem pergentẽ ad nauem LVII scisscitatur Mnesiphilus vir Athenensis quidnam ab ipsis decretum esset: & quũ ab eo audisset decretum esse vt ad Isthmum proficiscerentur, & [1] ante Peloponnesum dimicarent, Si isti inquit, à Salamine proficiscantur, iam tu pro nulla amplius patria dimicabis. ad suam enim quisq; patriam remeabunt: vt nec EVrybiades, nec alius hominum quispiam cohibere possit quominus copiæ dilabantur: Græciaque peribit consilii inopia. Quare siquid comminisci potes, perge, & quod decretum est conare irritum reddere, & EVrybiadem à sententia reuocare, vt hic perstet. Themisto- LVIII cles, quum hæc admonita sibi admodum probarentur, nullo reddito responso ad EVrybiadis nauem perrexit. vbi hominem conuenit, ait velle se de negocio communi cum eo colloqui. Hunc ille in nauem ingressum iubet loqui quæ vellet. Cui Themistocles assidens, quæcunque à Mnesiphilo acceperat, tanquam à semetipso refert, & alia adiicit multa, donec EVrybiadem à sententia reuocauit: persuasitq; vt è naui prodiret, & duces ad concilium contraheret. Ii posteaquam congrega- LIX ti sunt, priusquam ad eos EVrybiades referret id cuius gratia ipsos coegerat, Themistocles multis agebat verbis

1 Pro Peloponneso, *alibi vertit.*

prout

prout magnopere expediebat. Quem interfatus Corinthiorum dux Adimantus Ocyti filius, Themistocles, inquit, in certaminibus ii qui ante alios surgunt, *colaphis* cæduntur. Eum refellens Themistocles, At qui, inquit, relinquuntur, LX non coronantur. Comiter autem Corinthio quum respondisset, ad EVrybiadem conuersus, nihil eorum dicebat quæ dixerat prius, illos, posteaquam à Salamine profecti fuissent, dilapsuros: (præsentibus enim sociis, non putabat 10 sibi decorum quempiam accusare) sed aliunde oratione sumpta, In te nunc, in- 1 quit, situm est seruare Græciam, si mihi accedens, nauale hîc prœlium facias, & non horum quibusdam credens, classem ad Isthmum abducas. vtrumque enim, quum audieris, inter se comparato. Si ante Isthmum confliges, in patenti pelago dimicabis, vbi nobis minimum expedit, naues habentibus & grauiores & numero inferiores. Ex quo, etiamsi in aliis feliciter nobiscum agatur, tamen amittes Salaminem & Megara & Æginam. nam illos vna comitabitur suus pe- 20 dester exercitus. atque ita tu eos in Peloponnesum ages, omnemque Gręciam in discrimen adduces. Sin autem id 2 feceris quod suadeo, hæc in eo reperies commoda: Primum si in arcto conflixerimus, nos, paucę naues cum multis, profecto [1] si æqua belli contingent, multo superiores erimus: quoniam in arcto oppugnare, pro nobis est: in spatioso, pro illis. Prætera Salamis seruatur, vbi nostri nunc liberi collocati sunt & vxo- 30 res. [2] Est & alia hîc caussa propter quam item debes præcipue hic manere, quod pro Peloponneso & Isthmo pugnabis: quo caue (si sapis) ne istos ducas. Quod 3 si id quod spero continget, vt classe vincamus, barbari neque ad Isthmum nobis aderunt, neque vsquam longius ab Attica procedent, sed nullo ordine abibunt: vnde nobis lucrifaciemus quæ seruauerimus, Megara, Æginamque, atque Salaminem, apud quam credibile est nos hostibus fore superiores. [3] Credibilia e- 40 nim suadentibus hominibus fere prospere cedit: secus facientibus ne deus quidem vult adesse, & humanæ sententiæ indulgere. Hæc dicentem Themi- LXI stoclem rursus interpellans Adimantus, iubebat silere eum, vtpote cui patria non esset: quin etiam Eurybiadem non

οἷα καφτα δεόμενος. λέγοντες δὲ αὐτῷ, ὁ Κορίνθι- 304
ος στρατηγὸς Ἀδείμαντος ὁ Ὠκύτου εἶπε, Ὦ Θε- "
μιστόκλεες, ἐν τοῖσι ἀγῶσι οἱ πρόσθεν ἐξανισάμενοι ῥα- "
πίζονται. ὁ δὲ, ἀπολυόμενος, ἔφη, Οἱ δέ γε ἐγκα- "
ταλειπόμενοι οὐ στεφανοῦνται. Τότε μὲν ἠπίως πρὸς τὸν Κορίνθιον ἀμείψατο. πρὸς δὲ τὸν Εὐ- "
ρυβιάδεα ἔλεγε ἐκείνων μηδὲν ἔτι ὀρθὸν τῶν πρότε- "
ρον λεχθέντων, ὡς ἐπεὰν ἀπαίρωσι ἀπὸ Σαλαμῖ- "
νος, διαδρήσονται (πρὸς γὰρ τῶν συμ- "
μάχων, οὐκ ἔφερέ οἱ κόσμον ὀρθὸν οὐδένα κατηγορέειν) "
ὁ δὲ ἄλλου λόγου εἶχετο, λέγων τάδε, Ἐν σοὶ νῦν ἐ- "
στι σῶσαι τὴν Ἑλλάδα, ἢν ἐμοὶ πειθῃ ναυμαχίην "
αὐτοῦ μούνων ποιέεσθαι, μηδὲ πειθόμενος τουτέων "
τοῖσι λέγουσι, ἀναζεύξῃς πρὸς τὸν Ἰσθμὸν τὰς νῆ- "
ας. ἀντίθεος γὰρ ἑκάτερον, ἀκούσας. πρὸς μὲν "
τῷ Ἰσθμῷ συμβάλλων, ἐν πελάγεϊ ἀναπεπταμέ- "
νῳ ναυμαχήσεις, ἐς ὃ ἧκιστα ἡμῖν σύμφορον ἐστι, νῆ- "
ας ἔχουσι βαρυτέρας, καὶ ἀριθμὸν ἐλάσσονας. τὴν "
δὲ, ἀπολέεις Σαλαμῖνά τε καὶ Μέγαρα καὶ Αἴ- "
γινα, εἰ περ καὶ τἆλλα εὐτυχήσομεν. ἅμα γὰρ "
τῷ ναυτικῷ στρατῷ αὐτέων ἕψεται καὶ ὁ πεζός. καὶ "
οὕτω σφέας αὖτις ἄξεις ὀπίσω τὴν Πελοπόννησον, "
κινδυνεύσεις τε ἁπάσῃ τῇ Ἑλλάδι. εἰ δὲ τἆλλα ἐ- "
γὼ λέγω ποιήσῃς, τάδε ἐν αὐτοῖσι χρηστὰ εὑρή- "
σεις. πρῶτα μέν, ἐν στεινῷ συμβάλλοντες νησιώ- "
λίγῃσι πρὸς πολλάς, εἰ τἆλλα εἰώθαμεν ἐκ τοῦ πολέμου "
ἐκβαίνειν, πολλὸν κρατήσομεν. ὁ γὰρ ἐν στεινῷ "
ναυμαχέειν, πρὸς ἡμέων ἐστὶ ἐν εὐρυχωρίῃ δέ, "
πρὸς ἐκείνων. αὖθις δέ, Σαλαμὶς πρόκειται, ἐς "
τὴν ἡμῖν ὑποκέκειται τέκνα τε καὶ γυναῖκες. καὶ "
μιν καὶ τάδε ἐν αὐτοῖσι ἔνεστι, τοῦ καὶ πρόκεισθαι "
μάλιστα χρεών· ὁμοίως αὐτοῦ τε μούνων, πρόσνα- "ς. αὐτοῦ τε
μαχήσεις Πελοποννήσου, καὶ πρὸς τῷ Ἰσθμῷ. "
τάδε σφέας, εἰ περ οὗ φρονέεις, ἄξεις ὀπίσω τὴν Πε- "
λοπόννησον. εἰ δέ γε καὶ τἆλλα ἐγὼ ἐλπίζω γενήσε- "
σθαι, καὶ νικήσομεν τῇσι νησὶ, οὔτε ἡμῖν ἐς τὸν Ἰσθμὸν πρό- "
σονται βάρβαροι, οὔτε προβήσονται ἑκατέρω τοῦ "
Ἀττικῆς· ἀπίασί τε τάδε νέῃ κόσμῳ. Μεγάρεισί "
τε καὶ Αἰγίνῃ καὶ Σαλαμῖνι, "
ἐν τῇ ἡμῖν καὶ λόγιόν ἐστι τῶν ἐχθρῶν κατύπερθε γενέ- "
σθαι. οἰκότα μὲν νυν βουλευομένοισι αὐθέντῃσι, "
ὡς τεκμήρασθαι ἑτέλεα γίνεται· μὴ οἰκότα δὲ βουλευομέ- "
νοισι, οὐκ ἐτέλεε τάδε ὁ θεὸς προσχωρέειν πρὸς τὰς "
αὐθεντίας γνώμας. Ταῦτα λέγοντος Θεμιστοκλέ- "
ους, αὖτις ὁ Κορίνθιος Ἀδείμαντος ἐπέφερε, σιγᾶν "
τε κελεύων τὸν μὴ ἔστι πατρὶς, καὶ Εὐρυβιάδεα οὐκ

1 Si rationi consentaneus sit belli exitus, 2 Sed & hoc inter cetera est quod in primis amplecti debes: Hîc manens, pro Peloponneso & Isthmo nihilo secius pugnabis: 3 Consilia enim agitantibus rationi consentanea, succedunt illa vtplurimum: at si qui agitent consilia rationi non consentanea, ne ipse quidem deus ad humanas deliberationes vult se accommodare.

ἐὼν ὑπιφθίζειν ἀπόλι ἀνδρί. πόλιν γὰρ τὴν Θεμιστοκλῆα πρέχρεμον, οὕτω ἐκέλευε γνώμας συμβάλλεσθαι. ταῦτα δὲ ἀπέφερε, ὅτι ἁλώκεσάν τε καὶ κατείχοντο αἱ Ἀθῆναι. τότε δὴ ὁ Θεμιστοκλέης κείνόν τε καὶ τοὺς Κορινθίους πολλά τε καὶ κακὰ ἔλεγε· ἑωυτοῖσι ἐδήλου λόγῳ, ὡς εἴη καὶ πόλις καὶ γῆ μέζων οὐδὲν κείνοισι, ἔστ' ἂν δίηκόσιαι νῆες σφι ἔωσι πεπληρωμέναι. οὐδαμοὶ γὰρ Ἑλλήνων ἀνδρὶ ὑπιόντας ἀποκρούεσθαι. Σημήνων δὲ ταῦτα τῷ λόγῳ, διέβαινε ἐς Εὐρυβιάδεα, λέγων μᾶλλον ἐπεστραμμένα, Σὺ εἰ μενέεις αὐτοῦ, καὶ μένων ἔσεαι ἀνὴρ ἀγαθός· εἰ δὲ μή, ἀναστέψεις τὴν Ἑλλάδα. ὃ πᾶν γὰρ ἡμῖν τὸ πολέμου φέρεται αἱ νῆες. ἀλλ' ἐμοὶ πείθεο. εἰ δὲ ταῦτα μὴ ποιήσεις, ἡμεῖς μέν ὡς ἐχόμεν ἀναλαβόντες τοὺς οἰκέτας, κομιεύμεθα ἐς Σίριν τὴν ἐν Ἰταλίῃ, ἥ ἐστι ἡμετέρη τε ἐκ παλαιοῦ ἔα, καὶ τὰ λόγια λέγει, ὡς ἡμέων αὐτέων δέοι κλιαθῆναι· ὑμεῖς δὲ συμμάχων τοιούτων μοιρωθέντες, μνήσεσθε τῶν ἐμῶν λόγων. Ταῦτα δὲ Θεμιστοκλέος λέγοντος, ἀνεδιδάσκετο Εὐρυβιάδης. δοκέειν δέ μοι, ἀρρωδήσας μάλιστα τοὺς Ἀθηναίους, ἀνεδιδάσκετο, μὴ σφέας ἀπολίπωσι, ἢν τοῦτο γένηται Ἰσθμὸν ἀγάγῃ τὰς νῆας. ἀπολιπόντων γὰρ Ἀθηναίων, οὐκέτι ἐτώνητο ἀξιόμαχοι οἱ λοιποί. ταύτῃ δὲ αἱρέεται τὴν γνώμην, αὐτοῦ μένοντας ναυμαχέειν. Οὕτω μὲν οἱ περὶ Σαλαμῖνα, ἔπεσι ἀκροβολισάμενοι, ἐπεί τε Εὐρυβιάδῃ ἔδοξε, αὐτοῦ προεσκευάζοντο ὡς ναυμαχήσοντες· ἡμέρη τε ἐγίνετο, καὶ ἅμα τῷ ἡλίῳ ἀνιόντι σεισμὸς ἐγένετο ἔν τε τῇ γῇ καὶ τῇ θαλάσσῃ. ἔδοξε δὲ σφι βουλεύσασθαι τοῖσι θεοῖσι, καὶ ὑπικαλέσασθαι τοὺς Αἰακίδας συμμάχους. ὡς δὲ σφι ἔδοξε, καὶ ἐποίεον ταῦτα. βουλεύσασθαι γὰρ πᾶσι τοῖσι θεοῖσι, αὐτόθεν μὲν ἐκ Σαλαμῖνος Αἴαντά τε καὶ Τελαμῶνα ἐπεκαλέοντο· ὑπὸ δὲ Αἰακοῦ καὶ τοὺς ἄλλους Αἰακίδας νῆα ἀπέστειλαν ἐς Αἴγινάν. Ἔφη δ' Δικαῖος ὁ Θεοκύδεος, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, φυγάς τε καὶ σοφὸς Μήδοισι λόγιμος γενόμενος τοῦτον τὸν χρόνον, ἐπεί τε ἐκείρετο ἡ Ἀττικὴ χώρη ὑπὸ τοῦ πεζοῦ στρατοῦ τοῦ Ξέρξεω, ἐοῦσα ἔρημος Ἀθηναίων, τυχεῖν τότε ἐὼν ἅμα Δημαρήτῳ τῷ Λακεδαιμονίῳ ἐν τῷ Θριασίῳ πεδίῳ· ἰδεῖν κονιορτὸν χωρέοντα ἀπ' Ἐλευσῖνος, ὡς ἀνδρῶν μάλιστα κη τεισμυρίων·

σημαίνειν. LXII

μιμνήσεσθε. LXIII

LXIV

LXV

305

sinere virum extorrem sententiam dicere, & ita demum id sinere quum vrbem Themistocles habuisset: videlicet exprobrans quod Athenæ captæ essent, tenerenturque ab hoste. Tunc Themistocles, & illi & Corinthiis multa ingerens probra, ratione ostendit, sibi esse & solum, & vrbem multo maiorem quam illis, [1] vnde naues ferme ducentæ essent armatæ, quas nulli Græcorum inuadentes possent propellere. Hęc quum ratione significasset, ad EVrybiadem transiens, maiori cum acrimonia loquebatur, inquiens, Tu vero si hic manes, vir eris egregius: sin minus, Græciæ euersor. totum enim belli momentum nobis naues sustinent. Sed mihi crede, nisi hoc feceris, nos, [2] sicuti sumus, vbi domesticos receperimus, in Sirin quæ est in Italia, profecturos, quæ olim iam nostra est: & quã, vt oracula aiunt, à nobis condi oportet. Vos autem talibus sociis destituti meorum verborum reminiscemini. Hæc dicente Themistocles EVrybiades [3] edocebatur: & ob id edocebatur (vt mihi videtur) quod maxime formidabat ne si ad Isthmum classem reduxisset, ab Athenensibus desereretur: quibus deserentibus, iam reliqui non essent in pugnando hostibus pares. Ita sententiam eam probauit, vt illic permanentes, pugna nauali decernerent. Quod vbi EVrybiadi placuit, ij qui altercationibus velitati fuerant circa Salaminem, quum illic sese apparerent tanquam prœlium nauale facturi, dies illuxit: & simul oriente sole extitit terræ & maris motus: propter quod visum est faciendum vt Æacidas in auxilium inuocarent. [4] Id vbi fecerunt, & omnibus qui illinc è Salamine sunt diis vota fecerunt, & Aiacem Telamonis filium inuocauerunt: nauemque ad Æacum & ad alios Æacidas inuocandos Æginam miserunt. Narrabat autem Dicæus Theocydis filius, vir Athenensis, atque idem exul, & apud Medos factus illustris, per id tempus quo Attica regio Athenensibus desolata, à pedestri Xerxis exercitu vastabatur, se forte fuisse vna cum Demarato Lacedæmonio apud campum Thriasium, vidisseque puluerem triginta ferme millium virorum procedentem ab Eleusine: & quum

1 Tantisper dum essent illis ducentæ naues armatæ. nullos enim ex Græcis illos inuad. posse propulsare. 2 Ita vt nos hasce nunc, & nihil innouantes circa rerum nostrarum statum. 3 In diuersam à priore sententiam adducebatur. *Ad verbum*, Redocebatur. *i. Diuersum sentire docebatur. vel, Dedocebatur quod sentire edoctus fuerat.* 4 Sicut autem deliberatum fuerat, ita hæc fecerunt. quum enim diis omnibus preces fudissent, illinc quidem, ex ipsa *nimirum* Salamine, Aiacem Telamonemque inuocauerunt, ad Æacum autem ceterosque Æacidas inuocandos nauem Æg. misi.

demi-

demirarentur quorumnam hominum esset ille puluis, statim se audisse vocem, quæ vox ipsi videretur Iacchus mysticus: & Demaratum (vt qui esset sacrorum quæ fierent in Eleusine ignarus) interrogasse quidnam esset quod ita sonaret, seque dixisse, Demarate [1] non aberit quin grandis aliqua clades contingat regis copiis. Hoc enim palam est, quum Attica sit desolata, numen ab Eleusine resonans, venire auxilio Athenienſibus ac sociis. & siquidem in Peloponnesum incumbat, periculum regi erit, eiusque copiis quæ sunt in continente: sin ad classem quæ ad Salaminem est conuertatur, periculum adibit rex ne nauticum amittat exercitum. Hæc autem solennia Athenienses quotannis celebrant Cereri atque Proserpinæ: & his sacris quicunque vult & Athenienſium & aliorum Græcorum initiatur: & vox quam audis, est in hoc festo bacchantium. Et ad hæc dixisse Demaratum, Sile, neve alteri cuiquam hoc verbum dixeris. nam si ad regem referatur, capite plecteris, vt nec ego te nec alius quispiã hominum queat eripere. quamobrem tene silentium. hęc autem expeditio diis curæ erit. Hoc Demaratum admonuisse aiebat. [2] Ex illo autem puluere ac voce factam esse nubem, eamque in sublime elatam, Salaminem versus ad Græcorum exercitum fuisse delatam. Ita se didicisse nauticas Xerxis copias esse periturας. Hæc Dicæus Theocydis filius referebat, Demaratum atque alios testes citans. ¶ Classiariæ autem Xerxis copię, vbi conspecta strage Laconica ex Trachiniã in Histiæam traiecerunt, triduum illic moratæ, per EVripum nauigabant, totidemque diebus ad Phalerum præsto fuerunt. Nec vero minori (vt mihi videtur) numero vel pedestres copiæ vel nauticæ Athenas promotæ sunt, quam ad Sepiadem atque Thermopylas. nam in supplementum eorum qui aut tempestate ad Thermopylas, aut in naualibus ad Artemisium prœliis interierunt, hos substituam qui nondum regem sequuti fuerant, Melienses, Dorienses, Locros, Bœotos, qui cum omni copia aduenerunt, exceptis Thespiensibus & Platæensibus: necnon Carystios, Andrios, Tenios, ac ceteros omnes insulanos, præter quinque ciuitates, quarum nomina supetius commemoraui.

ἀποθωυμάζειν τε σφέας τὸν κονιορτὸν, ὅτεῳν κοτὲ εἴη ἀνθρώπων, καὶ ἅμα τε φωνῆς ἀκούειν, καὶ φάσμα τοιόνδε τῇ φωνῇ εἰκέλον μυσταγωγὸν Ἴακχον. καὶ δὴ ἀδαήμονα τῶν ἱρῶν τῶν ἐν Ἐλευσῖνι γινομένων Δημάρητον εἴρεσθαί τε αὐτὸν ὅ,τι τὸ φθεγγόμενον εἴη τοῦτο. αὐτὸς γὰρ ἔφη, Δημάρητε, σὺν ἐστὶ ὅκως οὐ μεγάλη συμφορὴ τῇ βασιλέος στρατιῇ. τάδε γὰρ ἀρίδηλα, ἐρήμου ἐούσης τῆς Ἀττικῆς, ὅτι θεῖον τὸ φθεγγόμενον, ἀπ' Ἐλευσῖνος ἰὸν ἐς τιμωρίην τοῖσι Ἀθηναίοισί τε καὶ τοῖσι ξυμμάχοισι. καὶ ἢν μὲν γε κατασκήψῃ ἐς τὸν Πελοπόννησον, κίνδυνος αὐτῷ τε βασιλέϊ καὶ τῇ στρατιῇ τῇ ἐν τῇ ἠπείρῳ ἔσται· ἢν δ' ὅτι τὰς νέας τρέπηται τὰς ἐν Σαλαμῖνι, ναυτικὸν στρατὸν κινδυνεύσει βασιλεὺς ἀποβαλέειν. τὸν δὲ ὀρτὸν τοῦτον ἄγουσι Ἀθηναῖοι αἰεὶ πρὸς τὰ ἔτεα τῇ μητρὶ καὶ τῇ κόρῃ, καὶ αὐτέων τε ὁ βουλόμενος καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, μυεῖται· καὶ τὸν φωνὸν τῆς ἀκούεις, ἐν τούτῃ τῇ ὀρτῇ ἰαχάζουσι. πρὸς ταῦτα εἶπαι Δημάρητον, Σίγα τε καὶ μηδενὶ ἄλλῳ λόγον τοῦτον εἴπῃς. ἐπὶ γὰρ τοιῇδε βασιλέα ἀνενειχθῇ τὰ ἔπεα ταῦτα, ἀποβαλέεις τὸν κεφαλέων· καὶ σε οὔτε ἐγὼ δυνήσομαι ῥύσασθαι, οὔτ' ἄλλος ἀνθρώπων οὐδείς. ἀλλ' ἔχ' ἥσυχος. ὡς ἐγὼ στρατιῆς τῆσδε θεοῖσι μελήσει. ἀπὸ δὴ ταῦτα φαινόμενα. ἐκ δὲ τοῦ κονιορτοῦ καὶ τῆς φωνῆς γνῶναι νέφος, καὶ μεταρσιωθέν, φέρεσθαι ὅπὶ Σαλαμῖνος, ὅπὶ τὸ στρατόπεδον τὸ τῶν Ἑλλήνων. ὅτῳ οὖν αὐτὸς μαθεῖν ὅτι τὸ ναυτικὸν τὸ Ξέρξεω ἀπολέεσθαι μέλλει. ταῦτα μὲν Δικαῖος ὁ Θεοκύδεος ἔλεγε, Δημαρήτου τε καὶ ἄλλων μαρτύρων καταστάμενος. Οἱ δὲ ἐς τὸν Ξέρξεω ναυτικὸν στρατὸν ταχθέντες, ὅπῃ ἐκ Τρηχῖνος ἐπεσάμενοι τὸ πέλαμα τὸ Λακωνικὸν, διέβησαν ἐς τὴν Ἱστιαίην, ὅπισχόντες ἡμέρας τρεῖς, ἔπλωον δι' Εὐρίπου, καὶ ἐν ἑτέρῃσι τρισὶ ἡμέρῃσι ἐγένοντο ἐν Φαλήρῳ· ὡς μὲν ἐμοὶ δοκέει, οὐκ ἐλάσσονες ἐόντες ἀριθμὸν, ἐσέβαλον ἐς τὰς Ἀθήνας, κατά τε ἤπειρον καὶ τῇσι νήσοισι ἀπικόμενοι, ἤ ἐπεί τε Σηπιάδα ἀπίκοντο καὶ ἐς Θερμοπύλας. αὐτίῃσι γὰρ τοῖσί τε ἐκ τοῦ τῶν χειμῶνος αὐτέων ἀπολομένοισι, καὶ τοῖσι ἐν Θερμοπύλῃσι, καὶ τῇσι ἐς Ἀρτεμίσιον ναυμαχίῃσι, τοῖσδε τοῦτον τὸν τότε οὔκω ἑπομένους βασιλέϊ, Μηλιέας, καὶ Δωριέας, καὶ Λοκροὺς, καὶ Βοιωτοὺς, πρὸς στρατιῇ ἑπομένους, πλὴν Θεσπιέων τε καὶ Πλαταιέων· καὶ νήσους Καρυστίους τε καὶ Ἀνδρίους, καὶ Τηνίους τε καὶ τοὺς λοιποὺς νησιώτας πρώτας· πλὴν τῶν πόλεων τῶν ἐπεμνήσθην πρότερον τὰ οὐνόματα:

1 Fieri non potest quin magna aliqua cl. 2 Post illum autem puluerem ac vocem ortam esse nubem.

ὅσῳ γὰρ δὴ προσέβαινε ἐσωτέρω τῆς Ἑλλάδος ὁ
Πέρσης, τοσούτῳ πλέω ἔθνεα ἦγε ἑπ' ἑωυτόν. Ἐπεὶ ὦν
ἀπίκατο ἐς τὰς Ἀθήνας, πρώτοις, πλὴν Παρίων·
Πάριοι γὰρ ὑποληφθέντες ἐν Κύθνῳ, ἐκαραδόκεον
τὸν πόλεμον τὴν ἀποβήσεται· οἱ δὲ λοιποὶ ὡς ἀπίκοντο
ἐς Φάληρον, ἐνθαῦτα κατέβη αὐτὸς Ξέρξης ὅτι
τὰς νῆας, ἐθέλων σφι συμμίξας τε καὶ πυθέσθαι τῶν
306 ὅτι πλεόντων τὰς γνώμας. ἐπεὶ δὲ ἀπικόμενος προσ-
έζετο, πυθόμενοι μετέπεμπον οἱ τῶν ἐθνέων τῶν σφε-
τέρων τύραννοι καὶ ταξίαρχοι ἀπὸ τῶν νεῶν. καὶ ἵζοντο, 10
ὡς σφι βασιλεὺς ἑκάστῳ τιμὴν ἐδεδώκεε. πρῶ-
τος μὲν, ὁ Σιδώνιος βασιλεύς· μετὰ δὲ, ὁ Τύριος· ὅτι
δὲ, οἱ ἄλλοι. ὡς δὲ κόσμῳ ἑπεζήσαντο ἵζοντο, πέμψας Ξέρ-
ξης Μαρδόνιον, ἠρώτα, ἀποπειρώμενος ἑκάστου, εἰ
κ. ποιέοιτο ναυμαχίην" ποιέοιτο. Ἐπεὶ δὲ πρεσβύτατον ἠρώτα ὁ Μαρ-
δόνιος ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ Σιδωνίου, οἱ μὲν ἄλλοι κατ'
κ. ἐπαύσαντο, τὠυτὸ γνώμην" ἔξεφέροντο, κελεύοντες ναυμαχίην
ποιέεσθαι· Ἀρτεμισίη δὲ τάδε ἔφη, Εἰπέ μοι πρὸς
» βασιλέα Μαρδόνιε, ὡς ἐγὼ τάδε λέγω, οὔτε κακί-
» στην γνώμην ἐν τῇσι ναυμαχίῃσι τῇσι πρὸς Εὐβοίῃ, 20
» οὔτε ἐλαχίστα ἀποδεξαμένη, δέσποτα. τίνα δὲ ἔοὐσαν
» γνώμην με δίκαιόν ἐστιν ἀποδεικνύσθαι, τὰ τυγχά-
» νω φρονέουσα ἀρίστα ἐς πρήγματα τὰ σά. καίτοι τάδε
κ. αὖθ » λέγω, Φείδεο τῶν νεῶν, μηδὲ ναυμαχίην ποιέεο." τοὶ
» γὰρ ἄνδρες τῶν σῶν ἀνδρῶν κρέσσονες τοσοῦτόν ἐσι
» κατὰ θάλασσαν, ὅσον ἄνδρες γυναικῶν. Τί δὲ πρῶτος
» δεῖ σε ναυμαχίῃσι ἀνακινδυνεύειν; οὐκ ἔχεις μὲν
» τὰς Ἀθήνας, τῶν εἵνεκα ὁρμήθης στρατεύεσθαι;
» ἔχεις δὲ τὰ ἄλλα Ἑλλάδα; ἐμποδὼν δέ τοι ἵσταται οὐ-
» δείς· οἱ δέ τοι αὐτέων ἦσαν, ἀπήλλαξαν οὕτω ὡς ἐκεί- 30
» νοισι ἐβούλετο. τῇ δὲ ἐγὼ δοκέω ἀποβήσεσθαι τὰ τῶν ἀντι-
» πολεμίων πρήγματα, τοῦτο φράσω· ἢν μὲν μὴ ἐπει-
» χθῇς ναυμαχίην ποιεύμενος, ἀλλὰ τὰς νῆας αὐτοῦ
» ἔχῃς πρὸς γῇ μένων, ἢ καὶ προσβαίνων ἐς τὴν Πελο-
» πόννησον, εὐπετέως τοι δέσποτα χωρήσει τὰ νοέων ἐ-
» λήλυθας. οὐ γὰρ οἷοί τε πολλὸν χρόνον εἰσὶ τοι αὐτέ-
» χειν οἱ Ἕλληνες, ἀλλὰ σφέας ὀλισθήσεις κατ' ὀλίγους. τῶν δὲ πόλις
» ἑκαστοι φεύξονται. οὔτε γὰρ σῖτος πάρα σφίσι ἐν τῇ
» νήσῳ ταύτῃ, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, οὔτε αὖθις οἰκὸς,
» ἢν σὺ ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον ἐλαύνῃς πεζὸν 40
» στρατὸν, ἀτρεμέειν σὸν ἐκεῖθεν αὐτέων ἥκοντας·
» τόδε σφι μελήσει πρὸς τῶν Ἀθηναίων ναυμαχέ-
» ξαι. ἢν δὲ αὐτίκα ἐπειχθῇς ναυμαχῆσαι, δείδοικα μὴ
» ὁ ναυτικὸς στρατὸς κακωθεὶς, πεζὸν προσδηλή-
» σηται. πρὸς δὲ, ὦ βασιλεῦ, καὶ τόδε ἐς θυμὸν βάλοῦ,

nam quo magis penetrabat in Græciam Perſes, eo plures eum nationes ſequebantur. Qui omnes, exceptis Pariis, LXVII poſtquam Athenas venere, & ad Phalerum, (Parii autem in Cythno [1] relicti, quo bellum caderet expectabant) ibi Xerxes ipſe ad claſſem deſcendit, animo cœtum claſſiariorum adeundi, & eorum audiendi ſententias. Eo profectus vbi præſedit, aſſidentibus qui accitu eius aderant, ſuæ quoque gentis tyrannis ac nauium præfectis, vt cuique rex honorem dederat, quorum primus erat Sidonius rex, tum Tyrius, deinceps alii gradatim: miſit ad eos Mardonium tentandi graria, ſciſcitatum ſingulos, prœlium nauale faceret necne. Poſteaquam Mardonius à Sidonio exorſus, ſingulos circumiens interrogauit, ceteri quidem eandem dixere ſententiam, iubentes fieri prœlium: Artemiſia vero, Hęc, inquit, Mardoni, quæ dico, regi referas: [2] me neque in prœliis ad EVbœam geſtis ignauiſſimam extitiſſe, neque minima contuliſſe in re, domine. ideo, quum talis ſim, æquum eſſe, ea quæ in rem tuam maxime eſſe ſentio, demonſtrare. Itaq; hoc tibi ſuadeo, vt nauibus parcas, nec prœlium nauale facias cum iis viris qui tanto ſunt tuis in mari præſtantiores, quanto feminis viri. Quid enim neceſſe habes omnino venire in diſcrimen pugnæ naualis? nonne Athenas habes quarum gratia expeditionem ſumſiſti? nonne reliquam Græciam? ac nemo tibi obſiſtit? Qui tibi obſiſtebant, ita ſummoti ſunt vt eos decebat. Quo autem ego recaſuras hoſtium res arbitror, id exponam: Si non inſtabis pugnę nauali committendæ, ſed claſſem perges hic continere ad terram, aut etiam tendere ipſe in Peloponneſum, tunc tibi, domine, ſuccedent ea quorum gratia veniſti. neque enim diu tibi reſiſtere Græci poſſunt, ſed dilabentur, & abs te ad ſuas quiſque vrbes defugient. quoniam neq; commeatus eſt eis in hac inſula, vt ego audio, neque, ſi tu in Peloponneſum pedeſtres copias duces, hic eos credibile eſt perſtituros qui illinc huc aduenerunt, neque de pugna pro Athenienſibus faciẽda curaturos. At ſi pugnam naualem gerere approperabis, vereor ne copiæ nauticæ malè re geſta pedeſtribus ſint exitio. Præterea hoc etiã rex in animũ dimitte:

1 Quum remanſiſſent, 2 Me, quæ nec in nauali bus ad Eubœam prœliis me ignauiſſime geſſi, nec minima præſtiti, par eſt, domine, ſententiam meam proferendo, quæ maxime è re tua eſſe cenſeo, indicare: atque ideo hæc dico, Parce nauibus, nec

vsu venire vt bonis quidem hominibus mali serui sint, malis autem boni. Ideoque tibi (qui virorum es optimus) serui sunt mali, qui numero sociorum censentur, Ægyptii, Cyprii, Cilices, Pamphyli,
LXIX è quibus nulla vtilitas est. Hæc loquente Artemisia, quicunque ei bene volebant, noxiam illi rebantur suam orationem, tanquam aliquid mali passurę ab rege, quem vetaret pugnam facere naualem: at ii qui male consultum illi volebant inuidebantque, vtpote cui inter primos sociorum omnium honos haberetur, gaudebant eius quam dixerat sententia, tanquam perituræ. Sed Xerxes, postquam ad eum sunt relatæ sententiæ, magnopere delectatus est Artemisiæ sententia: & quum iam antea officiosam esse sensisset, tunc multo impensius collaudauit. Nihilominus vt [1] pluribus staretur iussit, ratus ad EVbœam suos sponte male pugnasse, quod videlicet ipse abfuisset: itaque constituit spectaculo pugnę naualis interesse. Classiarii, vbi nunciatum est illinc esse solLXX uendum, classem Salaminem versus ducunt, & per ocium in aciem sunt digesti. Sed quum eos dies defecisset quominus prœlium committerent, (nox enim interuenit) in posterum diem sese instruebant: quum interim Græcos metus formidoque cepit, cum alios, tum vero Peloponnenses, quod ipsi desidentes in Salamine, pro Athenienstum terra essent certaturi: qui si superarentur, in insula deprehensi forent obsidendi, sua
LXXI terra sine præsidio relicta. ¶ Per eandem noctem pedester exercitus barbarorum contendebat in Peloponnesum: quanquam cuncta quæ poterant excogitata erant ne barbari per continentem ingrederentur. Nam vbi Leonidem cum suis apud Thermopylas occubuisse accepere Peloponnenses, celerrime ex vrbibus concursu facto, Isthmum insederunt, duce Cleombroto Anaxandridæ filio, Leonidæ fratre. Ibi considentes, primum viam Scironidem obstruxerunt, deinde consilio inito Isthmum muro inædificabant, opusque perficiebant, quippe nemine (quum tot millia virorum essent) cessante. nam & lapides & lateres & ligna, & cistas fabulo plenas afferebant, nullo temporis momento opus intermittentes, neque diurno neque nocturno. Hi autem è Græcis
LXXII fuerunt qui ad Isthmum auxilio cum omni copia venerunt: Lacedæmonii,

ὡς τοῖσι μὲν χρηστοῖσι τῶν ἀνθρώπων κακοὶ δοῦλοι « φιλέοισι γίνεσθαι, τοῖσι δὲ κακοῖσι, χρηστοί. σοὶ δ' ἐ- « όντι ἀρίστῳ ἀνδρῶν πάντων, κακοὶ δοῦλοί εἰσι· οἳ « ἐν συμμάχων λόγῳ λέγονται εἶ), ἐόντες Αἰγύπτιοί « τε καὶ Κύπριοι, καὶ Κίλικες, καὶ Πάμφυλοι, τῶν « ὄφελός ἐστι οὐδέν. Ταῦτα λεγούσης πρὸς Μαρδόνιον, ὅσοι μὲν ἔσαν εὔνοοι τῇ Ἀρτεμισίῃ, συμφορὴν ἐποιεῦντο τοῦτ' λόγοις, ὡς κακόν τι πεισομένης πρὸς βασιλέος, ὅτι οὐκ ἐᾷ ναυμαχέειν ποιέεσθαι· ① οἳ δὲ ἀγαθομένοι τε καὶ φθονέοντες αὐτῇ, ἅτε ἐν πρώτοισι τετιμημένῃ ὑπὸ πάντων τῶν συμμάχων, ἐτέρποντο τῇ ἀνακρίσι, ὡς ἀπολεομένης αὐτῆς. ἐπεὶ δὲ ἀπωιείχθησαν αἱ γνῶμαι ἐς Ξέρξεα, κάρτα τε ἤνθη τῇ γνώμῃ τῆς Ἀρτεμισίης· καὶ νομίζων ἔτι μᾶλλον αἰνέειν. ὅμως δὲ τοῖσι πλέοσι πείθεσθαι ἐκέλευε, τάδε καταδοξάσας· πρὸς μὲν Εὐβοίῃ σφέας ἐθελοκακέειν, ὡς οὐ πρέοντος αὐτῶν· τότε δὲ αὖτις πρήσσεσθαι ναυμαχέοντας. Ἐπεὶ δὲ πρήγγελλον ἀναπλώειν, ἀίνησαν τὰς νῆας ὅτι τὸν Σαλαμῖνα. καὶ παρεκρίθησαν παραταχθέντες κατ' ἡσυχίην. τότε μὲν νυ οὐκ ἐξέχρησε σφι ἡ ἡμέρη ναυμαχέειν ποιέεσθαι. νὺξ δὲ ἐγένετο. ① οἳ δὲ πρεσβεύζοντο ἐς τὰ ὑπεραίτερα. τοῦτο δὲ Ἕλληνας εἶχε δέος τε καὶ ἀρρωδίη, οὐκ ἧκιστα δὲ ὅτι ἀπὸ Πελοποννησου. ἀρρώδεον δὲ, ὅτι αὐτοὶ μὲν ἐν Σαλαμῖνι κατήμενοι, ὑπὲρ γῆς τῆς Ἀθηναίων ναυμαχέειν μέλλοιεν· νικηθέντες τε, ἐν νήσῳ ἀπολαμφθέντες πολιορκήσονται, ἀπέντες τὴν ἑωυτῶν ἀφύλακτον. Τῶν δὲ βαρβάρων ὁ πεζὸς ὑπὸ τὴν πρεσβυτάτην νύκτα ἐπορεύετο ἐπὶ τὸν Πελοπόννησον. καίτοι τὰ δυνατὰ πάντα ἐμεμηχάνητο, ὅκως κατ' ἤπειρον μὴ ἐσβάλλοιεν ① βάρβαροι. ὡς γὰρ ἐπύθοντο πάχισα Πελοποννήσιοι τοῦτο ἀμφὶ Λεωνίδῃ ἐν Θερμοπύλῃσι τετειχισμένα, συνδραμόντες ἐκ τῶν πολίων, ἐς ⓦ Ἰσθμὸν ἵζοντο. καὶ στρατηγὸς ἐπῆν σφι Κλεόμβροτος ὁ Ἀναξανδρίδεω, Λεωνίδεω δὲ ἀδελφεός. ἱζόμενοι δὲ ἐν τῷ Ἰσθμῷ, καὶ συγχώσαντες τὴν Σκιρωνίδα ὁδὸν, μετὰ τοῦτο ὡς σφι ἔδοξε βουλευομένοισι, ᾠκοδόμεον ἀπὸ τοῦ Ἰσθμοῦ τεῖχος. ἔτεσι δὴ ἑπτὰ μυριάδων πολλέων, καὶ πάντων ἀνδρὸς ἐργαζομένου, ἤνυτο τὸ ἔργον. καὶ γὰρ καὶ λίθοι, καὶ πλίνθοι, καὶ ξύλα, καὶ φορμοὶ ψάμμου πλήρεες ἐσεφέροντο, καὶ ἐλίνυον οὐδένα χρόνον ① βοηθήσαντες ἐργαζόμενοι, οὔτε νυκτὸς, οὔτε ἡμέρης. Οἱ δὲ βοηθήσαντες ἐς ⓦ Ἰσθμὸν πανδημεὶ, οἵδε ἦσαν Ἑλλήνων· Λακεδαιμόνιοί τε,

1 *Id est, Sententiis plurium. Qu'on se tint à la plus grande voix.*

καὶ Ἀρκάδες πάντες, καὶ Ἠλεῖοι, καὶ Κορίνθιοι, καὶ Σικυώνιοι, καὶ Ἐπιδαύριοι, καὶ Φλιάσιοι, καὶ Τροιζήνιοι, καὶ Ἑρμιονέες. οὗτοι μὲν ἦσαν ⓐ βοηθήσαντες, καὶ ὑπαρρωδέοντες τῇ Ἑλλάδι κινδυνευθησομένῃ· τοῖσι δὲ ἄλλοισι Πελοποννησίοισι ἔμελε ταῦτα οὐδέν. Ὀλύμπια δὲ καὶ Κάρνεια παροιχώκεε ἤδη. οἰκέει δὲ τὴν Πελοπόννησον ἔθνεα ἑπτά· τούτεων δὲ τὰ μὲν δύο, αὐτόχθονα ἐόντα, ἐκ μὲν χώρης ἱδρυται· νῦν τε καὶ τὸ πάλαι οἴκεον, Ἀρκάδες, καὶ Κυνούριοι. ἓν δὲ ἔθνος ὃ Ἀχαϊκόν, οὐκ μέν Πελοποννήσου οὐκ ἐξεχώρησε, οὐκ μέντοι τῆς ἑωυτῆς· οἰκέει δὲ τὴν ἀλλοτείην. τὰ δὲ λοιπὰ ἔθνεα, τῶν ἑπτά, τέσσερα ἐπήλυδά ἐστι, Δωριέες τε καὶ Αἰτωλοὶ, καὶ Δρύοπες, καὶ Λήμνιοι. καὶ Δωριέων μέν, πολλαί τε καὶ δόκιμοι πόλιες, Αἰτωλῶν δὲ Ἦλις μούνη· Δρυόπων δὲ, Ἑρμιόνη τε, καὶ Ἀσίνη ἡ πρὸς Καρδαμύλῃ τῇ Λακωνικῇ· Λημνίων δὲ, Παρωρεῆται πάντες. ⓐ δὲ Κυνούριοι αὐτόχθονες ἐόντες, δοκέουσι μούνοι εἶναι Ἴωνες. οὐκ δεδωριέωνται δὲ, ὑπό τε Ἀργείων ἀρχόμενοι, καὶ τὸ χρόνου ἐόντες Ὀρνεᾶται, καὶ ⓐ περίοικοι. τούτεων ὦν τῶν ἑπτὰ ἐθνέων αἱ λοιπαὶ πόλιες παρέζ τὸν κατέλεξα, οὐκ τὸ μέσου ἐκάτεραι. Εἰ δὲ ἐλευθέρως ἔξεστι εἰπεῖν, οὐκ τὸ μέσου κατήμενοι, ἐμήδιζον. Οἱ μὲν δὴ ἐν τῷ Ἰσθμῷ, τοιούτῳ πόνῳ σιωπέσαντες, ἅτε περὶ τὸ πάντος ἤδη δρόμου ἑστεῶτες, καὶ τῇσι νηυσὶ οὐκ ἐλπίζοντες ἐλλάμψεσθαι· ⓐ δὲ ἐν Σαλαμῖνι Ἕλληνες, ὅμως τῶν τὰ πιθανόμενοι, ἀρρώδεον, οὐκ οὕτω περὶ σφίσι αὐτοῖσι δειμαίνοντες ὡς περὶ τῇ Πελοποννήσῳ· ἕως μὲν δὴ αὐτέων ἀνὴρ ἀνδρὶ πρὸς ἓν ἔπος σιγῇ λέγων ἐποιέετο, θώυμα ποιεύμενος τὴν Εὐρυβιάδεω ἀβουλίην· τέλος δὲ, ἐξεράγη ἐς τὸ μέσον, σύλλογός τε δὴ ἐγίνετο, καὶ πολλὰ ἐλέγετο περὶ τῶν αὐτέων. ⓐ μὲν, ὡς ἐς τὴν Πελοπόννησον χρεὼν εἴη ἀποπλώειν, καὶ περὶ ἐκείνης κινδυνεύειν, μηδὲ περὶ χώρης δορυξόου μένοντας μάχεσθαι· Ἀθηναῖοι δὲ, καὶ Αἰγινῆται, καὶ Μεγαρέες, αὖτις μένοντας ἀμύνασθαι. Ἐνθαῦτα Θεμιστοκλέης, ὡς ἔσχε τὴν γνώμην ὑπὸ τῶν Πελοποννησίων, λαθὼν ἐξέρχεται ἐκ τοῦ συνεδρίου. ἐξελθὼν δὲ, πέμπει ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ Μήδων ἄνδρα πλοίῳ, ἐντειλάμενος τὰ λέγειν χρεών· τὸν οἰώνομα μὲν ἦν Σίκινος, οἰκέτης δὲ καὶ παιδαγωγὸς ἦν τῶν Θεμιστοκλέος παίδων. ⓐ δὲ ὕστερον τούτεων τῶν πρηγμάτων Θεμιστοκλέης Θεσπιέα τε ἐποίησε, ὡς ἐπεδέχετο ⓐ Θεσπιέες πο-

& Arcades omnes, & Elei, & Corinthii, & Sicyonii, & Epidaurii, & Phliasii, & Trœzenii, & Hermionenses. Hi fuerunt qui quidem auxilio venerunt, metuentes periclitanti Græciæ. Ceteris enim Peloponnensibus id nihil admodum curæ erat, & Olympia iam & Carnia præterierant. Incolunt autem Pelo- LXXIII ponnesum gentes septem, quarum duæ indigenæ eundem quem habitarunt olim locum nunc habitant, Arcades & Cynurii: vna, Achaica, quæ nunquam illa quidem è Peloponneso excessit, sed pristino loco egressa, alienum incolit: reliquæ quatuor è septem aduentitiæ sunt, Dorienses, Ætoli, Dryopes, Lemnii. Ac Dorienſium quidem multæ sunt & insignes ciuitates: Ætolorum autem sola Elis: Dryopum autem, Hermiona & Asina, quæ ad Cardamylam Laconicam sita est: Lemniorum autem, omnes Pararetani. Cynurii autem, quum sint indigenæ, soli putantur Iones esse, sed effecti sunt Dores, sub imperio Argiuorum impositi, & progressu temporis, quum essent Orneatæ, itemque accolæ. Harum igitur septem gentium ceteræ præter eas quas recensui, è medio cesserunt: & (si ingenue loqui fas est) in medio sedentes cum Medis sentiebant. A- LXXIV pud Isthmum quidem in tali labore isti occupati erant, vtpote pro omni iam cursu, quod nulla spes è classe affulgeret, currentes. Quæ audientes illi qui in Salamine erant, formidine afficiebantur, non tam pro seipsis quàm pro Peloponneso soliciti, adeo vt alius alium adiens, & summissa voce loquens admiraretur in EVrybiade consilii inopiam: tandem vero res erupit in medium, concilium- que contractum est, & multa de hoc ipso dicebantur, ab his quidem, oportere in Peloponnesum nauigare, & pro illa adire periculum, non autem manentes, pro regione captiua pugna nauali decernere: ab Athenienſibus vero & Æginetis & Megarensibus, satius esse illic manentes dimicare. ¶ Ibi Themistocles, LXXV postquam sententia Peloponnensium cuicit, clanculum è concilio egressus, misit ad classem Medorum nauigium, cum quodam iusso dicere quæ oporteret: cui nomen erat Sicino, contubernali suo, atque eodem pædagogo liberorum suorum: quem post has res gestas ipse Thespiensem fecit, [1] (vbi Thespienses in ciuitatem sunt re-

1 Quo tempore Thespienses, ciues recipiebant. *id est, ius ciuitatis donabant.*

cepti

cepti) atque locupletem. Is tunc nauigio ad duces barbarorum profectus, hæc inquit, Dux Athenienſium, quod partibus regis fauet, præoptatque res veſtras quàm Græcorum eſſe ſuperiores, miſit me iam clam aliis Græcis indicatum vobis, illos metu perculſos fugam facere velle, & nunc offerri vobis occaſionem exequendi rem omnium præclariſſimam, niſi per negligentiam eos dilabi ſinatis. nam neque inter ſe conſentiunt, neque vobis amplius obſiſtent: ſed inter ſe dimicantes cernetis eos qui vobiſcum & eos qui contra vos ſentiunt. Hac re Sicinus indicata, ab
LXXVI illis abſceſſit. Cui fidem habentes barbari, tum in inſulam paruam nomine Pſyttaleam, quę inter Salaminem & cõtinentem ſita eſt, multos Perſarum traiiciunt, tum mediam circa noctem cornu quod ad veſperam ſpectabat producunt Salaminem verſus, eam circumituri: producunt item qui cîrca Ceon & Cynoſuram inſtructi erant, occupantes omne fretum Munychia tenus. Ideo autem & naues producebant, nequa Græcis liceret effugere: ſed circumuenti vicem redderent prœliorum ad Artemiſium geſtorum. Ad inſulam autem Pſyttaleam traiiciebant Perſas, vt commiſſo nauali certamine, quum plurimum & virorum & naufragiorum eo efferretur, (erat enim inſula in traiectu pugnæ ſita) ij Perſæ [1] ſuos ſeruarent, alienos interimerent. Hoc autem ne hoſtis ſentiret, clanculum egere, nul-
LXXVII la noctis parte conceſſa ſomno. In has ego res intuens, non habeo aduerſari oraculis tanquam non veris, volens euidenter loquentia conari refellere,

Auricomæ poſtquam Dianæ litora iungent
Nauales pontes cum litoribus Cynoſuræ,
Speſtolida fortes quod Athenas marte ſubegit,
Compeſcet iuuenem meritiſſima pœna ſuperbum,
Inſtinctum furijs, ſibi cedere cuncta putantem.
Nam miſcebitur æs æri, mars ſanguine pontum
Inficiet: Graiis tunc libera tempora reddet
Saturno genitus, ſimul & Victoria pollens.

λίπας, καὶ χρήματα ὄλβιον. ὃς τότε πλοίῳ ἀπιχθεὶς, ἔλεγε πρὸς τοὺς στρατηγοὺς τῶν βαρβάρων τάδε, Ἐπέμφθη μὲ στρατηγὸς ὁ Ἀθηναίων λάθρη τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, (τυγχάνει γὰρ φρονέων τὰ βασιλῆος, καὶ βουλόμενος μᾶλλον τὰ ὑμέτερα κατύπερθε γενέσθαι ἢ τὰ τῶν Ἑλλήνων πρήγματα) φράσοντα ὅτι οἱ Ἕλληνες δρησμὸν βουλεύονται καταρρῶδηκότες. καὶ νῦν πρέπει κάλλιστον ὑμέας ἔργων ἀπρήκτων ὑπεργάσασθαι, ἐὼν μὴ προείδηκε διαδράντας αὐλις. οὔτε γὰρ ἀλλήλοισι οἱ ὁμοφρονέουσι, οὔτε αὐτοῖς ἥσσονται ὑμῖν. πρὸς ἑωυτοὺς τε σφέας ὀψὲ ναυμαχέοντας τοὺς τὰ ὑμέτερα φρονέοντας, καὶ τοὺς μή. ὁμῶς, ταῦτά σφι σημήνας, ἐκποδὼν ἀπαλλάσσετο. Τοῖσι δ', ὡς πᾶσα ἐλπὶς ἐγένετο τὰ ἀγγελθέντα, τὸ μὲν, ἐς τὴν νησίδα τὴν Ψυτταλείην, μεταξὺ Σαλαμῖνός τε κειμένην καὶ τῆς ἠπείρου, πολλοὺς τῶν Περσέων ἀπεβίβασαν· τόδε δ', ὅπως ἐγένοντο μέσαι νύκτες, ἀνῆγον μὲν ὁ ἀπ' ἑσπέρης κέρας κυκλεόμενοι πρὸς τὴν Σαλαμῖνα, ἀνῆγον δὲ οἱ ἀμφὶ τὴν Κέον τε καὶ τὴν Κυνόσουραν τεταγμένοι, κατέχον τε μέχρι Μουνυχίης πάντα τὸν πορθμὸν τῇσι νηυσί. τῶνδε δ' εἵνεκα ἀνῆγον τὰς νῆας, ἵνα δὴ τοῖσι Ἕλλησι μηδὲ φυγέειν ἐξῇ, ἀλλ' ἀπολαμφθέντες ἐν τῇ Σαλαμῖνι, δοῖεν δίκην τῶν ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ἀγωνισμάτων. ἐς δὲ τὴν νησίδα τὴν Ψυτταλείην καλεομένην ἀπεβίβαζον τῶν Περσέων τῶνδε εἵνεκα, ὡς ἐπεὰν γένηται ναυμαχίη, ἐνθαῦτα μάλιστα ἀζοισομένων τῶν τε ἀνδρῶν καὶ τῶν ναυηγίων. ἐν γὰρ δὴ πόρῳ ναυμαχίης τῆς μελλούσης ἔσεσθαι ἔκειτο ἡ νῆσος, ἵνα τοὺς μὲν κτείνοιεν, τοὺς δὲ περισώσαιεν. ἐποίευν δὲ σιγῇ ταῦτα, ὡς μὴ πυθοίατο οἱ ἐναντίοι. οἱ μὲν δὴ ταῦτα τὴν νύκτα ἐπεξεμηχάνεον, οὐδὲν ἀποκνήσαντες, τῷ χρεόντο. Χρησμοῖσι δὲ οὐκ ἔχω ἀντιλέγειν ὡς οὐκ εἰσὶ ἀληθέες, οὐ βουλόμενος ἐναργέως λέγοντας πειρᾶσθαι καταβάλλειν, ἐς τοιάδε τοι ἐκβολὰς ἐσβάλλω,

Ἀλλ' ὅτεν Ἀρτέμιδος χρυσάορον ἱερὸν ἀκτὴν (κ. χρυσάορος ἐστὶν)
Νῆσοι περφυρόωσι, καὶ εἰναλίῃ Κυνόσουραι,
Ἐλπίδι μαινομένῃ λιπαρὰς πόρσαντες Ἀθήνας,
Δίκτα δίκην σβέσαντες κρατερὴν ὑβριος ὀπὶς,
Δεινὸν μαιμώοντα, δοκεῦντ' αἰὰ πάντα πυθέσθαι.
Χαλκὸς γὰρ χαλκῷ συμμίξεται, αἵματι δ' Ἄρης
Πόντον φοινίξει· τότ' ἐλεύθερον Ἑλλάδος ἦμαρ
Εὐρώπα Κρονίδης ἐπάγει, καὶ πότνια Νίκη.

1 Alios ſeruarent, alios interim.

ἐς τοιαῦτα μὲν καὶ οὕτω σαφέως λέγοντι Βάκιδι αἰτιλογίης χρησμῶν πέρι, οὔτε αὐτὸς λέγειν τολμέω, οὔτε παρ' ἄλλων ἀνέχομαι. Τῶν δὲ ἐν Σαλαμῖνι στρατηγῶν ἐγίνετο ὠθισμὸς λόγων πολλός. ἤδεσαν δὲ οὔκω ὅτι σφέας περιεκυκλοῦντο τῆσι νηυσὶ οἱ βάρβαροι· ἀλλ' ὥσπερ τῆς ἡμέρης ὥρων αὐτοὶ τεταγμένους, ἐδόκεον κατὰ χώρην εἶναι. Σωσιστράτου δὲ τοῦ στρατηγοῦντος, ἐξ Αἰγίνης διέβη Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου, ἀνὴρ Ἀθηναῖος μὲν, ὀστρακισμένος δὲ ὑπὸ τοῦ δήμου. τοῦτον ἐγὼ νενόμικα, σωφρονέστατον αὐτῶν εἶναι, ἄριστον ἀνδρα γνώμην καὶ δικαιότατον. οὗτος ὦν ἀνὴρ στὰς ὅπου ὁ σωφρόνιστος, ἐκάλεε Θεμιστοκλέα, ἐόντα μὲν ἑωυτῷ οὐ φίλον, ἐχθρὸν δὲ μάλιστα. ὑπὸ δὲ μεγάθεος τῶν παρεόντων κακῶν, λήθην ἐκείνων ποιεύμενος ἐκάλεε, θέλων αὐτῷ συμμίξαι. προσαγορεύσας δὲ ὅτι ταὐτὰ δοκέοι ἐκ Πελοποννήσου ἀνάγειν τὰς νῆας πρὸς Ἅλμην. ὡς δὲ ἐξῆλθε ὁ Θεμιστοκλέης, ἔλεγε Ἀριστείδης τάδε, Ἡμέας χρεὼν ἐστὶ διαφέρεσθαι περὶ τοῦ ἐπ' ἄλλου καιροῦ, καὶ δὴ καὶ ἐν τῷδε, περὶ τοῦ ὁκότερος ἡμέων πλέω ἀγαθὰ τῇ πατρίδι ἐργάσεται. λέγω δέ σοι ὅτι ἴσον ἐστὶ πολλά τε καὶ ὀλίγα λέγειν περὶ ἀποπλόου τοῦ ἐνθεῦτεν Πελοποννησίοισι. ἐγὼ γάρ αὐτόπτης τοι λέγω γινόμενος, ὅτι νεῶν, οὐδ' ἂν θέλωσι Κορίνθιοί τε καὶ αὐτὸς Εὐρυβιάδης οἷοί τε ἔσονται ἐκπλῶσαι. περιεχόμεθα γὰρ ὑπὸ τῶν πολεμίων κύκλῳ. ἀλλ' ἐστελθὼν σφι τοῦτο σήμηνον. Ὁ δ' ἀμείβετο τοῖσδε, Καίτοι τε χρηστὰ ἀγγελίας, καὶ σὺ ἐπάγγελλας. τὰ γὰρ ἐγὼ ἐδέο-μην γενέσθαι, αὐτὸς αὐτόπτης γινόμενος, ἥκεις. ἐπεὰν γὰρ ἐξ ἐμέο τὰ ποιεύμενα ὑπὸ Μήδων. ἔδεε γὰρ ὅτε οὐκ ἐθέλοντας ἐθέλειν ἐς μάχην καλίσασθαι Ἕλληνας, ἀέκοντας πάντας ἅπαντα. σὺ δ', ἐπείπερ ἥκεις χρηστὰ ἀπαγγέλλων, αὐτὸς σφι ἄπειλον. ἐὼν γὰρ ἐγὼ αὐτὰ λέγω, δόξω πλάσας λέγειν, καὶ οὐ πείσω, ὡς οὐ ποιεώντων τῶν βαρβάρων ταῦτα. ἀλλὰ σφι σήμηνον αὐτὸς παρελθών ὡς ἔχει. ἐπεὰν δὲ σημήνῃς, ἐὰν μὲν πείθωνται, ταῦτα δὴ τὰ κάλλιστα· ἐὰν δὲ αὐτοῖσι μὴ πιστὰ γένηται, ὁμοίως ἡμῖν ἔσεσθαι. οὐ γὰρ ἔτι διαδρήσονται, εἴπερ περιεχόμεθα πανταχόθεν, ὡς σὺ λέγεις. Ταῦτα ἔλεγε παρελθὼν ὁ Ἀριστείδης, φαμένος ἐξ Αἰγίνης τε ἥκειν,

Quum ita euidenter in his à Bacide dicatur, profecto neque ipse de fide oraculis deroganda ausim dicere, neque ab aliis dici sustineam. Porro inter duces LXXIIX
qui in Salamine erant ingens conflatus est tumultus, nondum scientes à barbarorum nauibus se circumueniri: vbi autem orto sole inspexerunt hostem instructum, censuerunt ibidem sibi manēdum. Quibus congregatis, applicuit ex LXXIX
Ægina Aristides Lysimachi filius, Atheniensis quidem, sed in exilium à populo iectus, quem ego (vt eius mores accepi) virum optimum Athenis atque iustissimum censui. Hic vir concilio assistens, Themistoclem euocauit, non amicum sibi, sed in primis inimicum: verum præ magnitudine præsentium malorum oblitus simultatum, euocauit hominem colloquendi gratia. præsenserat enim Peloponnenses maturare ad Isthmum classem reducere. Qui, quum prodisset Themistocles, ad eum inquit, Nos & alio tempore & hoc ipso contendere debemus inter nos hac de re, vter nostrûm de patria præclarius mereatur. te vero certiorem facio, peræque esse Peloponnensibus multa verba facere ac pauca de abducendis hinc nauibus. Ego enim tibi quod ipsemet vidi, refero: nunc, ne si velint quidem, Corinthios atque ipsum EVrybiadē enauigare posse, quoniam circumdati ab hostibus vndique sumus, quare ingressus ad eos, hoc indicato. Cui respondens Themistocles, LXXX
Vtilia sane, inquit, iubes, bonum afferēs nuncium. Nam quod ego precabar vt fieret, id ipse tu conspicatus fieri, venisti nunciatum. [1] vt enim scias, quæ fiunt à Medis, propter me fiunt: quoniam opus facto fuit vt Græci qui nolebant sua sponte ad pugnam descendere, descenderent inuiti. Tu vero, quandoquidem vtilia nunciatum venisti, per teipsum nunciato. Quoniam si ego retulero, videbor rem commentitiam dicere, nec ipsis persuadebo, tanquam non hoc agentibus barbaris. Itaque tute ingressus, vti res habet ipse referas. Quod vbi feceris, si tibi fidem habebunt, optime habet: sinminus, perinde nobis erit. neque enim si vndique circumdati sumus, vt tu ais, amplius isti defugient. Aristides concilium introgres- LXXXI
sus, eadem retulit, dicens se ex Ægina

1 Scito enim quæ à Medis fiunt, à me profecta esse.

veniſſe,

veniſſe, & ægre elapſum, latendo ſtationem hoſtium. Omnem enim claſſem Græcorum, à Xerxis claſſe circumuentam: ideoque hortari ſe vt ad defenſionem ſui illi ſeſe præpararent. Hæc loquutus Ariſtides, retro abiit. Rurſus autem inter duces altercatio orta, pleriſque eorum fidem nuncio non habentibus. Quibus non credentibus LXXXII aduenit triremis transfuga virorum Teniorum, cui præerat Panætius Soſimenis filius, quæ omnem veritatem attulit. Cuius facti nomine Tenii in tripode qui Delphis dedicatus eſt, inter eos qui barbarum debellarunt, ſcripti fuere. Ex hac autem naui quæ ad Salaminem & altera quæ ad Artemiſium trãſfugit, expleta eſt Græcorum claſſis trecentarum & octoginta nauium. duæ nanque prius ad explendum numerum defuerant naues. Græci, vbi eis LXXXIII verba Teniorum fecerunt fidem, ſeſe apparauerunt tanquam dimicaturi. Et ſub diluculum, quum propugnatorum cœtum feciſſent, Themiſtocles ex omnibus quæ expedirent præcipiebat: cuius orationis ſumma erat, meliorum cum peioribus comparatio, quæcunque in hominis natura atque induſtria exiſtunt, exhortatus vt meliora eligerent. Vbi perorauit, iuſſit illos ingredi naues. quibus ingreſſis, rediit ab Ægina triremis quæ profecta ad Æacidas erat, moxque omnes naues Græci ſoluerunt. In quos mouentes continuo LXXXIV barbari ſunt inuecti. Ibi ceteri quidem Græci [1] quum inhiberent remos, ceſſimque irent, Aminias Palleneus vir Athenienſis, euectus naui in hoſtilem incurrit, cui implicitus quum hæreret, nec abſtrahi poſſet, ita ceteri venientes auxilio conſerti ſunt. Hunc in modum aiunt Athenienſes extitiſſe initium pugnæ: Æginetæ vero, nauẽ quæ ad Æacidas abierat feciſſe initium. Quanquã etiam hoc refertur, ſimulacrum mulieris fuiſſe eis oblatum: & quum apparuiſſet, ita illos exhortatum vt omnis Græcorum exercitus exaudierit: ſed prius his verbis conuitiatum,[2] O dęmonii, quouſque remos inhibebitis? Ceterum aduerſus Athenienſes inſtructi erant Phœnices. nam hi cornu tenebant quod ad Eleuſinem occidentemq; vergebat. Aduerſus Lacedæmonios inſtructi erant Iones. hi autẽ cornu tenebant quod ad auroram ſpectabat

ἦκειν, καὶ μόγις ἐκπλώσαι λαθὼν τοὺς ἐπορμέοντας. ἐπεὶ ἔχεσθαι γὰρ πρῶτον τὸ Ἑλλήνιον ὑπὸ τῶν νεῶν τῶν Ξέρξεω, προθορτέεσθαί τε σφεας ἐβούλευε, ὡς ἀλεξησομένους. καὶ ὁ μὲν ταῦτα εἶπας, μετεπήκεε· τῶν δὲ αὖτις ἐγίνετο λόγων ἀμφισβησίη. οἱ πλεῶνες γὰρ τῶν στρατηγῶν οὐκ ἐπείθοντο τὰ ἀγγελθέντα. Ἀπιστεόντων δὲ τουτέων, ἦκε τριήρης ἀνδρῶν Τηίων αὐτομολέουσα, τῆς ἦρχε αἰνὴρ Πανάιτιος ὁ Σωσιμένεος, ἥπερ δὴ ἔφερε τὴν ἀληθείην πᾶσαν. Μετὰ δὲ τοῦτο τὸ ἔργον ἐνεγράφησαν Τηΐοι ἐν Δελφοῖσι ἐς (δ) τρίποδα, ἐν τοῖσι (ε) βαρβάρων κατελοῦσι. σὺν δὲ ὧν ταύτῃ τῇ νηὶ τῇ αὐτομολησάσῃ ἐς Σαλαμῖνα, καὶ τῇ προτέρῃ ἐς Ἀρτεμίσιον τῇ Λημνίῃ, ἐξεπλήρου το τὸ ναυτικὸν τοῖσι Ἕλλησι ἐς τὰς ὀγδώκοντα καὶ τριηκοσίας νῆας. δύο γὰρ δὴ νηῶν τότε κατέδεε ἐς (ϛ) ἀριθμόν. Τοῖσι δὲ Ἕλλησι ὡς πιστὰ δὴ τὰ λεχθέντα ἐκ τῶν Τηίων ῥήματα, προεσκευάζοντο ὡς ναυμαχήσοντες. ἠώς τε διέφαινε, καὶ οἱ σύλλογον τῶν ὁπλιτέων ποιησάμενοι προηγόρευε σφι Θεμιστοκλέης, τὰ δὲ ἄλλα ἐς πάντα κρέσσω τοῖσι πάντων ἀντιθέμενα. ὅσα δὲ ἐν ἀνθρώπου φύσι καὶ κατάστασι ἐγγίνεται, προαινέας δὴ τουτέων τὰ κρέσσω αἱρέεσθαι, καὶ καταπλέξας τὸν λόγον, ἐσβαίνειν ἐκέλευε ἐς τὰς νῆας. καὶ οὗτοι μὲν δὴ ἐσέβαινον, καὶ ἦκε ἡ ἀπ' Αἰγίνης τριήρης, ἡ τοῦ Αἰακίδας ἀπεδήμησε. ἐνταῦτα αἴνησε τὰς νῆας ἁπάσας (α) Ἕλλωες. Ἀναγεμιδρύοισι δὲ σφι, αὐλὸς ἐπεκέαρ (β) βαρβαρικοί. (γ) μὲν δὴ ἄλλοι Ἕλλωες ὅτι πρύμνῃσι ἀνεκρούοντο, καὶ ὤκελλον τὰς νῆας· Ἀμεινίης δὲ Παλληνεὺς, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ἐξορμηθεὶς, νηὶ ἐμβάλλει. συμπλακείσης δὲ τῆς νηὸς, καὶ οὐ δυναμένων ἀπαλλαγῆναι, οὕτω δὴ (δ) ἄλλοι Ἀμεινίῃ βοηθέοντες συνέμισγον. Ἀθηναῖοι μὲν οὕτω λέγουσι γενέσθαι τῆς ναυμαχίης τὴν ἀρχήν· Αἰγινῆται δὲ, τὸν κατάσκοπον Αἰακίδας ἀποδημήσασθαι ἐς Αἴγινάν, ταύτην εἶναι τὴν ἀρξασαν. λέγεται δὲ καὶ τάδε, ὡς φάσμά σφι γυναικὸς ἐφάνη· φανεῖσαν δὲ σφεας κελεύσαι θαρσέοντας, ὥστε καὶ ἄπορον ἀκοῦσαι τὸ στρατόπεδον τῶν Ἑλλήνων· ὀνειδίσαι δὲ πρότερον τάδε, Ὦ δαιμόνιοι, μέχρι κόσου ἔτι πρύμνῃσι ἀνακρούεσθε; Κατὰ μὲν δὴ Ἀθηναίους ἐτετάχατο Φοίνικες· ὅτι γὰρ εἶχον τὸ πρὸς Ἐλευσῖνός τε καὶ ἑσπέρης κέρας. κατὰ δὲ Λακεδαιμονίους, Ἴωνες· ὅτι δὲ εἶχον τὸ πρὸς τὴν ἠῶ τε καὶ (ε)

1 Quum in puppim inhiberent vt appulſuri. *Bud.* 2 O miſeri.

καὶ ⓦ Πειραιέα. ἐξελασκάκεον μὲν νυ αὐτέων, κατὰ τὰς Θεμιστοκλέος ἐντολάς, ὀλίγοι, ⓐ δὲ πλεύνες, οὐ. ἔχω μὲν νυν συχνῶν οὐνόματα τριηράρχων καταλέξαι, τῶν νῆας Ἑλλωΐδας ἑλόντων. χρήσομαι δὲ αὐτοῖσι τοῖδε, πλὴν Θεομήστορός τε τοῦ Ἀνδρομάχου, καὶ Φυλάκου τοῦ Ἱστιαίου, Σαμίων ἀμφοτέρων. τοῦδε εἵνεκα μέμνημαι τουτέων μούνων, ὅτι Θεομήστωρ μὲν ἀπὸ τούτου τοῦ ἔργου Σάμου ἐτυραννεύσε, καταρτησάντων τῶν Περσέων· Φύλακος δὲ, εὐεργέτης βασιλῆος ἀνεγράφη, καὶ χώρην ⓐ ἐδωρήθη πολλήν. ⓐ σὶ εὐεργέται τοῦ βασιλῆος, ὀρθοσάγγαι καλέονται Περσιστί. τοσοῦτο μὲν νυν τούτοισι οὕτω εἶχε. Τὸ δὲ πλῆθος τῶν νεῶν ἐπὶ τὴν Σαλαμῖνι ἐκεραΐζετο, αἱ μὲν, ὑπὸ Ἀθηναίων διαφθειρόμεναι, αἱ δὲ, ὑπὸ Αἰγινητέων. ἄτε γὰρ τῶν μὲν Ἑλλήνων σὺν κόσμῳ ναυμαχεόντων κατὰ τάξιν, τῶν δὲ βαρβάρων οὐ τεταγμένων ἔτι, οὔτε σὺν νόῳ ποιεόντων οὐδέν, ἔμελλε τοιοῦτό σφι συνοίσεσθαι οἷόνπερ ἀπέβη. καίτοι ἔσθ᾽ ὅτε καὶ ἐβόων τοῦτο τὸ ἡμέρης μακρῷ ἀμείνονες αὐτοὶ ἑωυτῶν, ἢ πρὸς Εὐβοίῃ, πᾶς τις προθυμεόμενος καὶ δειμαίνων Ξέρξεω· ἐδόκεέ τε ἕκαστος ἑωυτὸν θεήσεσθαι βασιλῆα. Κατὰ μὲν δὴ τοὺς ἄλλους, οὐκ ἔχω μετεξετέρους εἶπαι ἀτρεκέως, ὡς ἕκαστοι τῶν βαρβάρων ἢ τῶν Ἑλλήνων ἠγωνίζοντο· ἐπὶ δὲ Ἀρτεμισίῃ τοῦδε ἐγένετο, ἀπ᾽ ὧν ἐδοκίμησε μᾶλλον ἔτι παρὰ βασιλῆϊ. ἐπεὶ γὰρ ἐς θόρυβον πολλὸν ἀπίκετο τὰ βασιλῆος πρήγματα, ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ ἡ νηῦς ἡ Ἀρτεμισίης ἐδιώκετο ὑπὸ νηὸς Ἀττικῆς. καὶ ἡ οὐκ ἔχουσα ἀποφυγέειν, (ἔμπροσθεν γὰρ αὐτῆς εἶχον ἄλλαι νῆες φίλιαι, ἡ δὲ αὐτῆς πρὸς τῶν πολεμίων μάλιστα ἐτύγχανε ἐοῦσα) ἔδοξέ ⓘ τε δὴ ποιῆσαι, ὃ καὶ συνήνεικε ποιησάσῃ. διωκομένη γὰρ ὑπὸ τῆς Ἀττικῆς, φέρουσα ἐνέβαλε νηὶ φιλίῃ, ἀνδρῶν τε Καλυνδέων, καὶ αὐτοῦ βασιλέος τῶν Καλυνδέων Δαμασιθύμου. Εἰ μὲν καί τι νεῖκος πρὸς αὐτὸν ἐγεγόνεε ἔτι πρὸς Ἑλλήσποντον ἐόντων, οὐ μέντοι ἔχω γε εἰπαι, οὔτε εἰ οὐκ προνοίης αὐτὰ ἐποίησε, οὔτε εἰ συνεκύρησε ἡ τῶν Καλυνδέων κατὰ τύχην παραπεσοῦσα νηῦς. ὡς δὲ ἐνέβαλέ τε καὶ κατέδυσε, δι᾽ τυχὴν χρησαμένη, διπλᾶ ἑωυτῇ ἀγαθὰ ἐργάσατο. ὅ, τε γὰρ τῆς Ἀττικῆς νηὸς τριήραρχος, ὡς εἶδέ μιν ἐμβάλλουσαν νηὶ ἀνδρῶν βαρβάρων, νομίσας τὴν νῆα τὴν Ἀρτεμισίης ἢ Ἑλλωΐδα εἶ), ἢ ἀθλομολέειν ἐκ τῶν βαρβάρων, καὶ αὐ-

& Pireum : quorum pauci admonitu Themistoclis de industria ignauiter agebant, pleriq; minime. Enimuero complurium trierarchorum nomina commemorare possem, qui Græcas naues expugnauere: sed neminem nominabo præter Theomestorem Androdamantis filium, & Phylacon Histiæi filium, ambos Samios. quorum duntaxat ideo mẽtionem facio, quod Theomestor ob hanc nauatam operam à Persis tyrãnus Sami sit creatus: Phylacus inter bene de rege meritos adscriptus sit, & multo tractu soli donatus. Bene meriti autem de rege, Persica lingua Orosangæ vocãtur. De his quidem ita res habet. Multitudo autem regiarum nauium ad Salaminem expugnabatur, partim ab Athenien sibus corrupta, partim ab Æginetis, vtpote Græcis seruato ordine ac loco certantibus, barbaris & incomposite & inconsulte agentibus: vt non ab re fuerit talem eis rem contingere qualis contigit. quanquam eo die fuerunt atq; exitiorum longe seipsis præstantiores, & quàm ad EVbœam exiterant, pro se quisque adnitentes, ad Xerxem reformidantes, quod ab eo se singuli conspici arbitrabantur. Et de aliis quidem vel barbarorum vel Græcorum singulatim, quomodo dimicauerint, non possum pro comperto referre. Circa Artemisiam vero hoc rei gestum, ex quo impensius illa regi commendata est: Posteaquam regiæ res in multum tumultuationis deuenerant, hoc interim tempore Artemisia, quum nauem suam Attica insequeretur, nullum habens effugium, quia ante ipsam naues amicorum, sua vero proxima hosti erat, hoc sibi putauit faciendum, quod & fecisse profuit. nam vt fugiebat Atticam nauem, in nauem sociam, quæ erat virorum Calyndensium, impegit, quaque rex Calyndensium Damasithymus vehebatur. Cum quo etsi huic iam inde quum essent in Hellesponto, contentio interceserat, tamen incertum an consulto id fecerit, an fortuito nauis Calyndensium oblata fuerit. Eam Artemisia vbi incurrit pariter ac demersit, prospero casu vsa & duplex hinc sibi bonum est adepta. nam trierarchus Atticæ nauis eam conspicatus incurrisse barbarorum virorum nauem, existimãs hanc Artemisiæ nauem aut Græcam esse, aut è barbaris profugisse, & à Græcis pu-

cis pugnare, ac hac ad alias se conuertit.
LXXVIII Ita ex hoc facto contigit Artemisiæ tum vt exitium euitaret, tum vt è malo opere præcipue se probatam apud Xerxem redderet. siquidem fertur, quum rex spectans animaduertisset hanc nauē alteri incurrisse, quendam eorum qui aderant dixisse, Cernis Artemisiam domine, vt bene prœliatur, vtque nauem hostilem depressit? Et regem interrogasse nunquid vere id opus Artemisiæ esset: & illos, vtpote qui plane nossent insigne nauis Artemisianæ, ita rem habere adfirmasse, ratos eam nauem quæ corrupta esset, hostilem fuisse. nam præter cetera quæ mulieri (vt dictum est) prospere cesserunt, hoc quoq; accessit, quod è naui Calyndensi nemo seruatus est qui existeret accusator. Vnde Xerxem ferunt ad ea quę narrabantur dixisse, Viri quidem extiterunt mihi feminę, feminæ autem, viri. Hæc aiunt dixisse Xerxem. In eo prœlio cum alii multi
LXXXIX & illustres viri tam Persarū Medorumque quàm aliorum sociorum occubuere, tum vero dux Ariabignes Darii filius Xerxisque frater: è Græcis pauci. quippe qui gnati natandi, vbi suæ naues corruptæ erant, nec in pugna peribant, ad Salaminem enatabant. cuius rei quia imperiti erant barbarorum plerique, in mari periere. Posteaquam autem eorū primæ naues in fugam versæ sunt, tum vero plurimæ corrumpebantur. nā quæ in posterioribus locatæ erant, dum earum propugnatores conarentur præterire, vt ipsi aliquam operam [1] regi nauarent, vndique in suorum naues incide-
XC bant. Quo in tumultu etiam hoc actum est, vt quidam Phœnices quorum naues corruptæ fuerant, regem adeuntes, insimulauerint Iones tanquam proditores, quod propter eos naues amissæ essent. vnde id contigit, non vt Ionum duces interficerentur, sed vt ii Phœnices qui illos insimulabant, [2] eam acciperent mercedem. Etenim illis adhuc ea loquentibus, Samothracia nauis Atticæ impacta, eam demersit: & in hanc Æginetica impulsa ipsam depressit. Verum Samothraces, vt qui iaculatores essent, epibatas nauis quæ suam depresserat, iaculorum ictibus excusserunt, eorumque conscensa naui potiti sunt.

τοῖσι ἀμυνέειν, ἀποστρέψας, πρὸς ἄλλας ἐτρέπετο. Τοῦτο μὲν, τοιοῦτο αὐτῇ συνενείκε γενέσθαι ἀλέξασθαί τε καὶ μὴ ἀπολέσθαι· τοῦτο δὲ συνέβη ὥστε κακὸν ἐργασαμένῳ, ἀπὸ τούτων αὐτὴν μάλιστα βουλόμενον δοκιμῆσαι τὸν Ξέρξην. λέγεται γάρ, βασιλέα ἀνδρῶν, μαθεῖν τὴν νῆα ἐμβαλοῦσαν, καὶ δή τινα εἶπαι τῶν παρεόντων, Δέσποτα, ὁρᾷς Ἀρτεμισίην ὡς εὖ ἀγωνίζεται, νῆα τῶν πολεμίων κατέδυσε; καὶ τὸν ἐπείρεσθαι εἰ δηλοῖ- ὡς ὄντι Ἀρτεμισίης τὸ ἔργον. καὶ τοὺς φάναι, σαφῶς τὸ ἐπίσημον τῆς νηὸς ἐπισταμένους. τὴν δὲ ἀλλην τῶν νηῶν ἐπισταμένους ἐθέλειν πολεμίην. τά τε γὰρ ἄλλα, ὡς εἴρηται, αὐτῇ συνενείκε ἐς εὐτυχίην γενόμενα, καὶ ὃ τῶν ἐκ τῆς Καλυνδικῆς νηὸς μηδένα ἀποσωθέντα κατήγορον γενέσθαι. Ξέρξεα δ' εἶπαι λέγεται πρὸς τὰ φερόμενα, Οἱ μὲν ἄνδρες, γεγόνασί μοι γυναῖκες· αἱ δὲ γυναῖκες, ἄνδρες. Ταῦτα μὲν Ξέρξεα φασὶ εἶπαι. Ἐν δὲ τῷ πόνῳ τούτῳ, ἀπέθανε ὁ στρατηγὸς Ἀριαβίγνης ὁ Δαρείου, Ξέρξεω ἐὼν ἀδελφεός· ἀπὸ δ' ἄλλοι πολλοί τε καὶ ὀνομαστοὶ Περσέων καὶ Μήδων, καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων· ὀλίγοι δέ τινες καὶ Ἑλλήνων. ἅτε γὰρ νέειν ἐπισάμενοι, τοῖσι αἱ νῆες διεφθείροντο, καὶ μὴ ἐν χειρῶν νόμῳ ἀπολλύμενοι, ἐς τὴν Σαλαμῖνα διένεον. τῶν δὲ βαρβάρων ὅσοι πολλοὶ ἐν τῇ ἁλὶ διεφθάρησαν, νέειν οὐκ ἐπισάμενοι. ἐπεὶ δὲ αἱ πρῶται ἐς φυγὴν ἐτρέποντο, ἐνθαῦτα αἱ πλεῖσται διεφθείροντο. ὅσοι γὰρ ὄπισθε τεταγμένοι, ἐς τὸ ἔμπροσθε τῇσι νηυσὶ πρυμνέην πειρώμενοι, ὡς ἀποδεξόμενοί τι καὶ αὐτοὶ ἔργον βασιλέϊ, τῇσι σφετέρῃσι νηυσὶ φθείρυσησι πρόσπιπτον. Ἐγένετο δὲ καὶ τόδε ἐν τῷ ἁμίλλῃ τούτῳ. τῶν τινες Φοίνικες, τῶν αἱ νῆες διεφθάρησαν, ἐλθόντες πρὸς βασιλέα, διέβαλλον τοὺς Ἴωνας, ὡς δι' ἐκείνους ἀπολοίατο αἱ νῆες, ὡς προδόντων. συνενείκε ὦν οὕτω, ὥστε Ἴωνάς τε τοὺς στρατηγοὺς μὴ ἀπολέσθαι, Φοινίκων τε τοὺς Καμβαλήτας, λαβεῖν τοιοῦτον μισθόν. εἰ δὲ τούτων ταῦτα λεγόντων, ἐνέβαλε νηὶ Ἀττικῇ Σαμοθρηϊκὴ νηῦς. ἡ τε δὴ Ἀττικὴ κατεδύετο, καὶ ἐπιφερομένη Αἰγινήτις νηῦς κατέδυσε τῶν Σαμοθρηίκων τὴν νῆα· ἅτε δὴ ἐοῦσαι ἀκοντισταὶ οἱ Σαμοθρήϊκες, τοὺς ἐπιβάτας ἀπὸ τῆς καταδυσάσης νηὸς βάλλοντες ἀπήραξαν, καὶ ἀπέβησαν τε καὶ ἔσχον αὐτήν.

---

1 In regis conspectu nauarent. 2 Talem mercedem acciperent. *id est, quas pœnas volebant dare Iones, ipsi eas darent.*

ταῦτα ἡμύνατο, τοὺς Ἴωνας ἐρρύσατο. ὡς γὰρ εἶδε σφέας Ξέρξης ἔργον μέγα ἐργασαμένους, ἐτετάρπετο τοῖς τοῦ Φοίνικας, οἷα ὑπερλυπεόμενός τε καὶ πρὸς αἰτιώμενος· καὶ σφέων ἐκέλευσε τὰς κεφαλὰς ἀποταμεῖν, ἵνα μὴ οὗτοι κακοὶ ἡμύνωνται, τοὺς ἀμείνονας διαβάλλωσι. ὥκως γὰρ ἴδοι Ξέρξης τῶν ἑωυτοῦ ἔργόν τι ἀποδεικνύμενον ἐν τῇ
311 ναυμαχίῃ, κατήμενος ὑπὸ τῷ οὔρεϊ τῷ ἀντίον Σαλαμῖνος τὸ καλέεται Αἰγάλεως, ἀνεπυθάνετο Ⓦ ποιήσαντα. καὶ Ⓐ γραμματιστὴς ἀνέγραφον πατρόθεν Ⓦ τριήραρχον καὶ τὴν πόλιν. τοῖς δὲ ἔπι καὶ προσεβάλετο φίλος ἐὼν Ἀριαράμνης ἀνὴρ Πέρσης πρηΰς τοῦτο τὸ Φοινικήιον πάθεος. Οἱ μὲν δὴ τοῖς τοὺς Φοίνικας ἐτρέποντο. τῶν δὲ βαρβάρων ἐς φυγὴν τραπομένων, καὶ ἐκπλεόντων τοῖς τὸ Φάληρον, Αἰγινῆται προσστάντες ἐν τῷ πορθμῷ, ἔργα ἀπεδέξαντο λόγου ἄξια. Ⓐ μὲν γὰρ Ἀθηναῖοι ἐν τῷ ζοφερῷ ἐκεραΐζον τάς τε ἀντισταμένας καὶ τὰς φευγούσας τῶν νεῶν, Ⓐ δὲ Αἰγινῆται τὰς ἐκπλεούσας· ὥκως δέ τινες τοῦ Ἀθη-
20 ναίοις διαφύγοιεν, φερόμενοι ἐσέπιπτον τοῖς Αἰγινήτῃσι. Ἐνθαῦτα συνεκύρεον νῆες ἥ τε Θεμιστοκλέος διώκουσα νῆα, καὶ ἡ Πολυκρίτου τοῦ Κρίου, ἀνδρὸς Αἰγινήτεω, νηῒ ἐμβαλοῦσα Σιδωνίῃ· ἦν γὰρ εἵλετο τῶν προφυλάσσουσαν ὅτι Σκιάθῳ τῷ Αἰγιναίῳ, τὸν ἧκε πλέοντα Πυθέης ὁ Ἰσχένου· Ⓦ Ⓐ Πέρσαι κατακοπέντα, ἀρετῆς εἵνεκα εἶχον ἐν τῇ νηῒ ἐκπαγλεόμενοι. Ⓦ δὴ προσίσχουσα ἅμα τοῖσι Πέρσῃσι ἥλω νηῦς ἡ Σιδωνίη, ὥστε Πυθέῃ οὕτω σωθῆναι ἐς Αἴγιναν. ὡς δὲ ἐστίδε τὴν νῆα τὴν
30 Ἀττικὴν ὁ Πολύκριτος, ἔγνω, τὸ σημήϊον ἰδὼν τῆς στρατηλίδος· καὶ βώσας Ⓦ Θεμιστοκλέα, ἐπεκερτόμησε, ἐς τὸν Αἰγινητέων Ⓦ μηδισμὸν ὀνειδίζων. ταῦτα μὲν νυν νηῒ ἐμβαλὼν ὁ Πολύκριτος ἀπέρριψε ἐς Θεμιστοκλέα. Οἱ δὲ βάρβαροι, τῶν αἱ νῆες προσεχώρεον, φεύγοντες, ἀπίκοντο ἐς Φάληρον ὑπὸ Ⓦ πεζὸν στρατόν. ἐν δὲ τῇ ναυμαχίῃ ταύτῃ ἤκουσαν Ἑλλήνων ἄριστα Αἰγινῆται· ἐπὶ δὲ, Ἀθηναῖοι. ἀνδρῶν δή, Πολύκριτός τε ὁ Αἰγινήτης, καὶ Ἀθηναῖος Εὐμένης τε ὁ Ἀναγυράσιος, καὶ Ἀμεινίης Παλληνεύς· ὃς καὶ Ἀρτεμισίην ἀπεδίωξε. Εἰ μέν νυν ἔμαθε ὅτι ἐν ταύτῃ πλώει ἡ Ἀρτεμισίη, οὐκ ἂν ἐπαύσατο πρότερον ἢ ἑλέμενος, ἢ καὶ αὐτὸς ἁλούς. τοῖσι γὰρ Ἀθηναίων τριηράρχοισι προκεκέλευστο· τοὺς δή, καὶ ἆεθλον ἔκειτο

quod factum Iones liberauit. Nam Xerxes vbi id egregium facinus Ionum aspexit, conuersus ad Phœnices, vt erat supramodum mœstus, & omnes arguēs, iussit eorum capita præcidi, ne, quum ipsi imbelles essent, meliores crimina-rentur. Quoties enim suorum quempiā aliquod opus edentem cernebat, de eo homine percontabatur, sedens sub mō-te qui est eregione Salaminis, nomine Ægaleo, & scribæ trierarchum illum à familia & vrbe scripto annotabant. Quinetiam cladi Phœnicum qui aderant, additus est Ariaramnes vir Persa, quanquam amicus regis. Et isti quidem XCI in Phœnices se conuertebant: barbaris autem in fugam versis, & ad Phalerum elabentibus, Æginetæ in freto subsistentes, operam memoratu dignam ediderunt. nam Athenienses quidem in tumultuatione naues sibi obsistentes fugientesque expugnabant, Æginetæ vero eas quæ elabebantur: & quoties aliqua effugiebat Athenienses, eo ipso cursu in Æginetas incidebat. Quum inte- XCII rim conflixerunt naues duæ, vna Themistoclis insequens aliam, altera Polycriti Crio geniti, viri Æginetæ, dum nauem Sidoniam inuadit, illam videlicet quæ speculatoriam in Sciatho Æginetica ceperat, qua vehebatur Pytheas [1] Ischeni filius: quem Persæ seminecem plagis, tamen admiratione virtutis seruatum in naui habebant. Sidonia quæ hunc circumferebat nauis, vna cum Persis est intercepta, vt Pytheas ita spes reditet in Æginam. Polycritus vbi inspexit Atticam nauem, agnito signo nauis imperatoriæ, inclamans Themistoclem, iocatus est, exprobrans Æginetis quod cum Medis sentirent. Hoc Polycritus sua naui incurrens, in Themistoclem iaculatus est. Barbari autem XCIII quorum naues supererant, fuga se propripuerunt in Phalerum pedestres ad copias. In hac pugna nauali è Græcis optime audierunt Æginetæ, secundo loco Athenienses: è viris, Polycritus Ægineta: Athenienseseque, EVmenes Anagyrasius, & Aminias Palleneus, qui Artemisiam est insequutus, non prius desiturus quam aut illam cepisset, aut ipse captus esset, si Artemisiam ea naui vehi animaduertisset. quippe trierarchis Athenienſium præceptum erat vt eam caperent, propositumq; præmium

[1] Supra, pag. 444. Ischenoi fil. *Sed ibidem male* Pythius.

decem

decem millium drachmarum ei qui viuam cepisset. Indigne enim ferebant mulierem aduersus Athenas militare. At illa (vt antea dictum est) aufugit. Fuerunt & alii quorum naues incolumes in Phalerum euaserunt. Adimantum autem Corinthiorum ducem Athenienses ferunt statim inter initia cõcursus nauium expauefactum atque perterritum sublatis velis fugæ se dedisse: Corinthiosque, inspecta fuga nauis imperatoriæ, itidem abiisse: & quum fugiendo venissent ad templum Mineruæ Sciradis, quæ est in Salamine, occurrisse eis celocem diuina cum pompa: quem quisnam misisset quum non constaret, scirentque neminem suæ classis ad ipsos misisse, eos ob id coniectasse rem diuinam esse: & eos qui in celoce erant, vbi propiores fuerunt, ita loquutos fuisse, Adimante, tu quidem conuersis in fugam nauibus abscedere vis Græcorum proditor: at illi quantum votis conceperunt, victores hostium cuadent. Et quum his verbis fidem non haberet Adimantus, hæc iterum dixisse, [1] ipsos posse pro obsidibus ductos mortem obire, nisi constaret Græcos esse victores. Ita conuersa naui Adimantum cum ceteris ad classem suorum, re iam ab aliis nauata, venisse. Hic de illis apud Athenienses rumor extitit. quod ipsi Corinthii negant, seque inter primos pugnatores extitisse affirmant. pro quibus testimonium dicit reliqua Græcia. Aristides autem Lysimachi filius, vir Atheniensis, cuius paulo ante vt viri optimi mentionem feci, per eum tumultum qui circa Salaminem fiebat, hoc rei gessit: Permultis armatorum qui ad litus Salaminis locati erant sumptis, genere Atheniensibus, & in Psyttaleam insulam traductis, omnes Persas qui in ea insula erant interemit. Defuncti nauali pugna Græci, reductis in Salaminem nauibus, potiti sunt naufragiis quæ illic supererant: parati ad aliam dimicationem, quod sperarent, regem iis quæ sibi reliquæ erant nauibus vsurum. Porro naufragiorum pleraque ventus zephyrus asportauit in oram Atticæ, nomine Coliadem: vt impletum sit omne oracullum, cum de ceteris quæ ad pugnã naualẽ pertinent faciens mentionẽ, tum vero de naufragiis illuc euectis, à Bacide & Musæo multis annis antea prædictum, ac redditum

μύεια δραχμῶν, ὃς αὐτὴν ζωὸν ἕλῃ. δεινὸν γὰρ τοῖς ἑποιεῦντο γυναῖκα ὅπλα τὰς Ἀθήνας στρατεύεσθαι. αὕτη μὲν δὴ (ὡς πρότερον εἴρηται) διέφυγε. ἔσαν δὲ καὶ οἱ ἄλλοι τῶν αἱ νῆες προεκπεφεύγεσαν ἐν τῷ Φαλήρῳ. Ἀδείμαντον δὲ τὸν Κορίνθιον στρατηγὸν λέγουσιν Ἀθηναῖοι, αὐτίκα κατ' ἀρχὰς ὡς σπουδὴν ἐποιήσαντο αἱ νῆες, ἐκπλαγέντα τε καὶ ὑποδείσαντα, καὶ ἱστία ἀείραντα, οἴχεσθαι φεύγοντα. ἰδόντας δὲ τοὺς Κορινθίους τὸν στρατηγίδα φεύγουσαν, ὡσαύτως οἴχεσθαι. ὡς δὲ ἀφικέσθαι φεύγοντας γένεσθαι τὸ Σαλαμινίης κατὰ τὸ ἱερὸν Ἀθηναίης Σκιράδος, προεπιπλεῖν σφι κέλητα θείη πομπῇ· καὶ οὔτε πέμψαντα φανῆναι τοῦδε ἕνα, ὅστις τὸ ἀπὸ τοῦ στρατοῦ εἰδὼς προσφέροιτο τοῖσι Κορινθίοισι. τῆδε δὲ συμβάλλειν εἰκὸς θεῖον τὸ πρῆγμα· ὡς γὰρ ἀγχοῦ γενέσθαι τῶν νεῶν τοὺς ἀπὸ τοῦ κέλητος, λέγειν τάδε, Ἀδείμαντε, σὺ μὲν ἀποστρέψας τὰς νέας, ἐς φυγὴν ὥρμησαι καταπροδοὺς τοὺς Ἕλληνας. καὶ ὃ καὶ δὴ νικῶσι, ὅσον αὐλοὶ ἦρξαν ὑπερκρατήσαντες ἐχθρῶν. ταῦτα λεχθέντων, ἀπιστέειν μὲν Ἀδείμαντον, αὖτις τάδε λέγειν· ὡς αὐλοὶ οἷοί τε εἶεν ἀγαθοὶ ὄμπεσοι ἀποθνήσκειν, ἢν μὴ νικῶντες φαίνωνται οἱ Ἕλληνες. ὅπως δὲ ἀποστρέψαντες τὰ νῆα, αὐλόν τε καὶ τοὺς ἄλλους ἐπεξέρχασθαι οἱ ἐλθόντες ὀπίσω τὸ στρατόπεδον. τότε μὲν τοιαύτη φάτις ἐγένετο τοῦ Ἀθηναίων. οὐ μὴν οἱ αὐλοί γε Κορίνθιοι ὁμολογέουσι, ἀλλ' ἐν πρώτοισι σφέας αὐλοὺς τὰ ναυμαχίης νομίζοισι γενέσθαι. μαρτυρεῖ δὲ σφι καὶ ἡ ἄλλη Ἑλλάς. Ἀριστείδης δὲ ὁ Λυσιμάχου, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, τὰ καὶ ὀλίγῳ τι πρότερον τούτων ἐμνήσθην ὡς ἀνδρὸς ἀρίστου, ἔστι ὃν τῷ δικαίῳ τούτῳ τῷ περὶ Σαλαμῖνα γνωμοψῷ τάδε ἐποίεε· πρώτους τῶν πολιτέων, οἱ πολλοὶ προσετάχαρ πρὸς τὴν ἀκτὴν τῆς Σαλαμινίης χώρης, γνόους ἐόντας Ἀθηναίους, ἐς τὴν Ψυττάλειαν νῆσον ἀπέβησε ἄγων. οἱ τοὺς Πέρσας τοὺς ἐν τῇ νησίδι ταύτῃ κατεφόνευσαν πάντας. Ὡς δὲ ἡ ναυμαχίη διελέλυτο, κατέρρωσαν ἐς τὴν Σαλαμῖνα οἱ Ἕλληνες τῶν νεωγίων ὅσα ταύτῃ ἐτύγχανε ἔτι ἐόντα, ἑτοῖμοι ἐόντες ἐς ἄλλην ναυμαχίην· ἐλπίζοντες τῇσι περιούσῃσι νηυσὶ ἔτι χρήσεσθαι βασιλέα. τῶν δὲ νεωγίων πολλὰ μὲν πολλαχῶν ὁ ἄνεμος ζέφυρος, ἔφερε τῆς Ἀττικῆς ἐπὶ τὴν νῆσον τὴν καλεομένην Κωλιάδα· ὥστε ἀποπλῆσαι τὸν χρησμόν, τόν τε ἄλλον πάντα τὸν περὶ τῆς ναυμαχίης ταύτης ἐξηνεμωμένον Βακίδι καὶ Μουσαίῳ, καὶ δὴ καὶ τὸν τὰ ναυήγια τὰ ταύτῃ ὀξενειχθέντα ὃ ἐξηνεμωμένον πολλοῖσι ἔτεσι πρότερον ἦν τεῶν ἐν χρησμῷ,

1 Se tales esse qui vellent obsides duci ac morte plecti nisi victores comperirentur Græci. *Vel, Se eo animo esse. Q. d. Se paratos esse ad &c.*

Λυσιστράτῳ Ἀθηναίῳ ἀνδρὶ χρησμολόγῳ, ὃ ἐλελήθεε πάντας τοὺς Ἕλληνας,

Κωλιάδες ὀ γυναῖκες ἐρετμοῖσι φείξουσι.

Τοῦτο δὲ ἔμελλε ἐπελθόντος βασιλῆος ἔσεσθαι. Ξέρξης ὦν ὡς ἔμαθε τὸ γεγονὸς πάθος, δείσας μή οἱ τὴν Ἰώνων ἐπαναστᾶσαν τοῖσι Ἕλλησι ἢ αὖτις νοήσωσι πλώειν ἐς (IV) Ἑλλήσποντον, λύσοντες τὰς γεφύρας, καὶ ἀποληφθεὶς ἐν τῇ Εὐρώπῃ ἀπολέσθαι κινδυνεύσας, δρησμὸν ἐβούλευσε. θέλων ὦν μὴ ὀπιδηλος εἴη μήτε τοῖσι Ἕλλησι μήτε τοῖσι ἐωυτοῦ, ἐς τὴν Σαλαμῖνα χῶμα ἐπειρᾶτο Φοινικηίοισι σωρέειν, ἵνα οἱ τέ σφεδόνης ἔωσι καὶ τείχεος ἀρτέετό τε ἐς πόλεμον, ὡς ναυμαχέων δῆθεν ποιησόμενος. ὁρέοντες δέ μιν πάντες (VI) ἄλλοι ταῦτα παρασκευαζόμενον, οὐκ ἐπίστεον ὡς οὐκ πάντως νόου προσεχθέα σφι μέλλων πολεμήσειν. Μαρδόνιον δὲ τοῦτο ἔλαθε τῶν ἐόντα τῆς ἐκείνου γνώμης. ταῦτά τε ἅμα Ξέρξης ἐποίεε, καὶ ἔπεμπε ἐς Πέρσας ἀγγελέοντα τὴν παρεοῦσαν σφι συμφορήν. Τουτέων ὦν τῶν ἀγγέλων ἐστὶ τοῦτο, ὃ θᾶσσον διαγίνεται θνητὸν ἐόν· οὕτω τοῖσι Πέρσῃσι ἐξεβλήθη τοῦτο. λέγεσι γὰρ ὡς ὅσων αἱ ἡμερέων ἡ πᾶσα ὁδός, τοσοῦτοι ἵπποί τε καὶ ἄνδρες διεξῆσι κατ' ἡμερησίην ὁδὸν ἑκάστην τεταγμένοι· τοὺς οὔτε νιφετὸς, οὐκ ὄμβρος, οὐ καῦμα, οὐ νὺξ ἔργει μὴ οὐ κατὰ μοῦσαν τὸ προκείμενον ἑωυτῶν δρόμον τὸ τάχιστα ἐκτελέειν. ὁ μὲν δὴ πρῶτος δραμὼν παραδιδοῖ τὰ ἐντεταλμένα τῷ δευτέρῳ, ὁ δὲ δεύτερος, τῷ τρίτῳ· ὁ δὲ ἐνθεῦτεν ἤδη κατ' ἄλλον διεξέρχεται παραδιδόμενα, κατάπερ Ἕλλησι ἡ λαμπαδηφορίη, τὴν τῷ Ἡφαίστῳ ὀπίτελέουσι. τοῦτο δὲ δρόμημα τὸν ἵππων καλέουσι Πέρσαι ἀγγαρήιον. Ἦ μὲν δὴ πρώτη ἐς Σοῦσα ἀγγελίη ἀπικομένη, ὡς ἔσχε Ἀθηνέων Ξέρξης, ἑτέρῃ οὕτω δὴ Περσέων τοὺς ἐπολέφθεντας, ὡς τάχιστα μυρσίνῃσι πάσας ἐστόρεσαν, καὶ ἐθυμίων θυμήματα· καὶ αὐτοὶ ἔσαν ἐν θυσίῃσί τε καὶ εὐπαθίῃσι· ἡ δὲ δευτέρη σφι ἀγγελίη ἐπεξῆλθε σωρέας οὕτω, ὥστε τοὺς κιόνας κατερρήξαντο πάντες, βοή τε καὶ οἰμωγῇ ἐχρέωντο ἀπλέτῳ, Μαρδόνιον ἐν αἰτίῃ ἔχοντες. τοῦτο οὕτω ὦν τοῖσι τὴν ναῦν ἀλγέουσι ταῦτα (VII) Πέρσαι ἐποίεον, ὡς τοῖσι αὐτῷ Ξέρξῃ δεινὰ μαίνοντες. καὶ τοῖσι Πέρσῃσι μὲν ἐν ταῦτα (VIII) πάντα μεταξὺ χεόμενον ἠνώμενον, μέχρι οὗ Ξέρξης αὖτις σφέας ἀπικόμενος ἔπαυσε. Μαρδόνιος ὦν, ὁρέων μὲν Ξέρξεα συμφορὴν μεγάλην ἐκ τῆς ναυμαχίης ποιεύμενον, ἐπιστάμενος ὦν αὖτον δρησμὸν βουλεύειν ἐκ τῶν Ἀθηνέων, φροντίσας τοῦτο ἐς ἑωυτὸν ὡς δώσει δίκην, ἀναγνώσας βασιλῆα τοιάδε ἔλεγε, ὅτι τὴν Ἑλλάδα,

Lysistrato Athenienſi, viro ſortilego, quod omnes Græcos latuerat,

Horrebunt remis mulieres Coliadenſes.

Hoc autem futurum erat aduecto rege.

¶ COGNITA ſua clade Xerxes, veritus nequis Ionum à Græcis ſubornatus, aut ſua ſponte ad ſoluendos pontes in Helleſpontum nauigaret, vnde ipſe in Europa deprehenſus ſalute periclitaretur, de fugiendo conſultabat. nolens tamen neque à Græcis neque à ſuis detegi, aggerem in Salamine tentabat educere: naueſque Phœnicum onerarias, vt pro rate ac muro eſſent, innectebat: & ſe tanquam aliam pugnam naualem facturus, ad bellum inſtruebat. Quæ agentem videntes ceteri, pro certo habebant eum manendi animo atque bellandi illa apparare: ſed nihil eorum Mardonium latebat, vt probe gnarum ingenii illius. Xerxes & hæc fecit, & ſimul in Perſidem miſit qui præſentem cladem nunciarent. His nunciis nihil pernicius tranſcurrit in rebus humanis. quod negocium hunc in modum eſt à Perſis excogitatum: Quot ex diebus tota via conſtat, totidem equos ac viros ferunt eſſe diſtinctos ad ſingulorum dierum iter faciendum, quos neque vis niuium, neque imber, neque æſtus, neque nox diſtinet quin propoſitum ſibi curſum celerrime conficiant. Quorum curſorum primus mandata tradit ſecundo, ſecundus item tertio: & ita deinceps illa mandata in alium atque alium pertranſeunt, quemadmodum apud Græcos fax quam Vulcano per vices ferre curſores perſeuerant. Hanc equorum curſitationem Perſæ angarήion appellant. Primus igitur nuncius Suſa perlatus, Xerxem Athenis potitum eſſe, tanta Perſas qui relicti erant voluptate affecit, vt omnes vias myrto conſternerent, & per eas odores incenderent, & ipſi in ſacrificiis ac gaudiis verſarentur: ſecundus autem ita eos conſternauit vt vniuerſi veſtes dilaniarent, vociferationeque & eiulatu irrequieto vterentur, culpam in Mardonium refundentes, non tam de claſſe quàm de ipſo Xerxe ſoliciti: idque tamdiu dum Xerxes illos ita affectos redeundo ſedauit. At Mardonius quum videret Xerxem magnam è pugna naual iacturam feciſſe, ſuſpicans agitare fugam ex Athenis, pro ſeipſo anxius erat, tanquam pœnas daturus, qui regi perſuaſiſſet inferre Græciæ bellum: puta-

XCVII

XCVIII

XCIX

C

putabatque sibi conducibilius esse periclitari aut subigere Græciam, aut magna opera aggressum honeste vita defungi: quanquam opinio eius de subigenda Græcia propensior erat. Hoc quum secum agitasset, regem hac oratione est alloquutus, Domine, noli mærorem ob hanc rem gestam capere, aut pro ita magna hoc iactura ducere. non enim certamen, quo omnia nostra constant, in lignis est, sed in viris & equis. Itaque nemo tibi aut horum qui tibi videntur omnia confeciſſe, egressus è nauibus conabitur obuiam se ferre, aut ex hac continente: vnde qui se obuios tulere, pœnas dedere. Quod si tibi videtur faciendum vt Peloponnesum tentemus, continuo tentemus: si videtur supersedendum, supersedeamus licet. nec animo consterneris: neq; enim vlla possunt ratione subterfugere Græci quominus rationem dent eorum quæ & nunc & antea perpetrarunt, tuique sint serui. Et hoc quidem pręcipue tibi agendum puta. Quod si tibi constitutum est vt ipse eum exercitu reuertaris, aliud quoque habeo ex hac re consilium. Ne committas rex vt Persæ Græcis ludibrio fiant. [1] non enim res Persarum afflictę sunt: neque tu vbinam viri fuerimus ignaui dicere potes. quales si Phœnices & Ægyptii & Cyprii & Cilices fuere, nihil ista ad Persas attinet culpa. Quare, quoniam Persæ huius rei insontes sunt, iam mihi credito. si tibi non videbitur permanendum, remea ipse ad solum natale cum pleraque parte copiarum: ego cum delectis de exercitu triginta myriadibus militum debeo Græciam in tuam redigere seruitutem. His auditis Xerxes, [2] vt ex malis, gauisus est, voluptatemque cepit: & ad Mardonium inquit, se, [3] vbi ad concilium retulisset, responsurum vtrũ eorum esset facturus. Et quum in concilium vocasset delectos Persarum proceres, placuit ei Artemisiam quoque ad cõsultandum accersi: quam solã constabat antea quę faciẽda essent intellexisse. Quæ vbi aduenit, eã Xerxes summotis aliis Persarũ consiliariis atq; satellitibus, hunc in modũ alloquutus est, Iubet me Mardonius hîc permanere ad tentandã Peloponnesum, negans vllam culpam huius damni esse penes Persas atque pedestres copias,

καὶ ⓐ κρέσσον εἶη ἀναχινδυνεύσαι, ἢ καταγράφεσθαι τὴν Ἑλλάδα, ἢ αὐτὸν καλῶς τελευτῆσαι ⓥ βίον, ὑπὲρ μεγάλων ἀφορητέοντα, πλέω μέντοι ἔφερε ⓐ γνώμη καταγράσασθαι τὴν Ἑλλάδα. λεγομένους ὧν ταῦτα, τοιάδε φέρει ⓦ λόγον τόνδε, Δέσποτα, μήτε λυποῦ, μήτε συμφορὴν μηδεμίην μεγάλην ποιεῦ, τῶνδε τῶν γεγονότος εἵνεκα πρήγματος. οὐ γὰρ ξύλων ὁ ἀγὼν ὅδε πρὸς φέρων ἐστὶ ἡμῖν, ἀλλ' ἀνδρῶν τε καὶ ἵππων. σοὶ δὲ οὐτέ τις τουτέων τῶν ὃ πρὶν σφι ἤδη δοκεόντων καταργάσασθαι, ἀποβὰς ἀπὸ τῶν νεῶν πειρήσεται ἀντικοσθῆναι, οὐτ' ἐκ τῆς ἠπείρου τῆσδε. οἵ τε ἡμῖν ἐπιστώθησαν, ἔδοσαν δίκας. εἰ μὲν νῦν δοκέει, αὐτίκα πειρώμεθα τῆς Πελοποννήσου· εἰ δὲ καὶ δοκέει ὑπισχεῖν, πρέπει ποιέειν ταῦτα. μὴ δὲ δισσύμει. οὐ γὰρ ὅστις Ἕλλησι σοδεμίη ἔκδυσις, μὴ οὐ δόντας λόγον τῶν ἐποίησαν νεῶν τε καὶ τοῦτο ἐν, εἰ σοὶ δοῦλοι. μάλιστα μὲν νῦν ταῦτα ποίεε. εἰ δ' ἄρα τοι βεβούλευται, ἄνδρα ἐπελαύνοντα ἀπάγειν τὸν στρατὸν, ἄλλων ἔχω καὶ ἐκ τῶνδε βουλέων. σὺ Πέρσας βασιλεῦ μὴ ποιήσῃς καταγελάστους γενέσθαι Ἕλλησι. σοδὲν γὰρ ἐν Πέρσῃσι τοῖσι δεδήληται τῶν πρημάτων· οὐδ' ἐρεῖς ὅκου ἐλθόμεθα ἄνδρες κακοί. εἰ δὲ Φοίνικές τε καὶ Αἰγύπτιοι, καὶ Κύπριοί τε καὶ Κίλικες, κακοὶ ἐγένοντο, σοδὲν τοῦτο πρόσκειται τὸ πάθος. πάρεσι δὲ ὑμῖν οὐ Πέρσαι τοι αἴτιοι ἐόντες, ἐμοὶ πείθεο. εἰ τοι δέδοκται μὴ σοδὲν μένειν, σὺ μὲν ἧσο τὰ σεωυτοῦ ἀπέλαυνε, τὸν στρατὸν ἀπάγων τὸν πολλόν· ἐμὲ δὲ σοὶ χρὴ τὴν Ἑλλάδα τοδάσχειν δεδουλωμένην, τριήκοντα μυριάδας τοῦ στρατοῦ ἀπολεξάμενον. Ταῦτα ἀκούσας Ξέρξης, ὡς ἐπὶ κακοῦ ἐχάρη τε καὶ ἥδη· πρὸς Μαρδόνιον τε βουλευσάμενος ἔφη ἀποκρινεῖσθαι, ὁκοτέρην ποιήσει τουτέων. ὡς δ' ἐβουλεύετο ἅμα Περσέων τοῖσι ὑπικλήτοισι, ἔδοξε ⓐ καὶ Ἀρτεμισίῃ ὑπὶ συμβουλὴ μεταπέμψασθαι, ὅτι πρότερον ἐφαίνετο μοῦνη νοέουσα τὰ ποιητέα ἦν. ὡς δ' ἀπίκετο ἡ Ἀρτεμισίη, μετὰ τὴν σὺν ἄλλοισι τοῖσι τε συμβούλοισι Περσέων, καὶ σὺν δορυφόροισι, ἔλεξε Ξέρξης τάδε, Κελεύει με Μαρδόνιος μένοντα αὖθι, ἀποπειρᾶσθαι τὴν Πελοποννήσου· λέγων ὡς μοι Πέρσαι τε καὶ ὁ πεζὸς στρατὸς σοδενὸς μεταίτιοι πάθεος εἶσι,

1 Nullum enim rebus damnum attulerunt Persæ. 2 *Sic Græca habent ad verbum: pro eo quod est, Tanquam illo offerente aliquod inter tot mala solatium. Vel, Tanquam illo ex rebus alioqui desperatis aliquem exitum proponente.* 3 Vbi deliberasset. *Sed Valla ita vertit ratione habita eorum quæ sequuntur.*

» ἀλλὰ βουλομένοισί σφι γένοιτ' ἂν ἀπόδοξις. ἐμὲ
» ὦν ἢ ταῦτα κελεύει ποιέειν ἢ ἄλλος ἐθέλει, τετρήκον-
» τα μυριάδας ἀπολεξάμενος τοῦ στρατοῦ παρέ-
» χειν μοι τιμὴν Ἑλλάδα δεδουλωμένην· αὐτὸν δέμε
» κελεύει ἀπελαύνειν σὺν τῷ λοιπῷ στρατῷ ἐς ἡ-
» θεα τὰ ἐμά. σὺ ὦν ἐμοὶ, καὶ γὰρ περὶ τῆς ναυμαχί-
» ης βουλευσάμενος τῆς γνώμης οὐκ ἐλάσσω ποι-
» έεσθαι, νῦν τε συμβούλευσον, ὁκότερα ποιέων ὀπτι-
» τύχω τοῦ βουλεύματος. ὁ μὲν ταῦτα συνεβου-
» λεύετο. Ἡ δὲ λέγει τάδε, Βασιλεῦ, χαλεπὸν μὲν
» μοὶ ἐστι συμβουλευομένῳ τυχεῖν τὰ ἄριστα εἰπα-
» σθαι· ὅμως μέντοι τοῖσι κατήκουσι πρήγμασι, δοκέ-
» ει μοι αὐτὸν μὲν σε ἀπελαύνειν ὀπίσω· Μαρδόνι-
» ον δὲ, εἴ τι ἐθέλει τε καὶ νόος δέκεται ταῦτα ποιήσειν,
» αὐτοῦ καταλιπεῖν σὺν τοῖσι ἐθέλει. τῶν μὲν γὰρ,
» ὦ κατάρρεψηται τὰ φησὶ ἐθέλειν, καὶ ἀποχωρή-
» σῃ τὰ νοέων λέγει, σὸν ὅ ἔρξιν ὦ δέσποτα γίνεται. (ἀ
» γὰρ σοὶ δοῦλοι κατεργάσανται) τῶν δὲ, ὦ τὰ ἐνδυ-
» όμια τῆς Μαρδονίου γνώμης ἥκηται, οὐδεμίη συμ-
» φορὴ μεγάλη ἔσται, σέο τε σῳζεόντος, καὶ οἰκείων
» τῶν σῶν πρηγμάτων σῳζομένων οἶκόν τε σόν. ὦ γὰρ σύ τε
» σῳζῃς, καὶ οἶκος ὁ σὸς, πολλοὺς πολλάκις ἀγῶνας
» διαμέονται σῳζόμενοι σφέων αὐτέων ἀμύνεσθαι Ἕλλη-
» νες. Μαρ-
» δονίου δὲ, ὦ τί πάθῃ, λόγος οὐδεὶς γίνεται· οὐδὲ νι-
» κῶντες ἀμύνεσθαι Ἕλληνες νικῶσι, δοῦλον σὸν ἀπολέσα-
» τες· σὺ δὲ (τῶν εἵνεκα ἀμύνῃ πόλιν ἐποίησω) πυρώσας
» τὰς Ἀθήνας, ἀπελᾷς. Ἥδη τε δὴ τῇ συμβου-
» λῇ Ξέρξης. λέγουσα γὰρ ἐπετύγχανε τὰ περ αὐ-
γρ. ἐνέκει. » τὸς ἐπενόεε. οὐδὲ γὰρ εἰ πάντες καὶ πᾶσαι συνε-
» βούλευον αὐτῷ μένειν, ἔμελλε ἂν, δοκέειν ἐμοί· οὕτω
» κατάρρωδήκεε. ἐπαινέσας δὲ τὴν Ἀρτεμισίην,
» ταύτην μὲν ἀποστέλλει ἄγουσαν αὐτοῦ τοὺς παῖδας
» ἐς Ἔφεσον. νόθοι γὰρ τινες παῖδες ἅμα συνεπό-
» μπευον. Συνέπεμπε δὲ τοῖσι παισὶ φύλακον Ἑρμό-
» τιμον, γένος μὲν ἐόντα Πηδασέα, φερέμμονα δ' οὐ τὰ
» δεύτερα τῶν ἐπὶ βασιλέι. ἅμα δὲ Πη-
γρ. Πηδάσιοι » δασέες οἰκέουσι ὑπὲρ Ἁλικαρνησσοῦ. ἐν δὲ τοῖσι Πη-
» δασεῦσι τούτοισι τοιόνδε φέρει τὸ πρῆγμα γίνεσθαι· ἐπεὰν τοῖσι Ἀμφικτύοσι πᾶσι τοῖσι ἀμφὶ ταύτης οἰκέουσι
314 » τὴν πόλιος μέλλῃ τι ἐντὸς χρόνου ἔσεσθαι χαλεπὸν, τότε
» ἡ ἱρείη ἀθόη τῆς Ἀθηναίης φύει πώγωνα μέγαν.
» τοῦτο δέ σφι δὶς ἤδη ἐγένετο. Ἐκ τούτεων δὴ τῶν
» Πηδασέων ὁ Ἑρμότιμος ἦν· τῷ μεγίστη ὕβρις
» ἤδη ἀδικηθέντι ἐγένετο πάντων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. ἁλόντα γὰρ αὐτὸν ὑπὸ πολεμίων, καὶ πωλεόμενον,

1 sed eis volentibus hoc tentari debere. Itaque aut hoc me facere hortatur, aut sibi tradere triginta myriades delectorum militum ad subigendam mihi Græciam: me vero ad patrias sedes cum reliquo exercitu reuerti. Tu igitur, quæ de pugna nauali non gerenda probe consuluisti, dicito vtrum mihi suadeas horum, quod eligendo bene mihi consuluero. Hæc Xerxi consultanti respondens Artemisia, Arduum, inquit, rex, CII
2 me dicentem tibi optima, prosperum consiliū dare: tamen è statu rerum præsentium mihi videtur esse faciendum vt tu ipse domum remees: Mardonium vero hîc relinquas cum iis quos vult, si modo velit ille, atque recipiat se ista facturum. Nam siue ea quæ ait se velle, subegerit, & hæc ei ex animi sententia succedant, 3 tua res domine agitur: quia id tui serui effecerint: siue Mardonio contra opinionem suam contingat, non magna sane calamitas erit, saluo & te & rerum domesticarum statu. Etenim si incolumis es & domus tua, profecto Græci sæpenumero pro seipsis multa certamina cursitabunt: at si quid contingat Mardonio cladis, id nullius erit momenti, Græcique vincendo non vicerint, seruo tuo interempto. Tu vero Athenis incensis (cuius rei gratia expeditionem sumsisti) reuerteris. Delectatus eo consilio Xer- CIII
xes, quod idem illa suasisset quod ipse haberet in animo: quippe qui (vt ego opinor) non remansisset si vel cuncti atque cunctæ id ei suasissent, adeo perterritus erat. Artemisiam igitur laudatam dimisit, ducentem secum liberos regios Ephesum. nam aliquot eum filii nothi comitabantur. Cum quibus ad eorum CIV
custodiam misit Hermotimum, genere quidem Pedasensem, sed apud regem inter eunuchos nulli secundum. Incolunt autem Pedasenses super Halicarnassum: apud quos hoc rei fertur contingere, vt quoties Amphictyonensibus qui circa eam vrbem habitant aliquid aduersi certum intra tempus est euenturum, tunc Mineruæ antistiti, quæ illic est, grandis barba nascatur: quæ res bis apud eos accidit. Ex his Pedasensibus CV
Hermotimus erat, cui maxima ex omnibus quos quidem ipsi nouimus, vltio contigit acceptæ iniuriæ. Siquidem eum captum ab hostibus ac venalē

1 Sed lubenter se reipsa id comprobaturos. *Vel, Huius rei se documentum esse daturos.* 2 Me tibi consulenti optimum dare consilium: 3 Quod geritur, tuum est. *Id est, Tuum censetur. Eius laus tibi adscribitur.*

merca-

mercatus est Panionius vir Chius; ex hoc impurissimo quæstu quem factitabat, vitam ducens. nam quos pueros forma præditos coemerat, eos castrabat: ductosque aut Sardis aut Ephesum, magna pecunia venundabat. Apud barbaros enim pretiosiores eunuchi sunt quam qui non sunt castrati, [1] in omni genere, fidei gratia. Ceterum vt alios permultos, ita hunc quoque Panionius excuit, vt qui ex hac re vitam toleraret. Sed non vsquequaque infelix Hermotimus, è Sardibus ad regem cum aliis muneribus deductus est, progressuque temporis ex omnibus eunuchis maximo in honore apud regem Xerxem est habitus. Quum autem rex aduersus Athenas moueret è Sardibus, per id tempus Hermotimus cuiusdam negocii gratia descendit in agrum Mysium, qui à Chiis incolitur, sed Atarneus vocitatur: ibi inuentum Panionium atque agnitum alloquutus est & multis & comibus verbis, primum recensens ei quot per illum esset assequutus bona, deinde pollicens quam gratiam illius meriti foret relaturus, si homo cum suis domesticis illuc commigrasset. Ea oratione libēter audita Panionius contulit se illuc cum vxore & liberis. Quem posteaquam cum omni re familiari adeptus est Hermotimus, his verbis affatus est, O omnium post homines natos sceleratissimum, qui ex nefandissima negociatione quæstum facis: quid aut ipse ego, aut meorum quispiam vel tibi vel tuorum cuipiam mali fecit, [2] quod ex viro neutrum me reddidisti? putabasne fore vt quæ tunc machinabaris latērent deos? qui iusta lege vtentes, te infandorum opificem tradiderunt in manus meas, [3] vt de pœna à me tibi irroganda queri non possis. Hæc vbi exprobrauit homini, filiis in conspectum eius adductis, qui quatuor erant, coegit patrem genitalia illorum recidere: quod quum coactus fecisset, filii sui adacti sunt eius virilia abscindere. Ita supplicium ab Hermotimo in Panionium rediit. Xerxes autem filiorum Ephesum deducendorum negocio Artemisiæ demandato, accitum Mardonium iussit è copiis quas liberet eligere, vt consentanea verbis facta exequi experiretur. Hactenus eo die est actum. Noctu autem regis iussu præfecti classis è Pha-

CVI

CVII

ὠνέεται Πανιώνιος, ἀνὴρ Χῖος· ὃς τὠυτῷ ζόῳ κατεργάσατο ἀνθρώπους ἀπ' ἔργων ἀνοσιωτάτων. ὅκως γὰρ κτήσαιτο παῖδας εἴδεος ἐπαμμένους, ἐκτάμνων, ἀγινέων ἐπώλεε ἐς Σάρδις τε καὶ Ἔφεσον χρημάτων μεγάλων. (οὐδὲ γὰρ τοῖσι βαρβάροισι ὠμιώτερόν ἐστι εὐνοῦχοι, πίστιος εἵνεκα τῆς πάσης, τῶν ἐπιτηδείων) ἄλλους τε δὴ ὁ Πανιώνιος ἐκτήσατο πολλούς, (ἄτε ποιθύμενος ἐκ τούτων τὠυτῷ ζόῳ) καὶ δὴ καὶ τοιόνδε καὶ τοῦτον. καὶ οὐ γὰρ τὰ πρῶτα ἐδυστύχεε ὁ Ἑρμότιμος, ἀπικνέεται ἐκ τῶν Σαρδίων οὐδὲ βασιλῆα μετ' ἄλλων δώρων· χρόνου δὲ οὐκ ὀλίγου, πρώτων τῶν εὐνούχων ἐλογίζετο μάλιστα οὐδὲ ἔλαττον. Ὡς δὲ τὸ στράτευμα τὸ Περσικὸν ὥρμα ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὰς Ἀθήνας, ἐὼν ἐν Σάρδισι, ἐνθαῦτα καταβὰς κατ' δὴ τι πρῆγμα ὁ Ἑρμότιμος ἐς γῆν τὴν Μυσίην, (τὴν Χῖοι μὲν νέμονται, Ἀτάρνεὺς δὲ καλέεται) ἐνίσκει Πανιώνιον ἐνθαῦτα. ἐπιγνοὺς δέ, ἔλεγε πρὸς αὐτὸν πολλοὺς καὶ φιλίους λόγους· πρῶτα μὲν καταλέγων ὅσα ἄνδρες δι' ἐκεῖνον ἔχοι ἀγαθά· δεύτερα δὲ ἐπισχυρίζων ἀντὶ τούτων ὅσα μιν ἀγαθὰ ποιήσειε, εἰ κομίσας τοὺς παῖδας οἰκέοι ἐκείνῃ. ὥστε ἐπαρθέντα ἄσμενον τοὺς λόγους Πανιώνιον, κομίσαντα τέκνα καὶ τὴν γυναῖκα. ὡς δὲ ἄρα πρωϊκὴν μὲν παρέλαβε, ἔλεγε ὁ Ἑρμότιμος τάδε, Ὦ πάντων ἀνδρῶν ἤδη μάλιστα ἀπ' ἔργων ἀνοσιωτάτων βίον κτησάμενε, τί σε ἐγὼ κακὸν ἢ ἄνδρας, ἢ τῶν ἐμῶν τίς σε προσηνέων ἐργάσατο, ἥντινα, ἢ τῶν σῶν τινα, ὅτι με αὐτὸν ἀνδρὸς ἐποίησας τὸ μηδέν; ἐδόκεες τε θεοὺς λήσειν οἷα ἐμηχανῶ τότε· οἵ σε ποιήσαντα ἀνόσια, νόμῳ δικαίῳ χρεώμενοι, ἐπῆγαγον ἐς χέρας τὰς ἐμάς. ὥστε σε μὴ μεμφθαι τὠυτῷ ἀπ' ἐμέο τοι ἐσομένῳ δικαίῳ. ὡς δὲ ταῦτα ὠνείδιζε, ἀχθέντων τῶν παίδων ἐς ὄψιν, ἠναγκάζετο ὁ Πανιώνιος τῶν ἑωυτοῦ παίδων τεσσέρων ἐόντων τὰ αἰδοῖα ἀποτάμνειν. ἀναγκαζόμενος δὲ, ἐποίεε ταῦτα· αὐτῶν τε, ὡς ταῦτα ἐργάσατο, οἱ παῖδες ἀναγκαζόμενοι, ἀπέταμνον. Πανιώνιον μὲν οὕτω ἐξέπλητε ἥ τε Ἴσις καὶ ὁ Ἑρμότιμος. Ξέρξης δ', ὡς τοὺς παῖδας Ἀρτεμισίῃ ἐπέτρεψε ἀπάγειν ἐς Ἔφεσον, καλέσας Μαρδόνιον, ἐκέλευσε μιν τῆς στρατιῆς ἐξαλέγειν τοὺς αἱρέοιτο, καὶ ποιέειν τοῖσι λόγοισι τὰ ἔργα πειρώμενον ὁμοῖα. ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρῃ ἐς τοσοῦτον ἐλήγετο. τῆς δὲ νυκτὸς, κελεύσαντος βασιλῆος, τὰς νῆας ἐκ τοῦ Φα-

1 Omnis fidei gratia, *ad verbum pro* Quacunque in re fidere ipsis aliquis velit. *i.* Quacunque illis quis committere, in quibus eorum fidem experiatur. 2 Propter quod me ex viro nihil esse feceris? *Sic ad verbum habent Græca, quæ Valla exponere videtur voluisse, non reddere. nam eunuchus nihil est, quòd sit neutrum, nec vir, nec femina. Ouidius, Hei mihi quod dominam nec vir nec femina seruas. Idem in Ibin, Deque viro fias nec vir nec femina, vt Atys.* 3 Vt de pœna quam mihi daturus es queri non possis, *Id est, Tam mihi graues des pœnas quam tua flagitia merentur.*

λήεσυ ἀπῆγον ὀπίσω ἐς Ἑλλήσποντον, ὡς ἕκαστος εἶχε ἕκαστος, διαφυλάξοντες τὰς γεφύρας τὰς διεζευγμένας βασιλέϊ. ἐπεὶ δὲ ἀγχοῦ ἦσαν Ζωστῆρος πλέοντες οἱ βάρβαροι, ἀνατείνοισι γὰρ ἄκραι λεπταὶ τῆς ἠπείρου ταύτης, ἔδοξαν τε νῆας εἶναι, καὶ ἔφυγον ὅτι πολλόν. χρόνῳ δὲ μαθόντες ὅτι οὐ νῆες εἶεν, ἀλλ' ἄκραι, συλλεχθέντες, ἐσκόπεον. Ὡς δὲ ἡμέρη ἐγένετο, ὁρέοντες οἱ Ἕλληνες κατὰ χώρην μένοντα στρατὸν πεζὸν, ἤλπιζον καὶ τὰς νῆας εἶναι περὶ Φάληρον· ἐδόκεόν τε ναυμαχήσειν σφέας, διαρτέοντό τε ὡς ἀμυνεόμενοι. ἐπεὶ δὲ ἐπύθοντο τὰς νῆας οἰχωκυίας, αὐτίκα μετὰ ταῦτα ἐδόκεε ὀπισθιώκειν. ὁ μὲν νεωτικὸν στρατὸν Ξέρξεω οὐκ ἐπείδον διώξαντες μέχρι Ἄνδρου. ἐς δὲ τὴν Ἄνδρον ἀπικόμενοι, ἐβουλεύοντο. Θεμιστοκλέης μὲν νεῶν γνώμην ἀπεδείκνυτο, διὰ νήσων τραπομένους, καὶ ὀπισθιώξαντας τὰς νῆας, πλώειν ἰθέως ὀπὶ Ἑλλήσποντον, λύσοντας τὰς γεφύρας. Εὐρυβιάδης δὲ τὴν ἐναντίην ταύτῃ γνώμην ἐτίθετο, λέγων ὡς εἰ λύσοισι τὰς γεφύρας, τόδε 315 ἂν μέγιστον πημάτων σφεῖς κακὸν τὴν Ἑλλάδα ἐργάσαιντο. Εἰ γὰρ ἀναγκασθείη ἁλοὺς ὁ Πέρσης μένειν ἐν τῇ Εὐρώπῃ, πειρῶτ' ἂν ἡσυχίην μὴ ἄγειν. ὡς ἄρα τοῦτο μὲν ἡσυχίην οὔτε οἱ στρατηγήσειν οἷόν τε ἐς αὖ τὸν στρατὸν, οὔτε οἱ κομιδὴ ὀπίσω φανήσεται, λιμῷ τε ἡ στρατιὴ διαφθερέεται· ὀπιχειρέοντι δὲ αὐτῷ, καὶ ἔργων ἐχομένῳ, πάντα τὰ ἐν τῇ Εὐρώπῃ οἷά τε ἔσται προσχωρῆσαι ἐν τε πόλιας καὶ ἔθνεα, ἤτοι δηλισκομένων γε, ἢ καὶ τούτου ὁμολογεόντων. ἔφη τε ἔξειν σφέας ἐπέτειον αἰεὶ τὸν Ἑλλήνων καρπόν. δοκέειν γὰρ νικηθέντα τῇ ναυμαχίῃ, οὐ μενεῖν ἐν τῇ Εὐρώπῃ Πέρσεα. ἑωυτέον ὦν εἰ φεύγειν ἐς ὃ ἔλθῃ φεύγων ἐς τὠυτὸ ἑωυτῷ. τὸ ἐνθεῦτεν δὲ περὶ τῆς ἐκείνου ποιέεσθαι ἤδη ἀγῶνα ἐκέλευε. Ταύτης δὲ ἐόντος τῆς γνώμης καὶ Πελοποννησίων τοῖσι δηλοῖ στρατηγοί. Ὡς δὲ ἔμαθε ὅτι οὐ πείσει τοὺς γε πολλοὺς πλώειν ἐς Ἑλλήσποντον ὁ Θεμιστοκλέης, μεταβαλὼν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, (οὗτοι γὰρ μάλιστα ἐκπεφυγότων περιημέκτεον· ὡρμέατό τε ἐς Ἑλλήσποντον πλώειν, καὶ ὀπὶ σφέων αὐτέων βαλλόμενοι, εἰ » δηλοι μὴ βουλοίατο) ἔλεγέ σφι τάδε, Καὶ αὐ» τὸς ἤδη πολλοῖσι προεῖμαι, καὶ πολλῷ πλέω » ἀκήκοα τοιάδε γενέσθαι· ἄνδρας ἐς ἀναγκαίην ἀπο» ειλημένους, νενικημένους ἀναμάχεσθαί τε καὶ

lero ſoluentes, retro Helleſpontum verſus abierunt, pro ſe quiſque accelerantes ad cuſtodiendas rates quibus rex pertranſiret. Qui quum ad Zoſterem aduentarent, minuta quædam continentis protenta promontoria barbari ſuſpicati nauigia eſſe, perdiu illinc aufugerunt: tandem deinde edocti non nauigia eſſe, ſed promontoria, in agmen ſeſe receperunt. ¶ Vt autem dies illuxit, Græci cernentes ibidem pedeſtres copias hoſtium perſtare, rati claſſem quoque circa Phalerum eſſe, ac pugnam naualem cōmiſſum iri, ſe ad reſiſtendum apparabant. Sed cognito illam vela feciſſe, confeſtim inſequendam ſibi cenſebant: itaque eam inſequuti Andro tenus, cernere quum nequiſſent, ad Andrum profecti conſultabant. Quibus Themiſtocles ſuadebat vt inſulas verſus profecti, claſſem hoſtium inſequentes, recta ad Helleſpontum nauigarent, ſoluturi pontes. Huic contrariam EVrybiades opponebat ſententiam, quod diceret fore vt ſi diſſoluerent rates, maxima ob id calamitate afficerent Græciam.[1] Perſa enim, ſi deprehenſus manere in Græcia cogeretur, non quieturus, quod ſibi otium quidem agenti nec vlla res poſſet procedere, nec vllus retro oſtenderetur receptus, & exercitus ſuus fame conficeretur procedenti. nec vero & rebus gerendis operam danti omnia poſſent per Europam ſuccedere, tum in vrbibus, tum in nationibus quæ vel captæ fuiſſent, vel antea ſeſe dedidiſſent: quinetiã rem frumentariam habiturum ex annuis ſemper fructibus Græcorum. Nunc autem videri, illum vtpote victum nauali prœlio, non perſtiturum in Europa: ideoque permittendum fugere, dum in terram ſuam fugiendo peruenirent. de qua terra deinde certamen fieri iubebat. Huic ſententiæ aliorum Peloponnenſium duces aſſenſere. At Themiſtocles, CIX poſtquam animaduertit ſe nō poſſe pleriſque perſuadere vt ad Helleſpontum nauigarent, adiit Athenienſes, qui præcipue indignabantur hoſtem effugere, animatique erant ad nauigandum in Helleſpontum, etiam per ſeipſos, ſi ceteri recuſaſſent. Eoſque ita eſt alloquutus, Et ipſe multis iam huiuſmodi caſibus interfui, & de multo pluribus audiui talia contigiſſe, viros ad neceſſitatem redactos prœlium inſtauraſſe, &

1 Perſam enim, ſi interceptus manere in Græcia cogeretur, minime quieturum. *id eſt, aliquid tentaturum.* quòd quieſcenti nec quicquam ſucceſſurum foret, nec vllus ad ſua receptus futurus eſſet, & exercitus fame perituru foret: at ſi aliquid tentaret, omnia poſſ. *Vel, Fore enim vt Perſa ſi intercept, &c. à bello non abſtineret.*

ſuperio-

ſuperiorem quam accepiſſent calamitatem emendaſſe: itaque nos, quoniam inuenimus quo pacto & noſipſos & Græciam tueremur, repulſa tanta hominum nube, non inſequamur eos fugientes. Neque enim nos iſta effecimus, ſed dii pariter & heroes, qui inuiderunt vnum eſſe virum & Aſiæ regem & Europæ, qui ſit impiiſſimus atque ſceleſtus: qui ſacra perinde atq; profana habens, vtraq; incendit, deorumq; ſimulacra ſubuertit: qui & mare cecidit flagellis, & compedes in illud deiecit. Sed bene nobiſcum in præſens tempus agitur. ideoque nunc quidem vt & noſtri ipſorum & noſtrorū domeſticorum curam geramus, & vt ſpatium quis ad reficiendas ædes, faciendamque ſementem habeat, in Græcia maneamus, barbaro prorſus eiecto, quum autē ver appetet, tunc in Helleſpontum & Ioniam nauigemus. Hæc dicebat Themiſtocles, animo ſibi apud Perſam ſubſidium comparandi, vt ſiquid apud Athenienſes accideret aduerſi ſibi, haberet quo ſe conuerteret: prout & contigit. Hæc dicenti Themiſtocli Athenienſes, quum tamē ab eo deciperentur, aſſenſi ſunt. [1] nam quum antea prudens habitus fuiſſet, poſtea vero prudens ac bona conſulens compertus eſſet, prorſus ei ad aſſentiendum prompti erant. Ille, vbi Athenienſes ipſius ſententiam probauere, miſit eueſtigio viros quoſdam cum nauigio ad exponenda regi mādata, iuſſos tacere, etſi in omne tormentum deuenirent: quorum vnus erat [2] Sicinus eius contubernalis. Hi poſteaquā ad Atticam peruenere, ceteris apud nauigium remanentibus, ipſe ad regem aſcendit, atq; ita eū alloquutus eſt, Themiſtocles, Neoclis filius, dux quidem Athenienſiū, ſed inter omnes ſocios vir optimus ac ſapientiſſimus, miſit me tibi denunciatum, gratia tibi inſeruiendi ſe retinuiſſe Græcos, claſſem tuam inſequendi cupidos, ponteſq; qui ſunt in Helleſponto ſolucēdi: itaque nunc [3] magno cum ſilentio te illuc recipias. Hac re nunciata, iſti abiere. ¶ At Græci, poſteaquam decreuerunt neque perſequendam ſibi vlterius barbarorum claſſem, neque nauigandum in Helleſpontum, ad ſoluendum traiectum, Andrum obſederunt, animo illam delendi. nam primi ex inſulanis Andrii pecunias poſcendi Themiſtocli

ἀναλαμβάνειν τὴν παρεστέρίω κακότητα· ἡμεῖς δὲ, (δύρημα γὰρ δύρήκαμεν, ἡμέας τε αὐτοὺς καὶ τὴν Ἑλλάδα, νέφος τοσοῦτον ἀνθρώπων ἀπωσάμενοι) μὴ διώκωμεν ἄνδρας φεύγοντας. Τάδε γὰρ οὐκ ἡμεῖς κατεργασάμεθα, ἀλλὰ θεοί τε καὶ ἥρωες, οἳ ἐφθόνησαν ἄνδρα ἕνα τῆς τε Ἀσίης καὶ τῆς Εὐρώπης βασιλεύσαι, ἐόντα ἀνόσιόν τε καὶ ἀπάσαλον· ὃς τὰ ἱερά καὶ τὰ ἴδια ἐν ὁμοίῳ ἐποιέετο, ἐμπιπράς τε καὶ καταβάλλων τῶν θεῶν τὰ ἀγάλματα· ὃς καὶ τὴν θάλασσαν ἀπεμάσιγωσε, πέδας τε κατῆκε. Ἀλλ' οὔ γὰρ ἔχει ἐς ὃ πρέον ἡμῖν νῦν μοῦνον ἐν τῇ Ἑλλάδι" καταμείναντες, ἡμέων τε αὐτέων ἐπιμεληθῶμεν καὶ τῶν οἰκετέων. καὶ ὡς οἰκίλιον τε ἀναπλασάσθω, καὶ σπόρου ἀνακῶς ἐχέτω, πρωτεύσας ἀπελάσας Βάρβαρον· ἅμα δὲ τῷ ἔαρι καταπλέωμεν ἐπὶ Ἑλλησπόντου καὶ Ἰωνίης. Ταῦτα ἔλεγε, ἐπιθησόμενος μέλλων ποιήσεσθαι ἐς Πέρσας· ἵνα ἢν ἄρα τι μιν καταλαμβάνῃ παρὰ Ἀθηναίων πάθος, ἔχῃ ἀποφυγήν. Τοῦτο ὧν καὶ ἐγίνετο. Θεμιστοκλέης ταῦτα μὲν λέγων, διέβαλλε· Ἀθηναῖοι δὲ ἐπείθοντο· ἐπειδὴ γὰρ καὶ πρότερον δεδογμένος εἶ σοφὸς, ἐφάνη ἐὼν ἀληθέως σοφός τε καὶ εὔβουλος, πάντως ἐπιμοὶ ἔσεσθαι λέγοντι πείθεσθαι. ὡς δὲ οὗτοί ἀνεγνωσμένοι ἔσαν, αὐτίκα μετὰ ταῦτα ὁ Θεμιστοκλέης ἄνδρας ἀπέπεμπε ἐχόντας πλοῖον, τοῖσι" ἐπέτελλε σιγᾶν, ἐς πᾶσαν βάρβαρον ἀπικομένοισι, τὰ αὐτὸς ἀνετείλατο βασιλεῖ φράσαι· τῷ καὶ Σίκιννος ὁ οἰκέτης αὐτὸς ἐγίνετο. οἱ ἐπειδὴ ἀπίκοντο ἐς τὸν Ἀτθικὸν, καὶ μὲν κατέμενον ἐπὶ τῷ πλοίῳ, Σίκιννος δὲ ἀναβὰς παρὰ Ξέρξεα, ἔλεγε τάδε, Ἔπεμψέ με Θεμιστοκλέης ὁ Νεοκλέος, στρατηγὸς μὲν Ἀθηναίων, ἀνὴρ δὲ τῶν συμμάχων πάντων ἄριστος καὶ σοφώτατος, φράσοντά τοι ὅτι Θεμιστοκλέης ὁ Ἀθηναῖος, σοὶ βουλόμενος ὑποῦργέειν, ἔφη σοὺ Ἕλληνας, τὰς νῆας βουλομένους διώκειν, καὶ τὰς ἐν Ἑλλησπόντῳ γεφύρας λύειν. καὶ νῦν κατ' ἡσυχίην πολλὴν κομίζεο. οἱ μὲν, ταῦτα σημήναντες, ἀπέπλεον ὀπίσω. Οἱ δὲ Ἕλληνες, ἐπεί τε σφι ἀπέδοξε μήτ' ὀπιδιώκειν ἔτι τοῦ σωτέρου τῶν βαρβάρων τὰς νῆας, μήτε πλώειν ἐς τὴν Ἑλλήσποντον, λύοντας τὴν πόρον, τὴν Ἄνδρον πρόσθεν κατέαγε, ἔξελθεῖν ἐθέλοντες. πρόφασιν δὲ Ἄνδριοι νησιωτέων, χρήματα αἰτηθέντες ὑπὸ Θεμιστοκλέους,

1 Nam quum vt antea prudens habebatur, ita etiam re ipſa prudens & conſultus compertus eſſet. *vel, Vt antea ſapiens habeb:*
2 Ille Sicinus. *cuius videlicet facta fuit modo mentio.* 3 Sine vlla præcipitatione. *Ad verbum, Cum magna quiete. Gall. Tout à ton aiſe.*

οὐκ ἔδοσαν. ἀλλὰ τοιῇδε Θεμιστοκλέος λέγειν τόνδε, ὡς ἥκοιεν Ἀθηναῖοι τοῖσι ἑωυτοὺς ἔχοντες δύο θεοὺς μεγάλους, πειθώ τε καὶ ἀναγκαίω, οὕτω τέ σφι κάρτα δοτέα εἶναι χρήματα· ὑποκρίναντο τοῖς ταῦτα, λέγοντες ὡς κατὰ λόγον ἔσαν αἱ Ἀθῆναι μεγάλαι τε καὶ ὀλβήμονες, καὶ θεῶν χρημάτων ἄξιαι ἥκοιεν· ὅ- 316
τι δὲ Ἀνδρίοισι γε εἶναι γεωπείνας ἐς ταμφίλιστα ἀπήκοντας, καὶ θεοὺς δύο ἀχρήστους ἐκλείπειν σφέων τὴν νῆσον, ἀλλ' ἀεὶ φιλοχωρέειν, πενίῃ τε καὶ ἀμηχανίῃ· καὶ τούτεων τῶν θεῶν ἐπηβόλους ἐόντας Ἀνδρίους, οὐ δώσειν χρήματα. οὐδέ κοτε ἐν τῇσι ἑωυτῶν ἀδυναμίῃσι τὴν Ἀθηναίων δύναμιν ἐκφεύξ- ι
εσθαι· ἥκειν μὲν δὴ ταῦτα ὑποκεινάμενοι, καὶ οὐ δόντες χρήματα, ἐπολιορκέοντο. Θεμιστοκλέης, ὡς οὐ γὰρ ἐπαύετο πλεονεκτέων, ἐσπέμπων ἐς τὰς ἄλλας νήσους ἀπειλητηρίους λόγους, αἰτέων χρήματα ἅμα τοῖσι ἑωυτέων ἀγγέλοισι, χρεώμενος λόγοισι τοῖσι καὶ τοῖς Ἀνδρίοισι ἐχρήσατο· λέγων ὡς ἥξει μὴ δώσοισι ταῦτα αἰτεόμενον, ἐπάξων τὸν στρατὸν τῶν Ἑλλήνων, καὶ πολιορκέων ἑξαιρήσει. λέγων ταῦτα, συνέλεγε χρήματα μεγάλα παρὰ Καρυστίων τε καὶ Παρίων· οἱ πυθόμενοι τὸν τε Ἄνδρον ὡς πολιορκέοιτο, διότι ἐμήδισε, καὶ Θεμιστοκλέα, ὡς εἴη ἐν αἰῃμεγίστῃ τῶν στρατηγῶν, δείσαντες ταῦτα, ἔπεμπον χρήματα. εἰ δή τινες καὶ ἄλλοι ἔδοσαν νησιωτέων, οὐκ ἔχω εἰπεῖν· δοκέω δὲ οὐκ ὀλίγους καὶ ἄλλους δοῦναι, καὶ οὐ τούτους μούνους. καίτοι Καρυστίοισι γε τούτου εἵνεκα, τῷ κακῷ οὐκ ἐπιβολὴ ἐγένετο· Παρίοι δὲ Θεμιστοκλέα χρήμασι ἱλασάμενοι, διέφυγον τὸ στράτευμα. Θεμιστοκλέης μὲν νεῶν ἐξ Ἄνδρου ὁρμεωμένους, χρήματα παρὰ νησιωτέων ἤτεε, λαθὼν τοὺς ἄλλων στρατηγούς. Οἱ δὲ ἀμφὶ Ξέρξεα, ἐπισχόντες ὀλίγας ἡμέρας μετὰ τὴν ναυμαχίην ἐξέπλωσαν ἐς Βοιωτοὺς τὴν αὐτὴν ὁδόν. ἔδοξε γὰρ Μαρδονίῳ, ἅμα μὲν πέμψαι βασιλέα, ἅμα δὲ ἀνωρίῃ εἶναι τὸ ἔτεος πολεμέειν· χειμερίσαι δὲ ἄμεινον εἶναι ἐν Θεσσαλίῃ, καὶ ἔπειτα ἅμα τῷ ἔαρι πειρᾶσθαι τῆς Πελοποννήσου. ὡς δὲ ἀπίκετο ἐς τὴν Θεσσαλίην, ἐνθαῦτα Μαρδόνιος ἐξελέγετο τοὺς μὲν Πέρσας πρώτους τοὺς ἀθανάτους καλεομένους, πλὴν Ὑδάρνεος τὸν στρατηγόν. οὗτος γὰρ οὐκ ἔφη λείψεσθαι βασιλέος· μετὰ δὲ, τῶν ἄλλων Περσέων τοὺς θωρηκοφόρους, καὶ τὴν ἵππον τὴν χιλίην· καὶ Μήδους τε καὶ Σάκας, καὶ Βακτρίους, καὶ Ἰνδούς, καὶ τὸ πεζόν, καὶ τὴν ἄλλην ἵππον. ταῦτα μὲν ἔθνεα

denegauerant, eique alleganti Athenienſes illuc ire duobus magnis numinibus fretos, Suadela & Neceſſitate, & ita ſibi dandas vtique eſſe pecunias, reſponderant [1] Athenas proportione magnas eſſe atque felices, & diis propitiis bene proceſſiſſe. nam ſe ad maximam ſoli tenuitatem redactos, Andriorumque inſulam totidem propitia numina nunquam derelinquere, ſed ſemper incolere, Inopiam & Impoſſibilitatẽ: quibus diis obnoxios Andrios pecuniam non daturos. nunquam enim Andriorum impoſſibilitate validiorem fore Athenienſium potentiam. Hæc illi quum reſpondiſſent, nec pecuniam dediſſent, obſidebantur. Themiſtocles vero ([2] neque enim vnquam acquirendo ceſſabat) ad ceteras inſulas minacia verba mittens, pecuniam flagitabat, eiſdem nunciis eiſdemque verbis vtens quibus apud Andrios fuerat vſus: niſi pecuniam darent quam poſcerentur, exercitum ſe Græcorum illuc adducturum, & eam inſulam obſeſſam deleturum. Hæc dicendo, ingentem pecuniæ vim coegit à Caryſtiis atq; à Pariis: qui audito tum Andrum obſideri quod cum Medis ſenſiſſent, tum Themiſtoclem maximo in honore inter duces eſſe, hoc metu pecuniam miſere. Aliarum autem inſularum aliqua pecuniã dederit necne, affirmare nequeo: reor tamen alias quoq; dediſſe, non has ſolum. Quanquam Caryſtiis ne hac quidem re contigit effugere cladem, vt Pariis, qui Themiſtocle pecunia delinito, hoſtem deuitarunt. Ita Themiſtocles ex Andro profectus, clam ceteris ducibus exegit pecunias ab inſulanis. ¶ At copiæ Xerxis illic aliquot poſt pugnam dies immoratæ, mouerunt in Bœotos eadem qua venerãt via. Quippe Mardonio viſum eſt ſimul regem præmittere (intempeſtiuũ enim propter anni tempus belligerari) ſimul in Theſſalia ſatius eſſe hybernare, & deinde ineunte vere tentare Peloponneſum. Is vbi in Theſſaliã peruenit, ibi ante omnia, decem millia Perſarum qui immortales vocantur elegit, excepto eorum duce Hydarne, qui negauit ſe regem eſſe relicturum. Item ex aliis Perſis thoracatos, & [3] mille equites: ad hęc Medorũ, Sacarum, Indorũ peditatũ equitatumq;. Has nationes

CXII

CXIII

1 Athenas merito eſſe magnas & opulentas, quippe quæ vtilibus deabus bene inſtructæ eſſent: *vel, quibus duæ vtiles deæ ſuppeterent.* at vero Andrios ſolum inops incolere, duaſque inutiles deas nunquam inſulam ipſorum relinquere, ſed in ea gratum domicilium ſemper habere, Paupertatem videlicet & Impoſſibilitatem: quæ deæ quum Andriis obtigiſſent, non eſſe daturos pecunias. 2 Semper enim corradendæ alicunde pecuniæ cupidus erat. 3 Illos mille eq.

ſibi to-

sibi toras desumpsit: ex aliis autem sociis paucos, quorum duntaxat aut speciem animaduertebat, aut aliquod egregium facinus cognouerat. Sed plurimos ex vna gente Persarum delegit torquatos & armillatos: secundo loco Medos, qui non numero Persis inferiores erant, sed robore: ita vt vniuersi, triginta myriades vna cũ equitibus essent.

CXIV Hoc interim tempore quo Mardonius habet delectum copiarum, & Xerxes circa Thessaliam agit, oraculum è Delphis ad Lacedæmonios venit vt Xerxẽ pœnas necis Leonidæ reposcerent, & quod daretur ex eo reciperent. Mittunt igitur quamcitissime Spartiatæ caduceatorem. Is adhuc in Thessalia nactus exercitum, vbi in conspectum Xerxis venit, ita verba fecit, Rex Medorum, Lacedæmonii te & Heraclidę qui è Sparta sunt pœnas cædis reposcunt, quod regẽ ipsorum interemisti, dum Græciã protegit. Ad ea Xerxes cachinnos tollit: ac diu responso non reddito, Hic, inquit, (monstrato Mardonio, vt ille ei assistebat) pœnas tales dabit quales illos decent. Caduceator hoc responso accepto discessit.

CXV Xerxes Mardonio in Thessalia relicto, ipse ad Hellespontum ire maturabat: intraque quinque & quadraginta dies ad traiectum peruenit, nullam propemodum partem copiarũ ducens: quæ quocunq; veniebant & ad quoscunque homines, eorum direptis fructibus vescebantur: vbi autem nihil fructuum reperiebant, ipsa herba, vt è solo germinabat, nonnulli delibatis corticibus, & strictis frondibus arborum tam agrestium quam mansuetarum, nihil omnino relinquentes. hoc autem præ fame facere cogebantur. Quos deinde pestilentia excipiente ac dysenteria, *id est*, *torminibus*, inter viam extinguebantur. Eorum etiam nonnullos Xerxes ægrotos reliquit, iniungens ciuitatibus, vt in quanque veniebat, vti illos curarent & pascerent: quosdam etiam in Thessalia, & aliquot in Siri Pæoniæ, & in Macedonia: vbi sacrum Iouis currum, quem in Græciam tendẽs reliquerat, reuersus non [2] offendit. Eum Pæones Thracibus quum dedissent, tamen reposcenti Xerxi ducere, vna cum equis inter pascendum fuisse abactum à Thracibus qui superiora Strymonis circa fontes incolerent. Quo in loco rex Bisalteorũ ac terræ Crestonicæ, Thrax,

ὅλα εἵλετο· ἐκ δὲ τῶν ἄλλων συμμάχων ἐξελέγετο κατ' ὀλίγους, τοῖσι εἴδεά τε ἐπῆρχε ἀφανέων, καὶ εἰ τέοισί τι χρηστὸν σοφὴ ἔργον πεποιημένον. ἐκ δὲ, πλεῖστον ἔθνος Πέρσας αἱρέετο, αὐχένας τε περιτορφόρους τε καὶ ψελιοφόρους· δεύτερα δὲ, Μήδους. οὗτοι δὲ πλῆθος μὲν οὐκ ἐλάσσονες ἔσαν τῶν Περσέων, ῥώμῃ δὲ ἔασσονες. ὥστε συμπάντων, τεσσεράκοντα μυριάδας γενέσθαι σὺν ἱππεῦσι. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ ἐν τῷ Μαρδόνιός τε τὸ στρατιὸν διέκεινε, καὶ Ξέρξης ἐν τῷ περὶ Θεσσαλίην, χρηστήριον ἐπῆλυθε ἐκ Δελφῶν Λακεδαιμονίοισι, Ξέρξεα αἰτέειν δίκας τὸ Λεωνίδεω φόνου, καὶ τὸ διδόμενον δέκεσθαι. πέμπουσι δὴ κήρυκα τὸν ταχίστην Σπαρτιήτην· ὃς ὀπίσω κατέλαβε ἐούσαν ἔτι πᾶσαν τὴν στρατιὴν ἐν Θεσσαλίῃ, ἐλθὼν δὲ ὄψιν τὴν Ξέρξεω, ἔλεγε τάδε; Ὦ βασιλεῦ Μήδων, Λακεδαιμόνιοί τέ σε καὶ Ἡρακλεῖδαι ⓐ ἀπὸ Σπάρτης αἰτέουσι φόνου δίκας, ὅτι σφέων τὸν βασιλέα ἀπέκτεινας ῥυόμενον τὴν Ἑλλάδα. ὁ δὲ, γελάσας τε καὶ κατὰ χώρην πολλὸν χρόνον, ὡς ⓐ ἐτύγχανε πάρεδρος Μαρδόνιος, δείκνυσί οἱ τοῦτον, εἶπε, Τοιγάρ σφι Μαρδόνιος ὅδε δίκας δώσει τοιαύτας οἵας ἐκείνοισι πρέπει. ὁ μὲν δὴ, δεξάμενος τὸ ῥηθὲν, ἀπαλλάσσετο. Ξέρξης δὲ Μαρδόνιον ἐν Θεσσαλίῃ καταλιπὼν, αὐτὸς ἐπορεύετο κατὰ τάχος ἐς ⓦ Ἑλλήσποντον· καὶ ἀπικνέεται ἐς ⓦ πόρον τῆς Ἀβυδηνός, ἐν πέντε καὶ τεσσεράκοντα ἡμέρῃσι, ἀπάγων τῆς στρατιῆς σὐδένα μέρος, ὡς εἶπαι. ὅκου δὲ πορθυόμενοι γινοίατο, καὶ καὶ οἷς τινας ἀνθρώπους, ⓦ τουτέων καρπὸν ἁρπάζοντες ἐσιτέοντο· εἰ δὲ καρπὸν μηδένα εὕροιεν, ⓐ δὲ τὸν ποίην τὴν ἐκ τῆς γῆς ἀναφυομένην, καὶ τῶν δενδρέων τὸν φλοιὸν ἐξελέποντες, καὶ τὰ φύλλα καταδρέποντες κατήσθιον, ὁμοίως τῶν τε ἡμέρων καὶ τῶν ἀγρίων· καὶ ἔλιπον σὐδένα. ταῦτα δὴ ἐποίεον ὑπὸ λιμοῦ. ὑπολαβὼν δὲ λοιμὸς ὁ τε ⓦ στρατὸν καὶ δυσεντερείη κατ' ὁδὸν ἔφθειρε. τοὺς δὲ καὶ νοσέοντας αὐτέων κατέλιπε, ὑπισχνεόμενος τῇσι πόλεσι, ἵνα ἕκαστοι γίνηται ἐλαφιῶν, μελεδαίνειν τε καὶ τρέφειν· ἐν Θεσσαλίῃ τέ τινας, καὶ ἐν Σιρῇ τῆς Παιονίης, καὶ ἐν Μακεδονίῃ, ἔνθα καὶ τὸ ἱερὸν ἅρμα καταλιπὼν τοῦ Διὸς, ὅτε ὀπίσω τὴν Ἑλλάδα ἤλασε ἀπιών, οὐκ ἀπέλαβε· ἀλλὰ δόντες ⓐ Παίονες τοῖσι Θρηίξι, ἀπαιτέοντος Ξέρξεω, ἔφασαν νεμομένας ἁρπασθῆναι ὑπὸ τῶν ἄνω Θρηίκων τῶν περὶ τὰς πηγὰς τοῦ Στρυμόνος οἰκεομένων. Ἔνθα καὶ ὁ τῶν Βισαλτέων βασιλεὺς γῆς τε τῆς Κρηστωνικῆς, Θρηίξ,

[2] Recepit.

ἔργον ἐξεφύες ἐργάσασθαι· ὃς οὔτε αὖθις ἔφη τῷ Ξέρξῃ ἐκὼν εἰ δουλεύσειν, ἀλλ' οἴχετο ἄπω ἐς ὄρεος τὸ Ῥόδοπον, τοῖσί τε παισὶ ἀπηγόρθυε μὴ στρατεύεσθαι ὅπῃ τὴν Ἑλλάδα. ⓐ δὲ, ἀλογήσαντες, ἢ ἄλλως σφι θυμὸς ἐγίνετο ποιήσασθαι Ⓦ πόλεμον, ἐστρατεύοντο ἅμα τῷ Πέρσῃ. ἐπεὶ δὲ ἀνεχώρησαν ἀσινέες πάντες, ἐξ ἐόντες, ἐξώρυξε αὐτέων ὁ πατὴρ τοὺς ὀφθαλμούς, διὰ τὴν αἰτίην ταύτην. ἦ οὗτοι μὲν τοῦτον Ⓦ μισθὸν ἔλαβον. Οἱ δὲ Πέρσαι ὡς ἐκ τῆς Θρηίκης πορευόμενοι ἀπίκοντο ὅπῃ Ⓦ πόρον, ἐπειγόμενοι, Ⓦ Ἑλλήσποντον τῆσι νυξὶ διέβησαν ἐς Ἄβυδον. ἐπὶ γὰρ σχεδίας οὐκ ὄρεον ἔτι ἐούσας, ἀλλ' ὑπὸ χειμῶνος διαλελυμένας. ἐνταῦτα δὴ κατεχόμενοι, σιτία πλέω ἢ κατ' ὁδὸν ἐλάγχανον· ὁδόν τε τὸν λοιπὸν ἐμπιπλάμενοι, καὶ ὕδατα μεταβάλλοντες, ἀπέθνησκον ὑπὸ τοῦ πλείστους τῶν στρατοῦ πολλοί. ⓐ δὲ λοιποὶ ἅμα Ξέρξῃ ἀπικνέονται ἐς Σάρδις. Ἐπὶ δὲ καὶ ἄλλος ὅδε λέγεται λόγος, ὡς, ὅτε Ξέρξης ἀπελαύνων ἐξ Ἀθηναίων, ἀπίκετο ἐς Ἡιόνα τὴν ἐπὶ Στρυμόνι, ἐνθεῦτεν οὐκέτι ὁδοιπορίῃσι διεχρέετο, ἀλλὰ τὸν μὲν στρατιὸν Ὑδάρνει ἐπιτρέπει ἀπάγειν ἐς Ⓦ Ἑλλήσποντον, αὐτὸς δὲ ἐπὶ νηὸς Φοινίσσης ἐπιβὰς, ἐκομίζετο ἐς τὴν Ἀσίην. πλέοντα δέ μιν ἄνεμον Στρυμονίην ὑπολαβεῖν μέγαν καὶ κυματίην· καὶ δὴ, μᾶλλον γάρ τι χειμαίνεσθαι γεμούσης τῆς νηός, ὥστε ἐπὶ τῷ καταστρώματος ἐπεόντων συχνῶν Περσέων τῷ σιτῷ Ξέρξῃ κομιζομένων, ἐνθαῦτα ἐς δεῖμα πεσόντα Ⓦ βασιλῆα, εἰρέσθαι βώσαντα Ⓦ κυβερνήτεα, εἴη ὅτι σφι σωτηρίη. τὸν δ' εἰπεῖν, Δέσποτα, οὐκ ἔστι σωτηρίη, εἰ μὴ τουτέων ἀπαλλαγή τις γένηται τῶν πολλῶν ἐπιβατέων. καὶ Ξέρξεα λέγεται ἀκούσαντα ταῦτα, εἰπεῖν, Ἄνδρες Πέρσαι, νῦν τις δείξαι τῶν ὑμέων, βασιλῆος κηδόμενος ἐν ὑμῖν γὰρ ἔοικε ἐμοὶ εἶναι ἡ σωτηρίη. Ⓦ μὲν ταῦτα λέγειν· τοὺς δὲ, προσκυσαμένους, ἐκπηδᾶν ἐς τὴν θάλασσαν· καὶ τὸν νέα ἐπικουφισθεῖσαν, οὕτω δὴ ἀποσωθῆναι ἐς τὴν Ἀσίην. ὡς δὲ ἐκβῆναι ταχέως ἐς γῆν Ⓦ Ξέρξεα, ποιῆσαι τοιόνδε· ὅτι μὲν ἔσωσε βασιλῆος τὴν ψυχὴν, δωρήσασθαι χρυσέῃ στεφανῃ Ⓦ κυβερνήτεα· ὅτι δὲ Περσέων πολλοὺς ἀπώλεσε, ἀποταμεῖν τὴν κεφαλὴν αὐτῷ. Οὗτος δὲ ὡς λέγεται ὁ λόγος περὶ τοῦ Ξέρξεω νόστου, οὐδαμῶς ἐμοιγε πιστός, οὔτε ἄλλως, οὔτε ὁ Περσέων τοῦτο πάθος. Εἰ γὰρ δὴ τῶν τοῦτο ἔρρηθη ἐκ τοῦ κυβερνήτεω πρὸς Ξέρξεα, ἐν μυρίοισι γνώμῃσι μίαν οὐκ ἔχω αἰτιη-

facinus eximium fecit. hic & se volentem negauit Xerxi seruitutum, eoque in edita montis Rhodopes abiit: & filiis vetuit ne aduersus Græciam militarent. Illi patre contemptui habito, siue alioqui belli libidine inspiciundi, militauere cum Xerxe. qui postquam incolumes reuerterunt, omnibus pater (erant autem sex) ob eam caussam oculos effodit. Et isti quidem hanc mercedem acceperunt. Persæ autem, vbi citato CXVII itinere ad traiectum peruenere, Hellespontum nauibus traiecere ad Abydum. non enim intentas iam rates inuenere, sed tempestate dissolutas. Ibi copiosiorem quam in itinere commeatum adepti, nulla modestia sese reficientes, ac mutatis aquis, permulti interibant ex iis qui de exercitu superfuerant: ceteri cum Xerxe Sardis peruenere. Narra- CXVIII tur autē & alia hæc res, Xerxem, posteaquam Athenis profectus est ad oram super Strymonem, illinc non amplius terra iter fecisse: sed exercitu Hydarni permisso, quem ad Hellespontum deduceret, ipsum nauem Phœnissam conscendisse, vt in Asiam se reciperet: & dum cursum tenet, à Strymonia ingenti vento fuisse exceptū: & eo vehementius tempestate vexatum quod nauis referta vectoribus erat, vtpote quum super contabulationes essent frequentes Persæ qui cum Xerxe vehebantur. Ibi metu perculsum regem cum clamore interrogasse gubernatorem num qua salus eis esset. Et quum ille respondisset, Here, nulla admodum est, nisi horum vectorum aliqua fiat abitio: tunc Xerxem eo audito ita loquutum, Viri Persæ, nunc aliquis vestrūm declaret se curam habere regis. in vobis enim videtur sita esse salus mea. Hæc vbi dixit Xerxes, illos eo adorato desiliisse in mare atque ita leuata naui, Xerxem incolumen in Asiam peruenisse. Et vbi primum in terram egressus est, hoc egisse: gubernatorem, quod regis quidem animam seruasset, aurea corona donasse: quod autem multos Persarum perdidisset, decollasse. Hic autem al- CXIX ter modus qui narratur reuersionis Xerxis, haud quaquam fidem apud me habet cum propter alia, tum propter obitum Persarum. [1] nam si id regi à gubernatore dictum est, tamen ex infinitis rationibus, vel ob hanc vnā, cui repugna-

1 Nam si hæc ita Xerxi fuerunt à gubernatore dicta, ex decem millibus sententiam suam hac de re proferentibus haud vnus fuerit qui ——

ri non poteſt, negarim hoc regem fuiſſe facturum: quin potius Perſas iuſſurum è tabulatis in ventrẽ nauis deſcendere, vtpote qui primores Perſarum eſſent: & remiges Phœnices, Perſis numero pares in mare deiecturum. Sed is (vt dictum eſt ſuperius) itinere pedeſtri cum reliquo exercitu in Aſiam reuerſus
CXX eſt. Cuius rei id quoque magno eſt teſtimonio, quod conſtat, Xerxem, quum rurſus in Aſiã reciperet ſe, Abdera peruenisſe, [1] adhibuiſſeque conuiuio Abderitas, & acinace aureo eos [2] ac tiara auro intertexta donaſſe: & vt ipſi oppidani aiunt, illum, poſtquam ex Athenis retro fugit (quod apud me fide caret) illic primũ zonam [3] reſoluiſſe: adeo fuerat terrore correptus. Sunt autẽ Abdera magis ad Helleſpontũ ſita quàm Strymon, arq; litus ex quo nauem illum cõſcendiſſe ferũt. ¶ Ceterum Græci poſt-
CXXI eaquam Andrum expugnare nequeunt, conuerſi in Caryſtum, vaſtato illorum agro rediere Salaminem. Ibi ante omnia diis primitias ſelegerunt cum aliarum rerum, tum Phœniſſarum triremiũ tres: quarum vna reponeretur apud Iſthmum (quæ ad meam vſque memoriam extabat) altera apud Sunium, tertia Aiaci illic apud Salaminem. Secundo loco prædam inter ſe diſpartiere, ex-
qua primitias Delphos miſere. Vnde ſtatua effecta eſt longitudine cubitorum [4] decem, truncã nauis partem manu ſuſtinens: eodem in loco ſtans vbi Alexander Macedo aureus. Miſſis Del-
XXII phos primitiis, Græci publice deũ percontati ſunt numquid perfectas & gratas primitias accepiſſet. Quibus ille reſpõdit habere ſe quidem à Græcis aliis, verũ nõ ab Æginetis: ſed repoſcere domum optime nauatę ad Salaminẽ operę in pugna nauali. Id quũ audiſſent Æginetæ, aureas ſtellas tres dedicauerunt, quæ ſuper malum nauis æreum ſtant apud angulum, proxime Crœſi craterem. Poſt diſpartitam prædam Græci ad Iſthmum nauigauerunt, daturi præcipuum præmium Græcorum meritiſſimo, qui in hoc bello præclariſſime rem geſſiſſet. Eo vbi peruentum eſt, duces Græci in aram Neptuni ſuam quiſque ſententiam ſcriptam detulere, quemnam ex omnibus primum & quem ſecundum iudicarent. In ea autem ſuum quiſque

ξοον, μὴ ὀκὶ αὐ ποιῆσαι βασιλῆα τοιόνδε. τοὺ μὲν ὅτι τὸ καταστρώματος, καὶ ἐμβεβάσαι ἐς κοίλιον νῆα, ἐόντας Πέρσας, καὶ Περσέων τοὺ πρώτους· τοὺς δ' ἐρετέων, ἐόντων Φοινίκων, ὅκως ὀκὶ αὐ ἴσον πλῆθος τοῖσι Πέρσῃσι ἐξέβαλε ἐς τὸν θάλασσαν. ἀλλ' ὁ μὲν (ὡς καὶ πρότερόν μοι εἴρηται) ὁδῷ χρεώμενος ἅμα τοῖσι ἄλλῳ στρατῷ, ἀπενόστησε ἐς τὴν Ἀσίην. Μέγα δὲ καὶ τόδε μαρτύριον· φαίνεται γὰρ Ξέρξης ἐν τῇ ὀπίσω κομιδῇ ἀπικόμενος ἐς Ἄβδηρα, καὶ ξεινίου τε σφι σωθέντος, καὶ δωρησάμενος αὐτοὺς ἀκινάκῃ τε χρυσέῳ καὶ τιήρει χρυσοπάστῳ. καὶ, (ὡς αὐτοὶ λέγουσι Ἀβδηρῖται, λέγοντες μὲν οὐδαμῶς ἐμοὶ πιστά) πρότερον ἐλύσατο τὴν ζώνην φοβηθεὶς ἐξ Ἀθηναίων ὀπίσω, ὡς ἐν ἀδείῃ ἐών. πρὸς τοῦ Ἑλλησπόντου δὲ μᾶλλον τοὶ Ἄβδηρα ἵδρυται, ἢ τοῦ Στρυμόνος, καὶ τῆς Ἠιόνος. ὅθεν δὴ μιν φασὶ ἐμβιβῶσαι ἐπὶ τὸν νῆα. Οἱ δὲ Ἕλληνες, ἐπεί τε ὀκὶ οἷοί τε ἐγένοντο ἐξελεῖν τὴν Ἄνδρον, πρατόμενοι ἐς Κάρυστον, καὶ δηιώσαντες αὐτέων τὸν χώρον, ἀπαλλάσσοντο ἐς Σαλαμῖνα. πρῶτα μὲν νικῶσι τοῖσι θεοῖσι ἔξειλον ἀκροθίνια ἄλλα τε καὶ τριήρεας τρεῖς Φοινίσσας· τὴν μὲν, ἐς Ἰσθμὸν ἀναφερομένην, ἵνα περ ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦν· τὴν δὲ, ἐπὶ Σουνίῳ· τὴν δὲ, τρίτην Αἰάντι αὖτις ἐς Σαλαμῖνα. μετὰ δὲ τοῦτο, διεδάσαντο τὴν λείην, καὶ τὰ ἀκροθίνια ἔπεμψαν ἐς Δελφούς· ἐκ τῶν ἐγένετο ἀνδριὰς ἔχων ἐν τῇ χερὶ ἀκροτήριον νηός, ἐὼν μέγαθος δυώδεκα πηχέων· ἑστήκεε δὲ ἔτι τῆπερ ὁ Μακεδὼν Ἀλέξανδρος ὁ χρύσεος. Πέμψαντες δὲ ἀκροθίνια Ἕλληνες ἐς Δελφοὺς, ἐπηρώτεον τὸν θεὸν κοινῇ, εἰ λελάβηκε πλήρεα καὶ ἀρεστὰ τὰ ἀκροθίνια. ὁ δὲ πρὸς Ἑλλήνων μὲν τῶν ἄλλων ἔφυσε ἔχειν, πρὸς Αἰγινητέων δὲ, οὔ· ἀλλ' ἀπαιτέειν αὐτοὺς τὰ ἀριστήια τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίης. Αἰγινῆται δὲ πυθόμενοι, ἀνέθεσαν ἀστέρας χρυσέους, οἳ ἐπὶ ἴσου χαλκέου ἑστᾶσι τρεῖς ὅπῃ τῆς γωνίης, ἀγχοτάτω τοῦ Κρίσου κρητῆρος. Μετὰ δὲ τὴν διαίρεσιν τῆς λείης ἔπλωον Ἕλληνες ἐς Ἰσθμὸν, ἀριστήια δώσοντες τῷ ἀξιωτάτῳ γνώμῃσι Ἑλλήνων αὖτις πόλεμον τοῦτον. ὡς δὲ ἀπικόμενοι στρατηγοὶ διενέμοντο τοῖσι ψήφους ὅπῃ τοῦ Ποσειδέωνος ὕδωρ βωμῷ, τὸ πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον κρίνοντες ἐκ πάντων, ἐνταῦτα πᾶς τις αὐτέων ἑωυτῷ

— neget regem hoc facturum fuiſſe: Perſas iuſſ. *Ad verbum, Ex decem millibus ſententiarum, vel opinionum, vnam mihi repugnantem non habeo. Ex quibus verbis videat lector an alium ſenſum elicere poſſit.* 1 Et hoſpitii fœdus cum illis iniiſſe. *Vel, hoſpitij neceſſitudinem cum illis contraxiſſe.* 2 Ac triremi auro intertexta. *vel (vt alij)* triremi inaurata. *Certe* intertexta *impropriè hîc diceretur. At Valla* πάντα *legit pro* πρῶτα. 3 Soluiſſe vt liberum omni metu. 4 Duodecim.

ἐθήητο τὴν ψῆφον, ἀνδρὸς ἑκάστου δοκέων ἄριστος γενέσθαι. δεύτερα δ', ἃ πολλοὶ συνεξέπιπτον Θεμιστοκλέα κρίνοντες. ἃ μὲν δὴ ἐμοιγοῦν Θεμιστοκλέης δευτερείοισι ὑπερεβάλλετο πολλόν. Οὐ βουλομένων δὲ ταῦτα κείνῳ τῷ Ἑλλήνων φθόνῳ, ἀλλ' ἀποπλωόντων ἐκάστων ἐς τὴν ἑωυτῶν ἀπίκετο, ὅμως Θεμιστοκλέης ἐβώσθη τε καὶ ἐδοξώθη εἶναι ἀνὴρ πολλὸν Ἑλλήνων σοφώτατος ἁπάντων τὴν Ἑλλάδα. ὅτι δὲ νικὴν οὐκ ἐπεμήνατο τοῖσι τῶν Σαλαμῖνι ναυμαχησάντων, αὖθις μετὰ ταῦτα ἐς Λακεδαίμονα ἀπίκετο, θέλων τιμηθῆναι· καὶ μιν Λακεδαιμόνιοι καλῶς μὲν ὑπεδέξαντο, μεγάλως δὲ ἐτίμησαν. ἄριστα μὲν νυν ἔδοσαν Εὐρυβιάδῃ ἐλαίης στέφανον σοφίης δὲ καὶ δεξιότητος, Θεμιστοκλέι, καὶ τούτῳ στέφανον ἐλαίης. ἐδωρήσαντο δέ μιν ἅρμα τῶν ἐν Σπάρτῃ καλλιστεύοντι. αἰνεσάντων δὲ πολλὰ, προέπεμψαν πεντήκοσοι Σπαρτιητέων λοχάδες, οὗτοι οἱ ἱππῆες καλέονται, μέχρι ὅρων τῶν Τεγεητικῶν. μοῦνον δὴ τοῦτον πάντων ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, Σπαρτιῆται προέπεμψαν. Ὡς δὲ ἐκ τῆς Λακεδαίμονος ἀπίκετο ἐς τὰς Ἀθήνας, ἐνταῦτα Τιμόδημος Ἀφιδναῖος, τῶν ἐνδρῶν μὲν τῶν Θεμιστοκλέος ἐὼν, δηλῶς δὲ ὢν τῶν ἐπιφθονέων, φθόνῳ καταμαψιτρώγων, ἐνείκεε τῷ Θεμιστοκλέι τὴν ἐς Λακεδαίμονα ἄπιξιν προφέρων, ὡς δι' ἐκείνους Ἀθηναίους ἔχοι τὰ γέρεα τὰ παρὰ Λακεδαιμονίων, ἀλλ' οὐ δι' ἑωυτόν. ὁ δέ, ἐπεί τε ἐνέκειτο κοτέων οὐκ ἐπαύετο ταῦτα λέγων ὁ Τιμόδημος, ἔφη, Οὔτοι ἔχει γε ὧδε, ὅτι ἐγὼ ἐὼν Βελβινίτης ἐτιμήθην ὅτῳ χρὴ Σπαρτιητέων, ὅτε οὐ σὺ ὦν ἔφυς, ἐὼν Ἀθηναῖος. ταῦτα μὲν νυν ἐς τοσοῦτον ἐλήλυθε. Ἀρτάβαζος δὲ ὁ Φαρνάκεος, αἰνέομαι δὲ Περσέων λόγιμος καὶ παρ' ἐμοὶ εὐδοκιμέων, ἐκ δὲ τῶν Πλαταιϊκῶν καὶ μᾶλλον ἐπηλύθμενος, ἔχων ἐξ Μυκάλης στρατὸν οὓς Μαρδόνιος ἐξελέξατο, παρεπέμπετο βασιλέα μέχρι τοῦ πόρου. ὡς δὲ ὁ μὲν ἐν τῇ Ἀσίῃ, ὁ δὲ, ὀπίσω πορευόμενος, κατὰ τὴν Παλλήνην ἐλήλυθε, ἅτε Μαρδονίου τε χειμερίζοντος περὶ Θεσσαλίῃ τε καὶ Μακεδονίῃ, καὶ ἐδέκετο κατεπείγοντες ἥκειν ἐς τὸ ἄλλο στράτευμα, οὐκ ἐδίκαιον ἐντυχὼν ἀπρηκτεῦσαι Ποτιδαιήτῃσι μὴ οὐκ ἐξανδραποδίσασθαι σφέας. ἐπὶ δὲ Ποτιδαιήτας, ὡς βασιλεὺς παρεξελήλακε, καὶ ὁ ναυτικὸς τοῖσι Πέρσῃσι οἰχώκεε φεύγων ἐκ τῆς Σαλαμῖνος, ἐκ τε φυγερὸν ἀπέσασθαι ἀπὸ τῶν βαρβάρων· ὡς δὲ καὶ ἄλλοι ἐκ τῆς Παλλήνης ἔχοντες

nomen inscripsit, se illum qui præstantissimus extitisset existimans: sed in secundis partibus Themistocli adiudicandis plerique congruerunt. Ita quum singuli in primo loco singulos calculos haberent, in secundo Themistocles multo superior extitit. Et licet hanc CXXIIII
rem Græci liuore quodam supersederint indicare, in suam quisque patriam reuecti, tamen Themistocles & habitus est & celebratus per vniuersam Græciam omnium Græcorum longe prudentissimus. Ipse tamen quia non fuisset honore affectus ab iis qui ad Salaminem dimicassent, vt honore afficeretur Lacedæmonem se contulit. Eum Lacedæmonii & splendide exceperunt, & magnifice honorauerunt: & primas quidem partes rei bene gestæ, EVribiadæ: solertiæ vero ac dexteritatis, Themistocli dederunt, vtrumque oleagina corona donantes: præterea hunc [1] biga quæ apud Spartam erat præstantissima: laudatumque verbis amplissimis, trecenti ex primoribus Spartiatarum, qui equites vocantur, discedentem ad Tegeaticos vsq; fines comitati sunt. Hunc solum ex omnibus quos nouimus hominibus Spartiatæ abeuntem deduxerunt. Eidem, postquam ex Lacedæ- CXXV
mone Athenas venit, ibi [2] Timodemus vnus ex inimicis eius, alioqui non è claris viris, liuore insaniens, crimini dabat itionem in Spartam: dicens illum Athenarum respectu, non sui, ab Lacedæmoniis honores assequutum. Et quum non faceret finem talia dicendi, inquit ei Themistocles, O homo, ita res habet, neque ego si Belbinitanus forem, sic à Spartanis honoratus fuissem: neque tu, etsi Athenienses. Atque hæc hactenus. ¶ Artabazus autem Pharna- CXXVI
cis filius, vir inter Persas cum antea illustris, tum ex rebus Platæensibus factus illustrior, regem deducebat iis sexaginta millibus quæ sibi Mardonius delegerat: quem vbi traiectu tenus comitatus est, quum iam ille in Asia esset, regressus circa Pallenen agebat, vtpote Mardonio per Thessaliã Macedoniamque hybernante, nec alias copias obire curante. Nec è sua dignitate existimabat non diripere rebelles Potidæatas, in quos casu incidisset. Etenim Potidæatæ, postquam rex præteriit, & classis Persica à Salamine fugiens abiit è conspectu, à barbaris defecerant: mox aliis quoque qui Pallenen incolebant rebellantibus.

1 Curru omnium qui Spartæ erant præstantissimo, *vel*, *pulcherrimo*. 2 Timodemus Aphidnæus. *Valla autem* Ἀφιδναῖος *omisit, aut potius non legit. quod certe suspectum etiam reddunt quæ sequuntur.*

Tunc

CXXVII Tunc vero Artabazus Potidæam obsedit: & suspicatus etiam Olynthios ab rege defecturos, & ipsos obsedit. Eam autem vrbem tenebant Bottiæi qui è sinu Thermæo fuerant à Macedonibus eiecti. Hos Artabazus postquam obsidione cepit, in paludem deductos trucidauit, vrbemque administrandam Critobulo Toronæo tradidit, à genere Chalcidensi. Ita Chalcidenses Olynthum obti-

CXXVIII nuere. Expugnata Olyntho Artabazus Potidææ obsidendæ impensius incumbebat. Hoc faciens, cum Timoxeno Scionæorum magistratu de facienda proditione transegit, incertum mihi quonam modo ab initio: neque enim traditur. ad extremum ita actum est: Quoties exaratum libellum aut Timoxenus ad Artabazum, aut Artabazus ad Timoxenum mittere volebat, eum sagittæ postremo inuoluebat, adaptatisque desuper pennis, ad locum de quo conuenerat sagittam emittebat. Sed Timoxenus qui Potidæam prodebat, proditionis compertus est. nam Artabazus ad conuentum locum sagittam dirigés, frustrante iactu humerum cuiusdam Potidæatę percussit. Ad quem saucium turba (vt adsolet in bello fieri) quum concurrisset, subito reuulsa sagitta, animaduertens libellum, detulit ad magistratus. aderat autem & ceterorum Pallenensium commilitium. Perlecto libello magistratus & cognito proditionis autore, non tamen censuerunt Timoxenum esse plectendum, Scionææ ciuitatis gratia, ne in posterum semper Scionæi pro proditoribus haberentur. Atque hunc quidem in modum Timoxenus proditionis manifestus fuit. Artabazum vero

CXXIX tres iam menses obsidentem ingens æstus maris excepit, & is diutius: vnde barbari videntes locum factum lacunosum, in Pallenen concesserunt. quorum quum duæ partes permeassent eluuiem, tres aliæ supererant, quas vbi pertransissent, oportebat intrare Pallenen. sed eas tanta maris æstuatio inuasit quanta nũquam extiterat, vt indigenæ aiũt, quum ea frequenter illic accidat. Eorum qui nandi erant ignari, interiere: qui erant gnari, eos Potidæatę nauigiis adorti trucidauere. Huius autem æstus ac restagnationis & cladis Persarum ferunt Potidæatæ hinc caussam extitisse, quod isti è Persis qui sunt à mari oppressi, in templum Neptuni & eius simulacrum quod situm est in suburbanis, impie se gesserant. Hanc fuisse caussam illi

ἐνταῦτα δὴ Ἀρτάβαζος ἐπολιόρκεε τὴν Ποτίδαιαν. Ὑποτοπήσας δὲ καὶ τοὺς Ὀλυνθίους ἀπίσασθαι ἀπὸ βασιλῆος, καὶ τούτων ἐπολιόρκεε. Εἶχον δὲ αὐτὴν Βοττιαῖοι, οἱ ἐκ τοῦ Θερμαίου κόλπου ἐξαναστάντες ὑπὸ Μακεδόνων. ἐπεὶ δὲ σφέας εἷλε πολιορκέων, κατέσφαξε ἐξαγαγὼν ἐς λίμνην· τὴν δὲ πόλιν παρέδοσαν Κριτοβούλῳ Τορωναίῳ ἐπιτροπεύειν, καὶ τοῦ Χαλκιδικοῦ γένεος. καὶ οὕτω Ὀλυνθον Χαλκιδέες ἔσχον. Ἐξελὼν δὲ τούτων ὁ Ἀρτάβαζος, τῇ Ποτιδαίῃ ἐντεταμένως προσεῖχε· προσέχοντι δὲ οἱ προθύμως, ἀνὴρ σωτίδε- τις
ἤθελε προδοῦναι Τιμόξεινος ὁ τῶν Σκιωναίων στρατηγός· ὅντινα μὲν δόλον ἄρχων, ἔλαθε· οὐκ ἔχω εἰπεῖν· (οὐ γὰρ ὧν λέγεται) τέλος μέντοι, τοιάδε ἐγένετο· ὅκως βιβλίον γράψειε ὁ Τιμόξεινος ἐπέλλων πρὸς Ἀρτάβαζον πέμψαι, ἢ Ἀρτάβαζος παρὰ Τιμόξεινον, τοξεύματος πρὸς τὰς γλυφίδας προσειλίξαντες, καὶ προερώσαντες τὸ βιβλίον, ἐπέξευον ἐς συγκείμενον χωρίον. ἐπαίστος δὲ ἐγένετο ὁ Τιμόξεινος προδιδοὺς τὴν Ποτίδαιαν. τοξεύων γὰρ ὁ Ἀρτάβαζος ἐς τὸ συγκείμενον, ἁμάρτων τοῦ χωρίου τύπου, βάλλει ἀνδρὸς Ποτιδαιήτεω ὦμον· τὸν δὲ, βληθέντα, προσέδραμε ὅμιλος, (οἷα φιλέει γίνεσθαι ἐν πολέμῳ) οἱ αὐτίκα τὸ τοξεύμα λαβόντες, ὡς ἔμαθον τὸ βιβλίον, ἔφερον ὅτι τοῦ στρατηγοῦ. πρίν δὲ καὶ τῶν ἄλλων Παλλαίων συμμαχίη. τοῖσι δὲ στρατηγοῖσι ὑπιλεξαμένοισι τὸ βιβλίον, καὶ μαθοῦσι τὸν αἴτιον τῆς προδοσίης, ἔδοξε μὴ καταπλῆξαι Τιμόξεινον προδοσίῃ, τῆς Σκιωναίων πόλιος ἕνεκα, μὴ νομίζοιατο εἶναι Σκιωναῖοι ἐς τὸ μετέπειτα χρόνον αἰεὶ προδόται. ὁμοὺ δὴ τοιούτῳ τρόπῳ ἐπαίσιος ἐγένετο· Ἀρταβά- ἠπίης
ζῳ δέ, ὅτε πολιορκέοντι ἐγεγένητο τρεῖς μῆνες, γίνεται ἄμπωτις τῆς θαλάσσης μεγάλη, καὶ χρόνον ὅσον πολλόν. ἰδόντες δὲ οἱ βάρβαροι τέναγος γινόμενον, διέβαινον ἐς τὴν Παλλήνην. ὡς δὲ τὰς δύο μοίρας διαβεβήκεσαν, ἔτι δὲ τρεῖς ὑπελείποντο ἐόντες, τὰς διεξιόντας χρὴ ἐσαῦτις ἐν τῇ πλημμυρίδι, ἐπῆλθε πλημμυρὶς τῆς θαλάσσης μεγάλη, ὅσην οὐδαμά κω, ὡς οἱ ἐπιχώριοι λέγουσι, πολλάκις γινομένην. οἱ μὲν δὴ νέειν αὐτέων οὐκ ἐπιστάμενοι διεφθείροντο, οἱ δὲ ἐπισταμένους Ποτιδαιήτας ὑπιπλώσαντες πλοίοισι ἀπώλεσαν. αἴτιον δὲ λέγουσι Ποτιδαιῆται τῆς τε ῥηχίης καὶ τῆς πλημμυρίδος καὶ τοῦ Περσικοῦ πάθεος γενέσθαι τόδε, ὅτι τοῦ Ποσειδέωνος ἐς νηὸν ἐσῆλθε τὸ ἄγαλμα τὸ ἐν τῷ προαστείῳ ἠσεβήκοσαν οὗτοι τῶν Περσέων τοῖσι καὶ διεφθάρησαν ὑπὸ τῆς θαλάσσης. αἴτιον δὲ τοῦτο λέγοντες,

βδ λέγειν ἔμοιγε δοκέουσι. τὸν δὲ περιλοιπόμενον ἀπῆγε Ἀρτάβαζος ἐς Θεσσαλίην πρὸς Μαρδόνιον. οὗτοι μὲν δὴ ἀπεπέμψαντες βασιλῆα, οὕτω ἐχρήσαντο. Ὁ δὲ ναυτικὸς στρατὸς ὁ Ξέρξεω περιλοιπόμενος, ὡς προσέμιξε τῇ Ἀσίῃ, φεύγων ἐκ Σαλαμῖνος, καὶ βασιλῆά τε καὶ τὸν στρατὸν ἐκ Χερσονήσου διεπορθμεύσατο ἐς Ἄβυδον, ἐχειμέρισε ἐν Κύμῃ. ἔαρος δὲ ὀπιλάμψαντος, πρὸς Σάμον συνελέγετο ἐς Σάμον. αἱ δὲ τὴν νῆσον καὶ ἐχειμέριζον αὐτοῦ. Περσέων δὲ καὶ Μήδων ἀπολλοὶ πλεῦνες ἐπεβάτευον. στρατηγοὶ δὲ ὅσοι ἐπῆλθον, Μαρδόντης τε ὁ Βαγαίου καὶ Ἀρταΰντης ὁ Ἀρταχαίου· συνῆρχε δὲ τούτοισι καὶ ἀδελφιδεὸς αὐτοῦ Ἀρταΰντεω τοῦ σταλμίδος ὁ Ἀμίτρης· ἅτε δὲ μεγάλως πληγέντες, οὐ τολμέεσκον αὖτις πρὸ ἑωυτῶν ἐξάγειν οὐδένα· οὐδὲ ἐπιλαγχάζειν ἐῶντες· ἀλλ' ἐν τῇ Σάμῳ κατήμενοι, ἐφύλασσον τὴν Ἰωνίην μὴ ἀπίσῃ, νέας ἔχοντες σὺν τῇσι Ἰάσι τεσσεράκοντα καὶ ἑκατόν. οὐ μὴν οὐδὲ προσεδέχοντο τοὺς Ἕλληνας πρὸς στρατεύσεσθαι ἐς τὴν Ἰωνίην, ἀλλ' ἐπιτρέπειν σφι τὴν ἑωυτῶν φυλάσσειν· σταθμεύμενοι ὅτι σφέας οὐκ ἐπεδίωξαν φεύγοντας ἐκ Σαλαμῖνος, ἀλλ' ἀσμένοι ἀπαλλάσσοντο. κατὰ μὲν νοῦν τὴν θάλασσαν ἑωυτοῖσι ἔσεσθαι ἐνόμιζον, πεζὴν δὲ ἐδόκεον πολλῷ κρατήσειν Μαρδόνιον. ἐόντες δὲ ἐν Σάμῳ, ἅμα μὲν ἐβουλεύοντο εἴ τι δυνατοί εἰσι κακὸν τοὺς πολεμίους ποιέειν, ἅμα δὲ καὶ ὠτακούστεον ὅκη πεσέεται τὰ Μαρδονίου πρήγματα. Τοῖσι δὲ Ἕλλησι τὰ περὶ τὸν στρατὸν ἦγε, καὶ Μαρδόνιος ἐν Θεσσαλίῃ ἐών. ὁμοῦ δὴ πεζὸς οὔκω συνελέγετο· ὁ δὲ ναυτικὸς ἀπίκετο ἐς Αἴγινάν, νῆες ἀριθμὸν δέκα καὶ ἑκατόν. στρατηγὸς δὲ καὶ ναύαρχος ἦν Λευτυχίδης ὁ Μενάρεος, τοῦ Ἡγησίλεω, τοῦ Ἱππποκρατίδεω, τοῦ Λευτυχίδεω, τοῦ Ἀναξίλεω, τοῦ Ἀρχιδήμου, τοῦ Ἀναξανδρίδεω, τοῦ Θεοπόμπου, τοῦ Νικάνδρου, τοῦ Χαρίλλου, τοῦ Εὐνόμου, τοῦ Πολυδέκτεος, τοῦ Πρυτάνιος, τοῦ Εὐρυφῶντος, τοῦ Προκλέος, τοῦ Ἀριστοδήμου, τοῦ Ἀριστομάχου, τοῦ Κλεοδαίου, τοῦ Ὕλλου, τοῦ Ἡρακλέος· ἐὼν τὸ ἕτερος οἰκίης τῶν βασιλέων. οὗτοι πρῶτοι, πλὴν τῶν δυῶν τῶν μετὰ Λευτυχίδεα προτέρων καταλεχθέντων, ἐκ δήμου, βασιλῆες ἐλήμνησαν Σπάρτης. Ἀθηναίων δὲ ἐστρατήγεε Ξάνθιππος ὁ Ἀρίφρονος. Ὡς δὲ προεληλύθεε ἐς τὴν Αἴγιναν πᾶσα αἱ νῆες, ἀπίκοντο Ἰώνων ἄγγελοι ἐς τὸ στρατόπεδον τῶν Ἑλλήνων· οἳ καὶ ἐς τὴν Σπάρτην ὀλίγῳ πρότερον τούτεων ἀπικόμενοι, ἐδέοντο Λακεδαιμονίων ἐλευθεροῦν τὴν Ἰωνίην, τῶν καὶ Ἡρόδοτος ὁ βασιλείδεω ἦν· οἳ

videntur vere dicere. Eos autem qui superauere, Artabazus in Thessaliam ad Mardonium duxit. Et cum iis qui regem reduxerunt ita est actum. ¶ Classiarius autem Xerxis exercitus qui superfuerat, vbi à Salamine fugiens attigit Asiam, rege cum aliis copiis è Chersoneso Abydum traducto, hyemauit apud Cumam. Idem primo statim vere Samum conuenit, vbi nonnullæ naues hyemauerant. Eius classi plerique epibatæ erant ex Persis & Medis, ducesque superuenerant, Mardontes Bagæi, & Artayntes Artachæi filius, cuius patruelis Amitres ab eodem ascitus erat istorum collega. Hi vtpote magnopere percussi, non audebant occasum versus producere, ne vnus quidem: sed apud Samum subsidentes Ioniam à rebellando prohibebant, trecentas naues cum Ioniis habentes. Neque expectabant fore vt Græci in Ioniam irent, sed vt sua tutari contenti essent: ducta ex hoc coniectura, quod ipsos è Salamine fugientes non fuissent insequuti, sed libenter abscessissent. [1] Atque vt se victos mari, ita longe superiorem terra Mardonium futurum arbitrabantur. Qui dum apud Samum erant, simul consultabant si quid mali possent facere hostibus, simul subauscultabant quonam res Mardonii spectarent. At Græcos excitabat tum veris aduentus, tum Mardonius in Thessalia agens. & eorum quidem exercitus pedestris nondum cogebatur: naues autem in Æginam abierant numero centum ac decem, præfecto atque nauarcho Leutychide, qui fuit Menaris, qui fuit Agesilai, qui fuit Hippocratidæ, qui fuit Leutychidis, qui fuit Anaxilai, qui fuit Archidami, qui fuit Anaxandridæ, qui fuit Theopompi, qui fuit Nicandri, qui fuit Charili, qui fuit Eunomi, qui fuit Polydectis, qui fuit Prytanis, qui fuit EVryphontis, qui fuit Proclis, qui fuit Aristodemi, qui fuit Aristomachi, qui fuit Cleodæi, qui fuit Hylli, qui fuit Herculis filius, ex altera ab regia familia. Hi omnes, præter duos qui primi post Leutychidem commemorati sunt, reges Spartæ fuerunt. Athenienſium autem, duce Xanthippo Ariphronis filio, hac omni classe Æginam profecta, aduenium eo nuncii Ionum iidem qui nuper ierant ad orandos Lacedæmonios vt Ioniam liberarent, quorum vnus fuit Herodotus Basilidis filius. Hi,

cxxx

cxxxi

cxxxii

1. De mari igitur animum abiecerant, sed longe superiorem &c. *ad verbum, Circa mare igitur animo victi erant, vel, animis ecciderant. id est, De rebus igitur mari gerendis spem abiecerant.*

septem

septem fuerant ab initio, qui coniuratione inter se facta de trucidando Stratte Chiorum tyranno, postea conspiratione patefacta per vnum ex ipsis qui rem detulerat, ceteri qui sex erant, è Chio se subduxerunt, Spartamque se contulerunt, & tunc Æginam, oraturi Græcos vt in Ioniam nauigarent: ægreque exoratos Delon vsque perduxere. Nam vlteriora omnia Græcis formidolosa erant, cum locorum ignaris, tum plena hostium esse, & tantundem abesse Samum, quantum Herculis columnas credentibus. Contigitque id rei vt neque barbari supra Samum occidentem versus nauigare auderent, metu perterriti: neque Græci Chiorum rogatu, orientem versus, vltra Delon. ita timor medium eorum tuebatur. ¶ Dum Græci CXXXIII nauigauere in Delon, Mardonius qui in hybernis apud Thessaliam erat, inde mouens misit ad oraculum quendam genere EVropeum, nomine Murem, iubens vt quantumcunque sibi liceret peruaderet ad oraculum consultandum: edocuitque quid vellet ab oraculis scire. Quid autem fuerit haud compertum habeo. non enim memoratur: opinor autem nihil aliud quam de rebus præsentibus fuisse. Constat hunc CXXXIV Murem in Lebadiam venisse, & mercede corrupto quodam indigena Trophonium descendisse, & ad Abas Phocensium, ad oraculum: quinetiam prius Thebas adisse. Ibique tum Apollinem Ismenium consuluisse, quod illic, quemadmodum in Olympia, fas est in templis scisciti oracula: tum quodam non Thebano, sed peregrino pecunia corrupto, in delubro Amphiarai obdormisse. Ideo autem nemini Thebano licet eo in loco vaticinum esse, quod quum Amphiaraus optionem eis dedisset vtrum mallent vate vti se an auxiliatore: Thebani sibi auxiliatorem eum maluerunt. eapropter nefas est vlli Thebano CXXXV illic obdormiscere. Tunc autem maximum extitisse miraculum, vt à Thebanis mihi narratur: Murem Europeum, peruestigatis omnibus oraculis, isse etiam ad fanum Apollinis Ptoi. vocatur autem id fanum ita: sed ipsorum Thebanorum est, situm supra paludem Copaidem, ante montem, proxime vrbem Acræphiam. Ad hoc templum postquam peruenisset is qui Mus appellaretur, sequutos eum tres viros publice delectos ad describenda ea quæ homini responderentur. & statim antistitem

σα σιδηρῆ σφι γενόμενοι, ἐπεβούλευον θάνατον Στράτῃ τῷ Χίῳ τυραννεύοντες, ἐόντες ἑξαμηνιαῖοι. ὡς δὲ βουλευόμενοι ἐφάνησαν, ἐξενείκαντος τὴν ἐπιχείρησιν ἑνὸς τῶν μετεχόντων, οὕτω δὴ οἱ λοιποὶ ἓξ ἐόντες ὑπεξέρχονται ἐκ τῆς Χίου, καὶ ἐς Σπάρτην ἀπίκοντο, καὶ δὴ καὶ ἐνταῦθα ἐς τὴν Αἴγιναν, τῶν Ἑλλήνων δεόμενοι καταπλώσαντες ἐς τὴν Ἰωνίην· οἱ γὰρ ἐπῆγον αὐτοὺς μάλιστα μέχρι Δήλου. τὰ γὰρ πρόσω τούτου, πᾶν δεινὸν ἦν τοῖσι Ἕλλησι, οὔτε τῶν χώρων ἐούσης ἐμπείρου σφι οὐδαπῆ, τό τε πολλὸν καὶ πλέον ἐδόκεε εἶναι. τὴν δὲ Σάμον ἡπίστεον ἐν δόξῃ κεῖσθαι Ἡρακλέους στήλας ἴσον ἀπέχειν. συνεπίστευε δὲ τοιοῦτο, ὅτε οὐδὲ μέχρι βαρβάρους τὸ πρὸς ἑσπέρης ἀνωτέρω Σάμου μήτε ὁλμᾶν καταπλώσαι καταῤῥωδηκότας, οὐδὲ τοὺς Ἕλληνας, χρηίζοντων Χίων τὸ πρὸς τὴν ἠῶ κατωτέρω Δήλου. οὕτω δέος τὸ μέσον ἐφύλασσε σφέων. Οἱ μὲν δὴ Ἕλληνες ἔπλωον ἐς τὴν Δῆλον· Μαρδόνιος δὲ περὶ τὴν Θεσσαλίην ἐχείμαζε. ἐνθεῦτεν δὲ ὁρμεώμενος, ἔπεμπε κατὰ τὰ χρηστήρια ἄνδρα Εὐρωπαῖον γένος, τοῦ ὄνομα ἦν Μῦς· ἐντειλάμενος πάντα χῆν μιν χρησάμενον ἐλθεῖν, τῶν οἱά τε ἦν σφι ἀποτρήσασθαι. ὁ, τι μὲν βουλόμενος ἐκμαθεῖν τοὺς τῶν χρηστηρίων τούτων ἐπέστελλε, οὐκ ἔχω φράσαι· (ἔστι δ', ὡς ἐγὼ λέγω) δοκέω δὲ ἔγωγε περὶ τῶν παρεόντων πρηγμάτων, καὶ οὐκ ἄλλων περὶ πέμψαι. Οὗτος ὁ Μῦς ἐς τε Λεβάδειαν ἀπικόμενος φαίνεται, καὶ μισθῷ πείσας τῶν ἐπιχωρίων ἄνδρα, καταβῆναι τὸ τοῦ Τροφωνίου· καὶ ἐς Ἄβας τὰς Φωκέων ἀπικόμενος ὅτι τὸ χρηστήριον· καὶ δὴ καὶ ἐς Θήβας τοῦτο ὡς ἀπίκετο, τὸν μὲν, τῷ Ἰσμηνίῳ Ἀπόλλωνι ἐχρήσατο· (ἔστι δ', καὶ ὧδε ἐν Ὀλυμπίῃ, ἱεροῖσι αὐτόθι χρηστηριάζεσθαι) τὸν δ', ξεῖνόν τινα καὶ οὐ Θηβαῖον χρήμασι πείσας, κατεκοίμισε ἐς Ἀμφιάραον. Θηβαίων δὲ τῷδε νῦν ἔξεστι μαντεύεσθαι αὐτόθι διὰ τόδε· ἐπεὶ ἐβούσφεας ὁ Ἀμφιάραος διὰ χρηστηρίων ποιεύμενος, ὁκότερα βούλονται ἑλέσθαι τούτεων, ἐωυτῷ ἢ ἄτε μαντὶ χρέεσθαι, ἢ ἄτε συμμάχῳ, τὸ ἑτέρου ἀπεχρέωντο· οἱ δὲ συμμαχὸν μιν εἵλοντο εἶναι. διὰ τοῦτον μὲν οὐκ ἔξεστι Θηβαίων τῷδε νῦν αὐτόθι κατακοιμηθῆναι. Τότε δὲ θωῦμά μοι μέγιστον γενέσθαι λέγεται τοὺς Θηβαίων. ἐλθεῖν γὰρ τὸν Εὐρωπαῖον Μῦν, διεξερωφώμενον πάντα τὰ χρηστήρια, καὶ ἐς τὸ Πτῴου Ἀπόλλωνος τὸ τέμενος· τοῦτο δὲ τὸ ἱερὸν, καλέεται μὲν Γτῷον, ἔστι δὲ Θηβαίων, κεῖται δὲ ὑπὲρ τῆς Κωπαΐδος λίμνης, πρὸς οὔρεϊ, ἀγχοτάτω Ἀκραιφίης πόλιος. ἐς τοῦτο τὸ ἱερὸν ἐπεί τε παρῆλθε Εὐρωπαῖον καλεόμενον τοῦτον Μῦν, ἕπεσθαί οἱ τῶν ἀστῶν αἱρετοὺς ἄνδρας τρεῖς ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, ὡς ἀποσημανομένους τὰ θεσπιεῖν ἔμελλε, καὶ πρόσθεν τε τῶν προμάντιν

βαρβαρῳ γλώσσῃ χρᾶν· καὶ σφεῖς μὲν ἐπομένους τῷ Θηβαίων ἐνθαῦμα ἔχεσθαι ἀκούοντας βαρβάρῳ γλώσσῃ αἰνίσσεσθαι Ἕλληνας. σφᾶς δὲ ἔχειν, ὅ,τι χρήσονται τῷ προεόντι παρήμενοι. τῷ δὲ Εὐρωπέι Μῶ ἔδοξε πάντα πρὸς αὐτέων τὰ ἐφέροντο δίκαια, τὰ λεχθέντα ὑπὸ τοῦ προφήτεω γεγράφειν ἐς αὐτό. (φάναι δὲ Καρίῃ μὲν γλώσσῃ χρᾶν) συλλεγόμενον δέ, οἴχεσθαι ἀπιόντα ἐς Θεσσαλίην. Μαρδόνιος δὲ ὡς ἐπυνθάνετο ὅ, τι δὴ λέγοντα τὰ χρηστήρια, πέμπει ταῦτα ἐπειρησόμενος ἄγγελον ἐς Ἀθήνας Ἀλέξανδρον τὸν Ἀμύντεω, ἄνδρα Μακεδόνα· ἅμα μέν, ὅτι οἱ τῷ ἐς γάμους ἐκεδέδεκτο Πέρσαι εἶναι. (Ἀλεξάνδρου γὰρ ἀδελφεὴν Γυγαίην, Ἀμύντεω δὲ θυγατέρα, Βουβάρης ἀνὴρ Πέρσης ἔσχε, ἐκ τῆς ἐγένετο Ἀμύντης ὁ ἐν τῇ Ἀσίῃ, ἔχων τὸ ὄνομα τὸ μητροπάτορος· τὴν δὴ ἐκ βασιλέος τοῦ Φρυγίης ἐδόθη Ἀλάβανδα πόλις μεγάλη νεμεσθαι) ἅμα τε ὁ Μαρδόνιος πυθόμενος ὅτι τε ξεῖνός τε ἦν καὶ εὐεργέτης ὁ Ἀλέξανδρος, ἔπεμπε. τοῦτο γὰρ Ἀθηναίοις ὅτω ἐδόκεε μάλιστα προσκτήσεσθαι, λεών τε πολλὸν ἀρὰ ἀκούων εἶναι ἄλκιμον· τά τε κατὰ τὴν θάλασσαν σφι τυχόντα σφι παθήματα κατεργασμένους μάλιστα Ἀθηναίους ἠπίστατο. ζυτέων δὲ προσομόρων, κατήλπιζε εὐπετέως τῆς θαλάσσης κρατήσειν· τοῦτο γὰρ αὖ καὶ μάλιστα πεζῆς τε ἐδόκεε πολλῷ εἶναι κρείσσων. οὕτω τε ἐλογίζετο κατυφήσειν τὰ πρήγματα ἑσταθμεῖσθαι τῶν Ἑλληνικῶν. τὰ μὲν δὴ τὰ χρηστήρια ταῦτα προλέγει συμβουλεύοντα συμμαχίην Ἀθηναίων ποιέεσθαι· τοῖσι δὲ πειθόμενος ἔπεμπε. Τοῦ δὲ Ἀλεξάνδρου τούτου ἔβδομος γενέτωρ Περδίκκης ἐστί, ὁ κτησάμενος τῶν Μακεδόνων τὴν τυραννίδα τρόπῳ τοιῷδε· ἐξ Ἄργεος ἐφυγον ἐς Ἰλλυριοὺς τῶν Τημένου ἀποφόνων τρεῖς ἀδελφεοὶ Γαυάνης τε καὶ Ἄεροπος καὶ Περδίκκης· ἐκ δὲ Ἰλλυριέων ὑπερβαλόντες ἐς τὰ ἄνω Μακεδονίης, ἀπίκοντο ἐς Λεβαίην πόλιν. ἐνθαῦτα ἦ ἐμίσθωσαν ὑπηρεσίην ἅμα μὲν ὡς τῷ βασιλέι, ὁ μὲν, ἵππους νέμων· ὁ δέ, βοῦς· ὁ δὲ νεώτατος αὐτέων Περδίκκης, τὰ λεγόμενα τῶν προβάτων. (ἐπὶ γὰρ τοῦ παλαιοῦ καὶ αἱ τυραννίδες τῶν αἰθεφτῶν ἀσθενέες χρήμασι, οὐ μόνον ὁ δῆμος) ἡ δὲ γυνὴ τοῦ βασιλέος, αὐτὴ τὰ σιτία σφι ἔπεσσε. ὡς δὲ ἔκαιρος ἐφαίνετο ὁ ἄρτος τοῦ παιδὸς τοῦ ἐπὶ τοῦ Περδίκκεω, διπλήσιος ἐγίνετο αὐτὸς ἑωυτοῦ. ἐπεὶ δὲ ἀεὶ τοῦτο τοῦτο ἐγίνετο, ἔφρασε τοῦτο τῷ ἀνδρὶ ἑωυτοῦ. ὡς δὲ ἤκουσε, ἐπῆλθέ οἱ αὐτίκα ὡς εἴη τέρας,

barbara lingua vsam: & qui eos subsequebantur, stupuisse audientes barbaram linguam pro Græca. Quumque nescirent quid in præsenti negocio agerent, Murem Europeum pugillares ab eis quos ferebant abstulisse, & in illis ea quæ dicerentur à prophera exarasse, eaque, vt dicebant, lingua Caria: & vbi illa scripsisset, digressum in Thessaliam abiisse. Ea Mardonius intelligens quid di- CXXXVI cerent, nuncium dehinc Athenas mittit Alexandrum Macedonem Amyntæ filium, [1] tum quia in eum propensi erant Persæ, (quippe cuius sororem Gygæam Amyntæ filiam in matrimonio habuerat Bubares vir Persis, ex qua genuerat Amyntam in Asia, qui materni ferentem nomen, cui ab rege Phrygiæ data erat incolenda vrbs Alabanda) tum quia audiebat hospitalem atque munificum esse virum, Mardonius mittendum duxit: hac præcipue ratione arbitratus se conciliaturum sibi Athenienses, populum & multum & strenuum esse audiens, [2] & qui cladis Persicæ in mari acceptæ præcipuus autor extitisset. Quibus sibi conciliatis, spem concipiebat facile potiundi maris, prout etiam contigisset. nam terrestribus copiis longe sibi superior esse videbatur. Ita colligebat suas res fore superiores rebus Græcorum. Cui fortassis oracula illa reddita suadebant vt Athenienses sibi socium asciscerent. His obtemperans, CXXXVII Alexandrum hunc mittebat septimum à Perdicca, qui Macedonum tyrannidem obtinuit hunc in modum: Tres fratres à Temeno oriundi, Gauanes, Æropus, Perdiccas, ex Argo in Illyricos profugerunt: & ex Illyriis transgressi superiorem Macedoniam, peruenerunt ad vrbem Lebæam. vbi se ad mercenariam operam regi locauerunt, vnus quidem equis, alter vero bobus, minimus autem natu, minutis pecoribus pascendis. [3] Erant autem priscorum hominum tyrannides in re nummaria exiles, nō solum populares facultates: adeo ipsi regi sua vxor coquebat cibaria. Hęc quum animaduertisset panē pueri Perdiccæ mercenarii, dum coqueretur, efficiri duplum quam erat, idque semper cōtingere, indicauit marito. [4] Ille re audita, illico ingressus est vt ostētum cerneret,

1 Tum quod affinitate cum Persis iunctus esset, 2 Et quem cladis Persicæ in mari acceptæ præcipuum autorem extitisse credebat. 3 Erant enim olim regna etiam in re nummaria exilia, non solum populus. Regis autem vxor illis ipsamet farinam subigebat. sed dum coquebatur panis Perdiccæ pueri mercenarii, in duplam molem excrescebat. Quod quum semper contingeret, id marito indicauit. *Dicit autem τυραννίδες pro τύραννοι. perinde est enim ac si dixisset, Erant enim olim ipsi quoque reges pecunia inopes. Quod Herodotus subiungit necui mirum videatur quod rex ipse illos pascendis suis armentis & gregibus præfecerit. At Valla ex Eum faciens Autem, ita hoc interpretatur quod de regis vxore narratur, quasi Herodotus hoc velut argumentum illius inopiæ afferat: ideoque particula Adeo vtitur.* 4 At illi, vt audiuit, statim hæc cogitatio animum subiit, *vel, illi in mentem venit*, factum illud,——

quonam

quonam modo quid maius excresceret: moxque accitis mercenariis, vt à sua domo discederent imperauit. Et quum isti dicerent, ira demum se abscedere iustum esse vbi mercedem accepissent: [1] tunc rex mercedem nominari audiens, Hunc, inquit (solem ostendens, in deum contumeliosus) dignam vobis mercedem reddo. Immeabat autem in ædes per fumarium sol. Hoc audientes maiores natu Gauanes & Æropus, stetere attoniti. at puer, Accipimus rex quę das, præloquutus, gladio (nam gladium gerebat) circumscripsit in pauimento domus solem: circumscriptumq; quum ter in sinum suum hausisset, abiit cum CXXVIII ceteris. [2] Quale autem esset id quod faciebat puer, & quod data cum illorum assensu accipiebat minimus natu, renunciauit quidam assessorum regi. Hoc audito, rex ira percitus equites ad eos interimendos mittit. Est autem in ea regione amnis cui tanquam liberatori immolant posteri illorum qui ab Argo erant: hic amnis, posteaquam eum Temenidæ transierant, ita vehemens effectus erat vt ab equitibus transiri nequierit. Temenidæ in aliam Macedoniæ plagam transgressi, habitarunt prope hortos qui ferebantur esse Midæ Gordio geniti, quibus in hortis sua sponte nascuntur rosæ sexagenûm foliorum, fragrantiori odore quàm ceteræ: & in quibus (vt fertur à Macedonibus) Silenus fuit exceptus. Super eos situs est mons, nomine Bermius, per hyemem inaccessus. Hinc egressi postquam eam plagam obtinuerunt Temenidæ, cereram Macedoniam subegerunt. Ab hoc au- CXXIX tem Perdicca hunc in modum Alexander oriundus est: Amyntæ filius fuit Alexander, Amyntas Alcetæ, pater Alcetæ fuit Æropus, Æropi Philippus, Philippi [3] Argæus, huius Perdiccas, qui parauit imperium. Ita Amyntæ fuit Alexander filius. Qui vbi Athenas venit à CXL Mardonio missus, ita verba fecit, Viri Athenienses, Mardonius hæc inquit, J Nuncius mihi ab rege venit in hæc verba, Athenienses iniurias quas mihi intule-

καὶ" φέρει ἐς μέγα τι καλέσας ἤ τοὺς ἔνδον ἐόντας, ὡς ἐπι- κ. φέρεσθαι μέγα τι
χθρόν σφι ἀπαλλάσσεσθαι ἐκ γῆς τῆς ἑωυτοῦ. ὁ δὲ, μισθὸν ἔφασαν δίκαιον εἶ ἀποδώσειν, δοκέειν ἔφη. ἐνταῦτα ὁ βασιλεὺς, τὸν μισθὸν φέρει ἀκούσας, ἰὼν γὰρ κατὰ τὸ καπνοδόκιον ἐς τὸν οἶκον ἐσέχων ὁ ἥλιος, εἶπε, προβλαβὴς γινόμενος, Μισθὸν ὑμῖν ἐ- "
γὼ ὑμέων ἄξιον τόνδε ἀποδίδωμι· δείξας τὸν ἥλιον. ὁ μὲν δὴ Γαυάνης τε καὶ ὁ Ἀέροπος ὡς περισύτερα ἔσαν ἐκπεπληγμένοι, ὡς ἤκουσαν ταῦτα. ὁ δὲ παῖς, ἐτύγχανε γὰρ ἔχων μάχαιραν, εἶπας τάδε, Δεκόμεθα ὦ βασιλεῦ τὰ δίδοις, ὡς εὖ γε φέρει τὴν μα- "
χαίρην ἐς τοὔδαφος τοῦ οἴκου τὸν ἥλιον. ὡς εὖ γε- φάσας, ἐς τὸν κόλπον τοὺς ἁρπαμβους ἐκ τοῦ ἡλίου, ἀπαλλάσσετο αὐτός τε καὶ ὁ μετ' αὐτοῦ. ὁ μὲν δὴ ἀπίεσαν. Τῷ δὲ βασιλεῖ σημαίνει ὡς τῶν πεδέρων οἷόν τι χρῆμα ποιήσειε ὁ παῖς, καὶ ὡς σιὼ νόῳ ἐκείνων ὁ νεώτατος λάβοι τὰ δεδομένα. ὁ δὲ, ταῦτα ἀκούσας, καὶ ὀξωθεὶς, πέμπει ἐπ' αὐτοὺς ἱππέας ἀπολέοντας. ποταμὸς δέ ἐστι ἐν τῇ χώ- ρῃ ταύτῃ, τῷ θύουσι ὁ Τυτέων τῶν ἀνδρῶν ἀπ' Ἄργεος ἀπόγονοι" σωτήια. ἔστ', ἐπεί τε διέβη- κ. σωτῆρια
σαν ὁ Τημενίδαι, μέγας οὕτω ἐρρύη ὥστε τοὺς ἱππέας μὴ οἵους τε γενέσθαι διαβῆναι. ὁ δὲ, ἀπι- κόμενοι ἐς ἄλλην γῆν τῆς Μακεδονίης, οἴκησαν πέ- λας τῶν κήπων τῶν λεγομένων εἶ) Μίδεω τοῦ Γορ- δίεω· ἐν τοῖσι φύεται αὐτόματα ῥόδα, ἓν ἕκαστον ἔχον ἐξήκοντα φύλλα, ὀδμήν τε ὑπερφέροντα τῶν 322
ἄλλων. ἐν τούτοισι καὶ ὁ Σιληνὸς τοῖσι κήποισι ἥ- λω, ὡς λέγεται ὑπὸ Μακεδόνων. ὑπὲρ δὲ τῶν κήπων οὖρος κέεται, Βέρμιον οὔνομα, ἄβατον ὑπὸ χειμῶνος. ἐνθεῦτεν δὲ ὁρμεώμενοι, ὡς ταύτην ἔ- σχον, κατεστρέφοντο καὶ τὴν ἄλλην Μακεδονίην.
Ἀπὸ τούτου δὴ τοῦ Περδίκκεω Ἀλέξανδρος ὧδε ἐγεγόνεε. Ἀμύντεω" παῖς ἦν Ἀλέξανδρος· Ἀ- κ. πατρὸς
μύντης ἦ, Ἀλκέτεω· Ἀλκέτεω ἦ πατὴρ ἦν Ἀέ- ροπος· τοῦ ἦ, Φιλίππου· Φιλίππου δ' ἦ, Ἀργαίος· τοῦ ἦ, Περδίκκης, ὁ κτησάμενος τὴν ἀρχήν. ἐγεγόνεε μὲν δὴ ὧδε Ἀλέξανδρος ὁ Ἀμύντεω. Ὡς δ' ἀπίκετο ἐς τὰς Ἀθήνας" πεμφθεὶς ὑπὸ Μαρδονίου, ἔλεγε κ. ὑποπεμφθεὶς
τάδε, Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Μαρδόνιος τάδε λέγει, Ἐ- "
μοὶ ἀγγελίη ἧκε τῶν ἐγὼ βασιλῆος, λέγουσα οὕτω, Ἀ- "
θηναίοισι τὰς ἀδικίας τὰς ἐς ἐκείνων ἐς ἐμὲ "

—magnum aliquid portendere. ideoque accersitis mercenar. *Ad verbum, Portentum esse [hanc rem] & ad magnum aliquid spectare. vel, tendere. At Valla errorem inceptum ab ἰὼν ἦλθε, prosequutus est in φέρει.* 1 Tunc rex, vbi mercedis mentionem fieri audiuit, sole tunc forte per fumarium, *siue, caminum*, domum ingrediente, dixit furore correptus, At ego hanc mercedem vobis dignam rependo. ostendebat autem solem. *vel, At ego vobis hanc mercedem persoluo. id est, in mercedem, vel, pro mercede, vt μισθὸν dicatur per appositionem. Videtur autem voluisse significare, illos debere abunde magna mercedis loco ducere quod saluos illos à se dimitteret.* 2 At regi quidam ex eius assessoribus, quod egerat puer, & quòd ille quum omnium natu minimus esset, quæ sibi data erant accepisset, id certo consilio factum esse, renunciauit. *Nam σὺν νόῳ (rarissimum alioqui loquendi genus) hoc videtur significare. q. d. Gallice, Et qu'il ne faisoit cela sans y auoir bien pensé.* 3 Argæus,

» ἡμομόσας πάσας μετίημι. νεῦ τε ὦδε Μαρδόνιε
» ποίεε. τῶν μὲν τὰ ἐμῷ σφι ἀπόδος· τῶν δ', ἢν ἐθέλωσι
» τοῖς σεωυτοῦ ἐλέσθων αὐτοὶ σφέα ἐκεῖνα ἀντὶ ἐωυτῶν, ἐόντες
» αὐτόνομοι. ἱρά τε πρήσσοντά σφι (εἰ δὲ βούλονταί γε ἐ-
» μοὶ ὁμολογέειν) ἀνόρθωσον, ὅσα ἐγὼ διέφθεισα. τοῦτε-
» ων δ' ἀπιγμένων, ἀναγκαίως ἔχει μοι ποιέειν ταῦτα,
» εἰ μὴ τὸ ὑμέτερον αἴτιον γένηται. λέγω δ' ὑμῖν τάδε,
Ηρ. τοιοῦτοι μῦθοι. » Νεῦ τί μαίνεσθε πόλεμον βασιλεῖ ἀπαειρόμενοι;
» οὔτε γὰρ αὐτὸν ὑποβάλεσθε, οὔτε οἷοί τε ἐσὶ αἰεὶ τέχνη
» τὸν πρόσθε χρόνον. εἶδε τε μὲν γὰρ τὸ Ξέρξεω στρατη- 10
» λασίης τὸ πλῆθος, καὶ τὰ ἔργα· πρὸς δὲ καὶ τόνδε νῦν
Ηρ. τοιοῦτοί μοι δοκέουσι εἶναι δύναμιν. » πρεσβύτατον μοι δοκέεις εἶναι· ὥστε καὶ ὑμέας ὑποβ-
» βάλλεσθε, καὶ νικήσητε, (τῶν γὰρ ὑμῖν οὐδεμίη ἐλπὶς,
» εἰ γὰρ οἳ φρονέοιτε) δεῖ πρήξιος πολλαπλησίης. μὴ
» ὦν βούλεσθε παισὶ σμικροῖσι βασιλέι, στρεβλῷ τε καὶ μὴ χώ-
» ρης, θρέειν ὑμέας ἀεὶ πρὸς ὑμέων αὐτῶν· ἀλλὰ καταλλάσσε-
» σθε. πάρεστι γὰρ ὑμῖν κάλλιστα καταλύσασθαι, βασιλῆ-
» ος ἑωυτῷ ὁρμημένου· ἔστι ἐλθοῦσι ἡμῖν ὁμηχανίη
» σωθῆναι καὶ αὐτοὺς δόλου καὶ ἀπάτης. Μαρδόνιος μὲν
» ταῦτα ὦ Ἀθηναῖοι ἐνετείλατό μοι εἰπεῖν πρὸς ὑ- 20
» μέας. ἐγὼ δὲ κατὰ μὲν εὔνοιάν τε τὴν πρὸς ὑμέας ἐούσης
» οὐδεμιῆς ἐμοῦ, οὐδὲ λέξω. οὐ γὰρ ἂν νεῦ πρῶτον ἐπιμά-
» θοιτε. παρακαλέω δὲ ὑμέων πείθεσθαι Μαρδονίῳ. ἐνο-
» ρέω γὰρ ὑμῖν οὐκ οἷοί τε ἐσομένοισι τὸν πρόσθε χρό-
» νον πολεμέειν Ξέρξῃ. εἰ γὰρ ἐνώρων τοῦτον ἐόντ' ὑμῖν,
» οὐκ ἂν κοτὲ ἐς ὑμέας ἦλθον, ἔχων λόγους τοιούσδε. καὶ
» γὰρ δυνάμιος ὑπερφέρει ἀνθρώπων ὁ βασιλεὺς ἐών καὶ
» χεῖρ ὑπερμήκης. ἐπὶ τοῖσι μὴ αὐτίκα ὁμολογήσοντε,
» μεγάλα παρεστεώντων ἐπὶ οἷσι ὁμολογέειν ἐθέλουσι,
» δειμαίνω ὑπὲρ ὑμέων, ἢν τείχεά τε μάλιστα οἰκη- 30
» μένων τῶν συμμάχων πρώτων, ἀεί τε φθειρομένων
» μούνων, ἐξαίρετόν τι μεταίχμιον τῆς γῆς ἐκτημένων.
» ἀλλὰ πείθεσθε. πολλοῦ γὰρ ὑμῖν ἄξια ταῦτα, εἰ βα-
» σιλεὺς γε ὁ μέγας μούνοισι ὑμῖν Ἑλλήνων τὰς ἀ-
» μπάδας ἀπιεὶς, ἐθέλει φίλος γενέσθαι. Ἀλέξαν-
δρος μὲν ταῦτα ἔλεξε. Λακεδαιμόνιοι δέ, πυθόμενοι ἥ-
κειν Ἀλέξανδρον ἐς Ἀθήνας, ἐς ὁμολογίην ἀέξοντα
τὴν βαρβάρῳ Ἀθηναίους, ἀναμνησθέντες τῶν λογίων,
ὡς σφέας χρεὼν ἐστὶ ἅμα τοῖσι ἄλλοισι Δωριεῦσι ἐκ-
πίπτειν ἐκ Πελοποννήσου τοῦ Μήδων τε καὶ Ἀθη- 40
ναίων, κάρτα τε ἔδεισε μὴ ὁμολογήσωσι τῷ Πέρσῃ Ἀ-
θηναῖοι, αὐτίκα τε σφι ἔδοξε πέμπειν ἀγγέλους. καὶ
δὴ συνέπιπτε ὥστε ὁμοῦ σφέων γίνεσθαι τὴν κα-

intulerunt omnes remitto. nunc autem Mardoni ita facito: Suam eis regionem reddito: præterea aliam pro suo arbitratu eligant, suaque libertate potiantur. Quinetiam eorum templa, si mecum fœdus inire volent, omnia quæ ego incendi, restituito. Hic nuncius quum mihi allatus sit, necesse habeo ista exequi, nisi per vos steterit. Ego vero hæc vobis duco dicenda, Quid insanitis, bellum regi inferentes, cui nec vnquam præstare, nec semper obstare poteritis? Nostis enim Xerxis & copias & facta: auditis quoque nunc de exercitu qui mecum est: [1] quem si superaueritis atque viceritis, nulla vobis (si sapitis) spes erit, quum alius multo maior exercitus sit adfuturus. Nolite igitur, æquiparando vos regi, priuari solo vestro, [2] & pro vobis ipsis assidue discurrere. imo potius his molestiis vos explicate, quum adsit vobis pulcherrima explicandi facultas, quod ab rege prouocati vt societatem belli nobiscum ineatis citra dolum & fraudem, liberati eritis. Hæc me iussit Athenienses apud vos Mardonius dicere. Ego vero de mea in vos beneuolentia nihil cõmemorabo. neque enim nunc primum eam cognouistis. Obsecro autẽ vt Mardonio morem geratis, quos animaduerto non semper validos fore ad gerendũ cum Xerxe bellum: quales si animaduerterem esse, nequaquam huc cum his mandatis venissem. Quippe regis vires supra humanas sunt, & manus prælonga. [3] Quod nisi propere assentiamini magna pollicentibus, quippe ex æquo fœdus facere volentibus, timeo vestram vicem, qui ex omnibus sociis & maxime in via habitatis, & soli semper præcipuã cladem accipitis, possidentes terram inter diuersas acies positam. [4] Itaque inducite hoc in animum quod magnopere est è vestra dignitate, quum rex magnus vobis Græcorum solis iniurias remittens, cupiat effici amicus. Hæc Alexander. Quem Athenas ire ad inducendos CXLI in barbari societatem Athenienses quũ audissent Lacedæmonii, id ne fieret vehementer extimuerunt, reminiscentes oraculorum, fatale esse vt ipsi cum ceteris Dorienſibus è Peloponneso eiicerentur à Medis pariter & Athenienſibus. ideoque sine mora mittendos illuc censuere legatos. Et sane contigit vt concioni adessent

1 Quo si potentiores extiteritis, eumque viceritis (quod nequaquam speratis, si sapitis) 2 Et semper de vita vestra periclitari. Vos igitur potius in gratiam *cum rege* redite, quum reconciliationis pulcherrima se vobis offerat occasio, regem ad hanc propensum habentibus. Inita nobiscum citra dolum & fraudem societate belli, liberi estote 3 Nisi igitur statim cum illis paciscamini, luculentas condiciones vobis proponentibus, quibus pacisci volunt, 4 Enimuero morem gerite. magni enim vestra refert, regem magnum vobis solis Græcorum iniurias condonare, & amicitiam vobiscum inire velle.

Lacedæ-

Lacedæmonii. extraxerant enim Athenienſes tempus, probe ſcientes fore vt Lacedæmonii audirent venire à barbaro nuncium ad ſocietatẽ contrahendam. quare de induſtria id fecere ad declarandam Lacedæmoniis ſententiam
CXLII ſuam. Vbi dicendi finẽ fecit Alexander, excipientes nuncii Spartanorum, ita loquuti ſunt, Nos vero miſere Lacedęmonii oratum vos ne quid noui in Græciã agatis, neq; verba quę adferuntur à barbaro admittatis: quod id neq; iuſtum ſit vllo modo, neq; decorum cum aliis Græcis, tum præcipue vobis: idque multis de cauſſis. Vos enim hoc bellum excitaſtis etiam nobis inuitis, & propter imperiũ veſtrum eſt decertatum: quod certamẽ nunc in vniuerſam Græciam emanauit; [1] cuius totius vos præcipui authores fuiſtis, & Græcis cauſſa ſeruitutis, res nullo pacto toleranda. quum præſertim conſtet Athenienſes ſemper & iam inde à priſcis temporibus vindicaſſe permultos homines in libertatem. Et triſtem quidem cõdicionem veſtram dolemus, quod iam bis prouentu frugum fraudati eſtis, & iam domibus quę diruţę ſunt caretis. quo nomine Lacedæmonii vobis ac ceteri ſocii ſpondent ſe vxores veſtras & omnia ad bellum inutilia [2] proxime domeſticos ſuos, quoad bellũ hoc ſteterit, alituros. Neq; vero vos Alexander Macedo ſeducat, [3] commendans Mardonii orationem. facit enim quod ſibi faciendum eſt: quippe qui tyrannus tyranno operam præſtat. Sed non idem veſtra facere intereſt, ſi recte ſapitis, qui
CXLIII ſcitis nihil barbaris eſſe neq; fidum neq; verum. Hæc quum nuncii dixiſſent, Athenienſes Alexandro ita reſpondeũt, Et ipſi cognitũ habemus hoc, vires Medorum etiam atque etiam maiores eſſe quã noſtras, vt id [4] nihil interſit exprobrare nobis: attamẽ in tutanda libertate catenus reſiſtemus quatenus valebimus. Vt autem ſocietatem cum barbaro contrahamus, neque tu perſuadere tentes, neque nos, ſi tu tentaueris, perſuadebimus. [5] Tu vero renuncia Mardonio Athenienſes dicere, quoad ſol eodem itinere meabit quo nunc meat, eouſque ſe nunquam cum Xerxe ſocietatem inituros, ſed ſe protegendo propulſaturos cum, fretos ope deorum atque heroum,

πάσασιν. ἐπῳμώμεινθν γὰρ ⓐ Ἀθηναῖοι Μαρτεῖβοντες, ὃ ὑπισάμθνοι ὅτι ἔμελλον Λακεδαιμόνιοι πθύσεσθαι ἥκοντα πρὸς τὸ βαρβάρου ἀγγελον ἐπ' ὁμολογίᾳ· πυθόμθνοί τε, πέμψειν κατὰ τάχος ἀγγέλους. ὑπίτηδες ὧν ἐποίεων, ἐνδεικνύμθνοι τοῖσι Λακεδαιμονίοισι τὴν ἑωυτῶν γνώμην.

Ὡς δὲ ἐπαύσαντο λέγων Ἀλέξανδρος, Μαδδχάμθνοι ἔλεγον ⓐ ἀπὸ Σπάρτης ἄγγελοι, Ἡμέας δὲ ἔπεμψαν Λακεδαιμόνιοι δεησομθνους ὑμέων, μήτε νεώτερον ποιέειν μηδὲν κατὰ τὴν Ἑλλάδα, μήτε λόγους ἐνδέχεσθαι παρὰ τὸ βαρβάρου. οὔτε γὰρ δίκαιον οὐδαμῶς, οὔτε κόσμον φέρον οὔτε γε ἄλλοισι Ἑλλήνων οὐδαμοῖσι, ὑμῖν δὲ δὴ καὶ μάλιστα πάντων ἥκιστα, πολλῶν ἕνεκα. ἐγείρατε γὰρ ξὺν δὲ ⓦ πόλεμον ὑμεῖς, τοῦδε ἡμέων βουλομθνων, καὶ παρὰ τῆς ὑμετέρας ἀρχῆς ὁ ἀγὼν ἐλήλυθε· νῦν δὲ φέρει καὶ ἐς πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα. ἄλλως τε, δουλοσύνης ἀπάντων ἀνθίους γνέσθαι δουλοσύνης ζοῖσι Ἕλλησι Ἀθηναίοις, οὐδαμῶς ἀναφθείν· οἵπνες ἀεὶ κῆ ὁ πάλαι φανεῖσθε πολλοὺς ἐλευθερώσαντες ἀνθρώπων. πιεζομθνοισι μὲν οὖν ὑμῖν σιωπὴ ἀμθμεθα, καὶ ὅτι καρπῶν ἐστέρησθε δισσῶν ἤδη, καὶ ὅτι οἰκοφθόρησθε χρόνον ἤδη πολλόν. ἀντὶ δὲ τουτέων ὑμῖν Λακεδαιμονίοι τε καὶ ⓐ σύμμαχοι ἐσαγγθλῶνται γυναῖκάς τε καὶ τὰ ἐς πόλεμον ἄχρηστα οἰκετέων ἐγχθμα πάντα ὅπι θρέψειν ἔστ' ἂν ὁ πόλεμος ὅδε σιωπηθῇ. μηδὲ ὑμέας Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν ἀπαγώσῃ, λέγοντας ⓦ Μαρδονίου λόγον. τοῦτο μὲν γὰρ ταῦτα ποιητέα ἐστὶ (τύραννος γὰρ ἐὼν, τυράννῳ συγκατεργάζεται) ὑμῖν δ' οὐ ποιητέα, εἰ ὑμῖν γε ὀρθῶς τυγχάνετε φρονέοντες, ὅπισθε βαρβάροισι ἐστὶ οὔτε πιστὸν, οὔτε ἀληθὲς οὐδέν. ταῦτα ἔλεξαν ⓐ ἄγγελοι. Ἀθηναῖοι δὲ τοῖς μὲν Ἀλέξανδρον ὧδε ἐκρίναντο τάδε, Καὶ αὖτοί τοῦτό γε ἴσμεν, ὅτι πολλαπλασίη ἐστὶ τοῦ Μήδου δύναμις ἢ παρ' ἡμῖν· ὥστε οὐδὲν δέη τοῦτό γε ὀνειδίζειν. ἀλλ' ὅμως ἐλευθερίην σκεπτόμενοι, ἀμυνθμεθα ὅτεω ὀκως ἂν καὶ δυνώμεθα. ὁμολογῆσαι δὲ τῷ βαρβάρῳ μήτε σὺ ἡμέας πειρῷ ἀναπείθειν, οὔτε ἡμέες πεισόμεθα. νῦν τε ἀπάγγελε Μαρδονίῳ ὡς Ἀθηναῖοι λέγουσι, ἔστ' ἂν ὁ ἥλιος τὸν αὐτὸν ὁδὸν ἴῃ τὴν περ καὶ νῦν ἔρχεται, μήποτε ὁμολογήσειν ἡμέας Ξέρξῃ. ἀλλὰ θεοῖσί τε συμμάχοισι πίσυνοί μιν ἐπέξιμθν ἀμυνόμενοι, καὶ ζοῖσι ἥρωσι,

---

1 Adde quod Athenienſes, qui horum omnium autores extiterunt, primos ex Græcis iugum ſeruitutis ſubire, res eſt profecto intoleranda. quum præſertim vos conſtet ſemper & iam inde à priſc. *vt legatur* πάλαι δὴ δουλοσύνης. 2 Ad rem domeſticam pertinentia. 3 Poliens. *id eſt, exornans.* 4 Nihil opus ſit. 5 Atque adeo nunc renuncia Mard.

τῶν ἐκφνος Θεδεμίαν ὅπιν ἔχων, ἐνέπρησε τύς τε οἴκους καὶ τὰ ἀγάλματα. σὺ τε τῶν λοιπῶν λόγους ἔχων τοιόσδε μὴ ἐπιφαίνεο Ἀθηναίοισι· μηδὲ δοκέων χρηστὰ ἐπιμηχανᾶσθαι, ἀθέμιστα ἔρδειν φαίνεο. ὡς γὰρ σε Θελόμεθα Θεδὲν ἀδικέειν τοὺς Ἀθηναίων παθεῖν, ἐόντα τοι ξείνον τε καὶ φίλον. Πρὸς μὲν Ἀλέξανδρον ταῦτα ἐπεκρίναντο· τοῖσι δὲ ἀπὸ Σπάρτης ἀπέλεγον τάδε, Τὸ μὲν δόξαι Λακεδαιμονίοις μὴ ὁμολογήσασθαι τῷ βαρβάρῳ, κάρτα αὐθρώπινον ἦν. ἀταρ ἀρχαῖός γε οἰκότες ἐξεπίστασθε Ἀθηναίων φρόνημα ἀρρώδησαι· ὅτι ὅτε χρυσός ἐστι γῆς ὕδαμόθι Θεσσυτος, ὅτε χώρη κάλλει καὶ ἀρετῇ μέγα ἐπιφέρεται, τὰ ἡμεῖς δεξάμενοι, ἐθέλοιμεν ἂν μηδίσαντες καταδουλῶσαι τὴν Ἑλλάδα. πολλά τε γὰρ καὶ μεγάλα ἐστὶ τὰ διακωλύοντα ταῦτα μὴ ποιέειν, μηδ' ἂν ἐθέλωμεν. πρῶτα μὲν καὶ μέγιστα, τῶν θεῶν τὰ ἀγάλματα καὶ τὰ οἰκήματα ἐμπεπρησμένα τε καὶ συγκεχωσμένα, τοῖσι ἡμέας ἀναγκαίως ἔχει τιμωρέειν ἐς τὰ μέγιστα μᾶλλον ἢ περ ὁμολογέειν τῷ ταῦτα ἐργασαμένῳ. αὖτις γε, τὸ Ἑλληνικὸν ὅμαιμόν τε καὶ ὁμόγλωσσον, καὶ θεῶν ἱδρύματά τε κοινὰ καὶ θυσίαι, ἤθεά τε ὁμόζυγα. ὧν καὶ προδόντας γενέσθαι Ἀθηναίους οὐκ ἂν εὖ ἔχοι· ἐπίστασθέ τε οὕτω, εἰ μὴ πρότερον ἐτυγχάνετε ἐπισταμένοι. ἔστ' ἂν καὶ εἷς τῶν Ἀθηναίων, μηδαμᾷ ὁμολογήσοντας ἡμέας Ξέρξῃ. ὑμέων μέντοι ἀγαμέθα τὴν προνοίην, τὴν πρὸς ἡμέας ἔοδσαν, ὅτι προείδετε ἡμέων οἰκοφθορημένων οὕτω, ὥστε ἐπιθρέψαι ἐθέλειν ἡμέων τοὺς οἰκέτας. καὶ ὑμῖν μὲν ἡ χάρις ἐκπεπλήρωται· ἡμέες μέντοι λιπαρήσομεν οὕτω ὅκως ἂν ἔχωμεν, Θεδενὶ λυπέοντες ὑμέας. νεῶν δὲ ὡς οὕτω ἐχόντων, ἐπαλινέεσθαι ὡς τάχιστα ἐκπέμπετε. ὡς γὰρ ἡμεῖς εἰκάζομεν, οὐκ ἐκὰς χρόνου πρέσται ὁ βάρβαρος ἐσβαλὼν ἐς τὴν ἡμετέρην· ἀλλ' ἐπειδὰν τάχιστα πύθηται τὴν ἀγγελίην ὅτι Θεδὲν ποιήσομεν τῶν ἐκφνος ἡμέων προσδέεσθαι. πρὶν ὦν πρεῖναι ἐκεῖνον ἐς τὴν Ἀττικήν, ἡμέας καιρός ἐστι βοηθῆσαι ἐς τὴν Βοιωτίην.

quorum ille, nihil penſi habens, & templa & ſimulacra incendit. [1] Tu quoque poſthac cũ iſtiuſmodi oratione ne committas vt Athenis videaris, neve per ſpeciem emolumentorum infanda nos facere ſuadeas. nolumus enim te ingratũ quippiã ab Athenienſibus patī, quibus & hoſpes & amicus es. Hæc Alexandro reſponderunt. nunciis autem Spartiatarum iſta, [2] Lacedæmonios vereri ne fœdus ineamus cum barbaro, ſane humanum eſt: neq; hoc verentes eos turpe eſt veniſſe, quibus mens Athenienſium inexplorata eſſet: quoniam neq; tantum auri vſquam gentium eſt, neq; regio vlla ſpecie & bonitate præſtans, quã nos accipientes, vt cum Medis ſentiremus, ad tradendam ſeruituti Græciã inducerемur. Quod ne faciamus, etſi velimus, multa & magna nos dehortantur: primum atq; idem maximum, quod deorũ ædes effigieſq; incenſæ pariter & obrutæ ſunt, quas nos in primis vltum ire neceſſe eſt potius quam cum iis fœderati qui iſta fecerunt: deinde, quum ſimus Græci eiuſdem & ſanguinis & linguæ, quorum & fana & ſacrificia communia ſunt, & mores adſimiles, eorũ proditores fieri Athenienſes, non bene haberet. [3] Ex quo, ſi antea neſciebatis, nunc ita accipiatis, dum vel vnus Athenienſium ſupererit, nunquam nos cõuenturos eſſe cũm Xerxe. Veſtram autem erga nos prouidentiam, [4] quod conſulatis nobis domo carentibus ita vt domeſticos noſtros alere velitis, gratiam habemus: [5] & licet beneficium veſtrum cumulatũ ſit, nos tamen ita illud tolerabimus vt nihil vobis moleſtiæ adferamus. Quod quum ita ſit, copias primo quoque tempore emittendas curate. nam (vt nos coniectamus) non diu differet barbarus ingredi regionem noſtram: ſed ſimulatque acceperit nuncium nos nihil eorum eſſe facturos quæ orauit, aderit. qui antequam adſit in Attica, tempus eſt nos in Bœotiam auxilio ire.

CXLIV

1 Tu quoque ne poſthac in conſpectum Athenienſium venias orationem huiuſmodi adferens: neque, dum in nos officioſus eſſe videris, *vel, bene de nobis mereri*, ad committenda nefaria nos hortare. 2 Veritos quidem eſſe Lacedæmonios ne cum barbaro fœdus iniremus, humanum fuit: ſed tamen turpe eſſe videtur, vos qui ſciretis qua ſint animi magnitudine præditi Athenienſes, eo metu correptos fuiſſe, quoniam neque tantum, &c. *Vt ſit ſenſus, illum quidem timorem, humanum fuiſſe, id eſt, à diffidentia quadam naturæ hominum ingenita profectum eſſe: non debuiſſe tamen vllum in illis reperire locum illam diffidentiam apud illos qui Athenienſium magnitudinem animi perſpectam haberent. Simplicior tamen eſſet ſenſus, & ad verba iſta qua ſequuntur, accommodatio, εἰ μὴ προτέρων ἐτυγχάνετε ἐπισταμένοι, ſi ἐπίστασθε cum ἐπισταμένοι iungi poſſet, eo modo quo dicitur κακῶς ἐπίστασθαι & κακῶς εἰδέναι, pro ἐν κακῷ εἶναι. Sed & φρόνημα ſimpliciter pro propoſito ſeu mente poſſimus etiam fortaſſe accipere cum Valla.* 3 Atque adeo hoc ſcitote ſi antea neſciuiſtis, 4 Quod ita nobis proſpiciatis quorum euerſæ ſunt fortunæ, vt alere domeſt. noſtros velitis, 5 Ac vos quidem beneuolentiæ officio plene iam defuncti eſtis: nos vero quibus poterimus modis nos ſuſtentare pergemus, nihil vobis faceſſendo negocii. *Negant enim ſe velle vti beneficio illo quod obtulerunt Lacedæmonij, cuius tamen gratiam illis habeant non minus quam ſi vterentur. Ideoque χάρις ἐκπεπλήρωται referendum eſt ad id quod obtulerunt Lacedæmonij, quamuis non præſtiterint. q. d. Iam ecce vobis abunde obſtrinxiſtis, quum hoc beneficium in nos conferre paratos eſſe vos dixiſtis.*

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARVM LIBER nonus, qui inscribitur CALLIOPE.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΕΝΝΑΤΗ, ἐπιγραφομένη ΚΑΛΛΙΟΠΗ.

1 Delegerant autem Spartiatæ Tegeatas qui iuxta ipsos starent, & honoris & virt. 2 Impetrauerant autem à Pausania vt sibi adstarent trecenti Potid. 3 Ducenti Lepræatæ. 4 Reliquorum autem Lacedæmoniorum & Græcorum milites leuiter armati erant trigintaquatuor millia quingenti, vtpote viro vno vnumquemque circumsistente. *Id est, Ita quidem rationem huius numeri ineundo vt reliquos Lacedæmonios & Græcos vnum habuisse virum sibi adstantem singulos dicamus, non septem, vt Spartiatas. Dixit autem ἀνὴρ ἐὼν pro ἑνὶ ἐόντι, vt ἑνὶ ἐόντι ἑπτά. Quod & ipsum Valla potius quam per nominatiuum, vertisse ita debuit,* Vtpote septenis circa singulos Spartiatas collocatis. *vel,* Vtpote septenis vnumquemque Spart. circumsistentibus. 5 Sexaginta nouem millia. *nam inter sex myriades (qua sexaginta millia efficiunt) & ἑκατὸν πάντε (id est, quingenti) interiectum est χιλιάδες, qua Valla fortasse in suo exempl. non habuit.*

qui

qui aderant ad mille & octingentos, qui nec ipsi arma habebant. Et hi quidem Græci ad flumen Asopum castra distributi communierant. ¶ Barbari vero xxx qui cum Mardonio erant, posteaquam Masistium luxerunt, cognito Græcos apud Plataeas esse, & ipsi ad Asopum qui illac fluit, ita sunt eregione à Mardonio collocati: Aduersus quidem Lacedæmonios Persæ, qui quia numero antecedebant, eorum acies quæ multæ erant, vsque ad Tegeatas opponebantur: ita vt quod robustissimum in exercitu erat, id omne contra Lacedæmonios: quod infirmius, id contra Tegeatas esset. Hæc faciebat Mardonius Thebanorum indicio atque admonitu. Iuxta Persas autem idem collocauit Medos, vt ex aduerso essent Corinthiis & Potidæatis & Orchomeniis & Sicyoniis. Post Medos collocauit Bactrios ex aduerso Epidauriorum & Trœzeniorum & Lepræatarum ac Tirynthiorum, Mycenæorumque & Phliasiorum. Secundum Bactrios collocauit Indos ex aduerso Hermionensium & Eretrieorum Styreorumque & Chalcidensium. Post Indos statuit Sacas oppositos Ampraciatis, & Anactoriis, & Leucadiis, & Pallenensibus, & Æginetis. Post Sacas posuit ex aduerso Athenienssium Platæensiumq; ac Megarensium, Bœotos & Locros & Melienses & Thessalos, & [1] mille Phocensium. Non enim Phocenses omnes à partibus Medorum stabant,[2] sed eorum nonnulli cum Græcis sentiebant apud Parnassum deprehensi, & illinc profecti deduxerant comitatique fuerant Mardonii copias pariter & Græcorum qui cum illo erant. Contra Athenienses item posuit Macedonas, Thessaliæque accolas. [3] Hæ nationes xxxi à Mardonio in aciem instructæ erant maxime celebres maximeque insignes, & præcipue mentione dignæ: necnon ceterarum quoque gentium viri memoratu digni, cum aliarum, tum Phrygum, Mysorum, Thracum, Pæonum. Quinetiam Æthiopum [4] & Ægyptiorum qui Hermotybies & Calasiries nominantur, gladio cincti, qui soli sunt ex Ægyptiis pugnaces: à Mardonio, quum adhuc esset in Phalero, è nauibus in quibus epibatæ erant, in terrã translati.

πλῆσθαι γὰρ καὶ Θεσπιέων ἐν τῷ στρατοπέδῳ ⓐ ὠφελεόντες, ἀριθμὸν ἐς ὀκτακοσίους καὶ χιλίους· ὅπλα δὲ εἶχον ὅτι μὴ νιν ἔχοντες ἐπὶ τοὺς Ἀσωπῷ ἐστρατοπεδεύοντο. Οἱ δὲ ἀμφὶ Μαρδόνιον βάρβαροι, ὡς ἀπεκηδεύσαντο Μασίστιον, πυθόμενοι τοὺς Ἕλληνας ἐν Πλαταιῇσι, καὶ αὐλιζομένους ⓦ Ἀσωπὸν ⓦ ταύτῃ ῥέοντα· ἀπικόμενοι δὲ ἀντετάσσοντο ὧδε ἐπὶ τοὺς Μαρδονίου· καὶ μὲν Λακεδαιμονίους ἔστησε Πέρσας. καὶ δὴ, πολλὸν γὰρ ὠφείλεσαν πλήθεϊ Πέρσαι, ὅπου τε τάξις πλεῦνας ἐκεχύμεάτο, καὶ ἐπεῖχον τοὺς Τεγεήτας. ἔταξε δὲ ὅτω· ὅ, τι μὲν ἴσῳ αὐτῷ δυνατώτατον πρὸς ἀπολέξας, ἔστησε αὐλίον Λακεδαιμονίων· ὃ δὲ ἀδυνέστερον παρέταξε καὶ τοὺς Τεγεήτας. ταῦτα δὴ ἐποίεε, φοβεόμενος τε καὶ διδασκόντων Θηβαίων. Περσέων δὲ ἐχομένους ἔταξε Μήδους· ὅτοι δὲ ἐπέσχον Κορινθίους τε καὶ Ποτιδαιήτας, καὶ Ὀρχομενίους τε καὶ Σικυωνίους. Μήδων δὲ ἐχομένους ἔταξε Βακτρίους· ὅτοι δὲ ἐπέσχον Ἐπιδαυρίους τε καὶ Τροιζηνίους, καὶ Λεπρεάτας τε καὶ Τιρυνθίους, καὶ 332 Μυκηναίους τε καὶ Φλιασίους. μετὰ δὲ Βακτρίους, ἔστησε Ἰνδούς· ὅτοι δὲ ἐπέσχον Ἑρμιονέας τε καὶ Ἐρετριέας, καὶ Στυρέας τε καὶ Χαλκιδέας. Ἰνδῶν δὲ ἐχομένους Σάκας ἔταξε· οἳ ἐπέσχον Ἀμπρακιήτας τε καὶ Ἀνακτορίους, καὶ Λευκαδίους, καὶ Παλέας, καὶ Αἰγινήτας. Σακέων δὲ ἐχομένους ἔταξε αὐλὸν Ἀθηναίων τε καὶ Πλαταιέων καὶ Μεγαρέων, Βοιωτούς τε καὶ Λοκρούς, καὶ Μηλιέας, καὶ Θεσσαλούς, καὶ Φωκέων τοὺς χιλίους. οὐ γὰρ ὦν ἅπαντες ⓐ Φωκέες ἐμήδισαν, ἀλλ' οἵδε αὐτέων. καὶ τοὶ Ἑλλήνων ἦσαν, ὡς ⓦ Παρνησὸν κατειλημμένοι. καὶ σφέων ὁρμεώμενοι ἔφευγόν τε καὶ ἦγον τὸν τε Μαρδονίου στρατιὴν καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ ἐόντας Ἑλλήνων. ἔταξε δὲ καὶ Μακεδόνας τε καὶ τοὺς περὶ Θεσσαλίην οἰκεομένους καὶ τοὺς Ἀθηναίους. Ταῦτα μὲν τῶν ἐθνέων τὰ μέγιστα ὀνόματα τῶν ὑπὸ Μαρδονίῳ τεταγμένων, τὰ δὲ ἐπιφανέστατά τε ἦν καὶ λόγου πλείστου. ἐνῆσαν δὲ καὶ ἄλλων ἐθνέων ἄνδρες ἀναμεμιγμένοι, Φρυγῶν τε καὶ Θρηίκων, καὶ Μυσῶν τε καὶ Παιόνων, καὶ τῶν ἄλλων· ἦσαν δὲ, καὶ Αἰθιόπων τε καὶ Αἰγυπτίων, οἵ τε Ἑρμοτύβιες, καὶ ⓐ Καλασίριες, καλεόμενοι μαχαιροφόροι· οἵπερ εἰσὶ Αἰγυπτίων μοῦνοι μάχιμοι. τότε δὲ ἔτι ἐόντες ἐν Φαλήρῳ, ἀπὸ τῶν νεῶν ἀπεβιβάσατο, ἐόντας ἐπιβάτας·

1 Illos mille Ph. 2 Sed partes etiam Græcorum nonnulli ex illis fouebant, qui in loca Parnasso vicina se receperant: è quibus excurrentes Mardonii exercitum & Græcos qui cum eo erant, agebant ac ferebant. 3 Hæc sunt nomina nationum à Mardonio in aciem instructarum, earum quidem quæ quum amplissimæ essent, celeberrimæ erant, maximique fiebant. Sed & ex aliis nationibus aliqui immixti illis erant. Phrygum & Thracum, & Mys. & Pæonum. 4 Et Ægyptiorum Hermotybies & Calasiries; qui vocantur Ensiferi: qui soli ex Ægyptiis sunt ad pugnam apti. hos autem à nauibus quibus vehebantur eduxerat, quum adhuc apud Phalerum esset.

οὐ γὰρ ἐπάξιος ἐσθ᾽ ἐς τὸν πεζὸν τὸν ἅμα Ξέρξῃ ἀπικόμενον ἐς τὰς Ἀθήνας Αἰγύπτιοι. τῶν μὲν δὴ βαρβάρων ἔσθ᾽ τριήκοντα μυριάδες, ὡς καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται· τῶν δὲ Ἑλλήνων τῶν Μαρδονίου συμμάχων οἵδε μὲν οὐδεὶς ἀριθμόν· (οὐ γὰρ ὦν ἠριθμήθησαν) ὡς δὲ ἀπεικάσαι ἔστι, ἐς πέντε μυριάδας συλλεγῶναι εἰκάζω· οὗτοι δὲ ταχθέντες πεζοὶ ἔσθ᾽. ὁ δὲ ἵππος χωρὶς ἐτέτακτο. Ὡς δὲ ἄρα πάντες ἐτετάχατο κατ᾽ ἔθνεα καὶ κατὰ τέλεα, ἐθύοντο τῇ δευτέρῃ ἡμέρῃ ἐθύοντο καὶ ἀμφότεροι. Ἕλλησι μὲν, Τισαμενὸς Ἀντιόχου ἦν ὁ θυόμενος. οὗτος γὰρ δὴ εἵπετο τῷ στρατεύματι τούτῳ μάντις. ἐὼν, ἐόντα Ἠλεῖον, καὶ γένεος τοῦ Ἰαμιδέων Κλυτιάδεω, Λακεδαιμόνιοι ἐποιήσαντο λεωσφέτερον. Τισαμενῷ γὰρ μαντευομένῳ ἐν Δελφοῖσι περὶ γόνου, ἀνεῖλε ἡ Πυθίη, ἀγῶνας οἱ μεγίστους ἀναιρήσεσθαι πέντε. ὁ μὲν δὴ ἀμφὶ τὸν χρηστήριον, προσετίθεε τοῖσι γυμνασίοισι, ὡς ἀναιρησόμενος γυμνικοὺς ἀγῶνας. ἀσκέων δὲ πενταέθλον, ἔδρη ἐν πάλαισμα ἔδρεμε νικᾶν Ὀλυμπιάδα, Ἱερωνύμῳ τῷ Ἀνδρίῳ ἐλθὼν ἐς ἔριν. μαθόντες δὲ Λακεδαιμόνιοι οὐκ ἐς γυμνικοὺς, ἀλλ᾽ ἐς χρηστοὺς ἀγῶνας φέρον τὸ Τισαμενοῦ μαντήιον, μισθῷ ἐπειρῶντο πείσαντες Τισαμενὸν ποιέεσθαι ἅμα Ἡρακλειδέων τοῖσι βασιλεῦσι ἡγεμόνα τῶν πολεμίων. ὁ δὲ, ὁρέων πολλοῦ ποιευμένους Σπαρτιήτας φίλον αὐτὸν προσθέσθαι, μαθὼν τοῦτο, ἀνέλιπε, σημήνων σφι, ὡς ἐπὶ μὲν πολιήτῃσι σφετέροισι ποιήσωνται, τῶν πολλῶν μεταδιδόντες, ποιήσει ταῦτα, ἐπὶ δὲ ᾧ μισθῷ ἦλθε ἀκούσαντες, δεινὰ ἐποιεῦντο τε καὶ μεμέσηντο τῆς ξενομανίης τὸν λόγον. τέλος δὲ, δείματος μεγάλου ὑπιχρεμαμένου τῷ Περσικῷ τούτου στρατεύματι, καταίνεον μελέντες. ὁ δὲ, γνοὺς τετραμμένους σφέας, οὐδὲν ἔφη ἔτι δεῖν ἔτι καὶ ἀδελφεὸν ἑωυτοῦ Ἡγέα γενέσθαι Σπαρτιήτην ὅτι τοῖσι αὐτοῖσι λόγοισι τοῖσι καὶ αὐτὸς γένεται. Ταῦτα δὲ λέγων ἔσπε ἐμιμέετο Μελάμποδα, ὡς εἰκάσαι, βασιλήιόν τε καὶ πολιτήιον ἀπολαύοντα. καὶ γὰρ δὴ καὶ Μελάμπους, τῶν ἐν Ἀργείῃ γυναικῶν μανεισέων, ὡς μιν οἱ Ἀργεῖοι ἐμισθοῦντο ἐκ Πύλου παῦσαι τὰς σφετέρας γυναῖκας τῆς νούσου, μισθὸν προσετείνετο τῆς βασιληίης τὸ ἥμισυ. οὐκ ἀναχωρεόντων δὲ τῶν Ἀργείων, ἀλλ᾽ ἀπειόντων, ὡς ἐμαίνοντο πολλῷ πλείονες τῶν γυναικῶν, ἔτι δὴ τοσαῦτα καὶ ὁ Μελάμπους προσετείνετο, ἢν σφι δώσοντες οἱ ταῦτα.

προσετίθετο

ἐμαίνοντο πλείους

non enim cum pedestribus copiis, quæ cum Xerxe Athenas icrant, Ægyptii censi fuerant. Barbarorum igitur (vt etiam superius ostensum est) triginta myriades fuere: Græcorum vero Mardonii auxiliariorum, nemo numerum (neque enim numerati fuerant) nouit. Vt autem coniectura colligi licet, ad quinque myriades fuisse coniecto. Tot ex aduerso instructi fuere pedites: equitatus vero seorsum erat collocatus. Ita dispositi nationatim manipulatimque, vtrique postero die sacrificauerunt. Apud Græcos haruspex erat Tisamenus Antiochi filius. is enim hunc exercitum vates comitabatur, Eleus quidem & ex genere Iamideorũ Clytiades, sed à Lacedæmoniis ciuitate donatus. Nam cõsultanti vaticinium apud Delphos de prole respondit Pythia quinque ipsum maximas palmas è certaminibus reportaturum. oraculo non intellecto Tisamenus gymnasiis operam dabat, tanquã gymnicas victorias adepturus, quumq; se exerceret in quinque certaminibus, in vno, dum currit Olympia, venit in contentionem victoriæ cum Hieronymo Andrio. Lacedæmonii autem interpretantes non ad gymnica certamina spectare Tisameni oraculum, sed ad bellica, conabantur eum mercede conducere vt vna cum Heraclidis bellorũ dux regibus foret. Hic animaduertens Spartiatas plurimi facere ipsius amicitiam, abnuebat: quod negaret se alio pretio id facturum quam si Spartiatam se ciuem facerent, omnia iura ciuitatis impertientes. Id Spartiatæ quum audissent, ab initio ferentes indigne, oraculũ missum omnino fecerunt: tandem imminente hoc ingenti Persici exercitus metu, annuebant, impertireque homini volebant. Eos iste immutatos intelligens, negare iam se eo solo esse contentum: sed oportere fratrem suum Hegiã etiam fieri Spartiatam eadem condicione qua & ipse fieret. Hoc autem dicens imitabatur (vt coniectare licet) Melampodem, regnum pariter & ciuitatem deposcens. Etenim Melampus quum ab Argiuis mercede conduceretur è Pylo ad compescẽdum morbum furoris mulierum Argiuarum, deposcebat pro mercede dimidium regni. recusantibus id Argiuis atq; digressis, quũ plures è mulieribus insanirẽt, ita obtemperãtes, quod Melãpus poposcerat daturi reuerterũt.

XXXII

XXXIII

Ibi ille

Ibi ille cernens hos esse immutatos, plura optauit, negans se indulturum quæ vellent, nisi & fratri suo Bianti tertiam partem regni donassent. Argiui in arctum redacti hoc quoque annuerunt.

XXXIV Ita Spartiatæ Tisameno, quo maiorem in modum egebant, prorsus assenserunt: & concessu istorum Tisamenus Eleus Spartiata effectus quinque maxima certamina ex oraculo illis obtinuit. Hi duo ex omnibus hominibus soli sunt à Spartiatis ciuitate donati. Quinque autem certamina hæc fuere: Vnum & id primum hoc quod pugnatũ est ad Platæas: alterum, quod in Tegea cum Tegeatis atq; Argiuis: tertium, quod in Dipæensibus cũ vniuersis Arcadibus præter Mantineos: quartum, quod cum Messeniis ad Isthmum: vltimum, quod in Tanagra cum Atheniensibus & Argiuis. Hoc autem vltimũ peractum fuit quinque certaminum.

XXXV Tisamenus igitur Spartiatarum tunc ductor vaticinatus est Græcis in agro Platæensi: & apud Græcos quidem pulchre litatum est, si se defenderent, non si Asopum transgressi pugnam cape-

XXXVI sserent. Mardonio autem capessendæ pugnæ auido nõ extitere pulchra exta, nisi & ipse sese defenderet. nam is quoque Græcis sacrificiis vtebatur, haruspicem habens Hegesistratum virum Eleum, & Telliadeorum præstantissimũ. Hunc ante ea tempora Spartiatæ quum cepissent, in vincula coniecerant morte affecturi, vt à quo multa intoleranda perpessi fuissent. Ille in hac calamitate positus, vtpote pro anima solicitus, & qui ante mortem multa ac tristia foret passurus, rem perpetrauit fide maiorẽ. nam vt erat ligneis atque ferratis [1] soleis vinctus, ferro quod illatum fuit potitus, confestim excogitauit opus omniũ quæ nos nouimus animosissimum. [2] Commentus enim qua ratione reliquum pedis educeretur, præcidit sibi dimidium pedem. hoc acto, quamuis ab excubitoribus obseruaretur, tamẽ subruto muro profugit Tegeam versus, noctu iter faciens, interdiu syluis se abdens atque immorans, vt trinoctio Tegeam peruenerit: Lacedæmoniis eum passim perscrutantibus, admirantibusq; magnopere hominis audaciam, cuius dimidiatum pedem iacentem cernerent, ipsum inuenire non possent. Ita Hegesistratus

ὁ δὲ ἐνθαῦτα δὴ ἐπορέγετο, ὀρέων αὐλεῦ τεπ ἀμ- χ. ἐπορέγ-
μβύους, φαί, ἐὼν μὴ καὶ τῷ ἀδελφεῷ Βίαντι μετα- 333
δῶσι δ' τριτημόριον τῆς βασιληίης, οὐ ποιήσειν τὰ
βούλονται. ⓐ δὲ Ἀργεῖοι, ἀπειλημμένοι ἐς τει-
νόν, καταινέουσι καὶ ταῦτα. Ὡς δὲ καὶ Σπαρ-
ῆται, ἐδέοντο γὰρ δεινῶς τὸ Τισαμβρου, πρώτως
συνεχώρεον ⓐ, συγχωρησάντων δὲ καὶ ταῦτα
τῶν Σπαρτιητέων, οὕτω δὴ πέντε σφι μαντευό-
μβρος ἀγῶνας τοὺς μεγίστους Τισαμβρος ὁ Ἠλεῖος,
ηλόμβρος Σπαρτιήτης, συγκαταρέει. μοιῶοι δὲ
δὴ πρώτων ἀνθεφτων ἐλῶντο οὗτοι Σπαρτιή-
τησι πολιῆται. ⓐ δὲ πέντε ἀγῶνες, οἵδε ἐλῶντο· ἐς
μὲν καὶ πρῶτος, ἐστὶ ὁ ἐν Πλαταιῆσι· ἔπει ἦ, ὁ ἐν
Τεγέῃ πρὸς Τεγεήτας καὶ Ἀργείους ηλόμβρος· μετ'
δὲ, ὁ ἐν Διπαμβοισι πρὸς Ἀρκάδας πάντας, πλεὼν κ. πάντων
Μαντινέων· ἔπει ἦ, Μεσσηνίων ὁ πρὸς τῷ Ἰσθμῷ·
ὕσατος ἦ, ὁ ἐν Τανάγρῃ πρὸς Ἀθηναίους τε καὶ
Ἀργείους ηλόμβρος. ἐστὶ ἦ ὕσατος κατεργάσθη
τῶν πέντε ἀγώνων. Οὗτος δὴ τότε τοῖσι Ἕλλη-
σι ὁ Τισαμβρος, ἀγόντων τῶν Σπαρτιητέων, ἐμαν-
τεύετο ἐν Πλαταιῇσι. Τοῖσι μὲν νυν Ἕλλησι καλὰ
ἐγίνετο τὰ ἱρὰ ἀμυνομβνοισι· διαβᾶσι ἦ ⓦ Ἀσω-
πὸν, καὶ μάχης ἄρξεσι, οὔ. Μαρδονίῳ ἦ πρὸς τα- τὰ ὑποθύσα
ῦτα μενομβνῳ μάχης ἄρχειν, οὐκ ἐπιτήδεα ἐγίνετο τὰ
ἱρά· ἀμυνομβνῳ ἦ καὶ τότε, καλά. καὶ γὰρ ἔστι
Ἕλλωσι ἱροῖσι ἐχρέετο, μάλα ἔχων Ἡγησί-
στρατον, ἄνδρα Ἠλεῖον τε καὶ τῶν Τελλιαδέων ἐόν-
τα λογιμώτατον. ⓦ δὴ πρότερον τούτων Σπαρ-
τιήτας λαβόντες, ἔδησαν ἔπει θανάτῳ, ὡς πεπονθό-
τες πολλά τε καὶ ἀνάρσια πρὸ αὐτοῦ. ὁ ἦ, τούτῳ
τῷ κακῷ ἐχόμβνος, ὥστε πρόχειρον πρὸς τῆς ψυχῆς,
πρός τε τὸ θανάτου πησόμβνος πολλά τε καὶ λυ-
γρὰ, ἔργον ἐργάζατο μέζον λόγου. ὡς γὰρ δὴ ἐ-
δέδεο ἐν ξυμῷ σιδηρεδέτῳ, ἐσενειχθέντος κως σι-
δηρέου ἐκράτησε. αὐλίκα ἦ ἐμηχανήσατο ἀνδρει-
ότατον ἔργον πάντων τῶν ἡμεῖς ἴδμβν. καθμησά-
μβνος γὰρ ὅκως ἐξελεύσεται ⓐ τὸ λοιπὸν τοῦ ποδὸς,
ἀπέταμε ⓦ τὸ ἐπὶ σὸν ἑωυτοῦ. Ταῦτα δὲ ποιήσας,
ὡς φυλακόμβνος ὑπὸ φυλάκων, διορύξας τ' τεῖ-
χον, ἀπέδρη ἐς Τεγέην, τὰς μὲν νύκτας πορβυόμε-
νος, τὰς δὲ ἡμέρας καταδυόμενος ἐς ὕλην, καὶ αὐλι-
ζόμβνος οὕτω, ὥστε Λακεδαιμονίων πανδημεὶ
διζημβνων, τρίτῃ ὑφορῶν ηλέαται ἐν Τεγέῃ. τοῦ
δὲ ἐν θωύματι μεγάλῳ ἐχέσθαι τῆς τε τέλμης, κ. πολλῇ κλίσθαι
ὀρέοντας τὸ ἡμίτομον τοῦ ποδὸς τοῦ κείμβνον, καὶ
κἀκεῖνον οὐ δυναμβνους βρεῖν. Τότε μὲν οὕτω

1 *Sunt qui cataſtam interpretentur.* 2 Pedis enim extremam partem reſecuit, quum prius ad reliquam educendam dimenſus ſpatium eſſet.

ἀφ' Φυγὼν Λακεδαιμονίους, καταφεύγει ἐς Τεγέ-
ην, ἐὼν σὺν ἀρθμίῃ Λακεδαιμονίοισι τῶν τὸν Ⓝ
χεῦνον. ὑγιὴς δὲ γενόμενος, καὶ περιποιησάμενος
ξύλινον πόδα, κατεστήκεε ἐκ τῆς ἰθείης Λακεδαι-
μονίοισι πολεμίος. οὐ μὴν τοί γε τέλος Ⓐ σωτὴ-
εικε ὁ ἔνδος ὁ ἐς Λακεδαιμονίους συγκεκυρημένον.
ἅλω γὰρ μαντευόμενος ἐν Ζακύνθῳ ὑπ' αὐ-
τῶν, καὶ ἀπέθανε. Ὁ μὲν τοι θάνατος ὁ Ἡγησι-
στράτου, ὕστερον ἐγένετο τοῦ Πλαταιικοῦ· τότε δ'
ὅτι τοῦ Ἀρταπῶ τοῦ Μαρδονίῳ μεμισθωμένος
οὐκ ὀλίγου, ἐθύετό τε καὶ προεθυμέετο κατ' ὁ ἔνδος
ὁ Λακεδαιμονίων, καὶ κατ' ὁ κέρδος. ὡς δὲ οὐκ ἐκαλ-
λιέρεε ὥστε μάχεσθαι, οὔτε αὐτοῖσι Πέρσῃσι, οὔτε
τοῖσι μετ' ἐκείνων ἐοῦσι Ἑλλήνων, (ἦν γὰρ καὶ ἔν-
τοι ἑωυτοῦ μισθὸν Ἱππόμαχον, Λευκάδιον ἄν-
δρα) διαῤῥεόντων δὲ τοῦ Ἑλλήνων, καὶ γινομένων
πλεόνων, Τιμογενίδης ὁ Ἕρπυος, ἀνὴρ Θηβαῖος,
συνεβούλευσε Μαρδονίῳ τὰς ἐφόλας τῶν Κιθαι-
ρωνος φυλάξαι· λέγων ὡς διαῤῥέοιεν Ⓐ Ἕλληνες
ἀεὶ κατὰ πᾶσαν ἡμέρην, καὶ ὡς ἁρπαλέμοισι συχνοί.
Ἡμέραι δὲ σφι ἀπὸ καταστήσιος ἤδη ἐγεγένεσαν ὀ-
κτώ, ὅτε ταῦτα ἐκεῖνος συνεβούλευε Μαρδονίῳ.
ὁ δ', μαθὼν τὴν παραίνεσιν οὐκ ἔχουσαν, ὡς ὠφελίην ἐ-
σομένην, πέμπει τὸν ἵππον ἐς τὰς ἐφόλας τὰς Κιθαι-
ρωνίδας, αἳ ὅτι Πλαταιέων φέρουσι· τὰς Βοιωτοὶ
μὲν, τρεῖς κεφαλὰς καλέουσι, Ἀθηναῖοι δὲ, δρυὸς
κεφαλάς· περιφθέντες δὲ Ⓐ ἱππόται, οὐ μάτην
ἀπίκοντο. ἐξαλλόμενα γὰρ ἐς τὸ πεδίον, λαμβά-
νουσι ὑποζύγιά τε πεντακόσια, σίτια ἄγοντα ἀπὸ
Πελοποννήσου ἐς τὸ στρατόπεδον, καὶ ἀνθρώπους, οἳ
334 ἔπονto τοῖσι ζεύγεσι. ἑλόντες δὲ τούτῳ τῷ ἄ-
γρῳ Ⓐ Πέρσαι, ἀφειδέως ἐφόνευον, φειδόμενοι οὔ-
τε ὑποζυγίου οὐδενός, οὔτε ἀνθρώπου. ὡς δὲ ἄ-
λλων ἦν κτείνοντες, τὰ λοιπὰ αὐτέων ἤλαυνον πε-
ριβαλλόμενοι πρός τε Μαρδόνιον καὶ ἐς τὸ στρα-
τόπεδον. Μετὰ δὲ τοῦτο τὸ ἔργον, ἑτέρας δύο ἡμέ-
ρας διέτριψαν, οὐδέτεροι βουλόμενοι μάχης ἄρ-
ξαι. μέχρι μὲν γὰρ τοῦ Ἀσωποῦ ἐπίστευον Ⓐ βάρ-
βαροι, τρωθῆναι τοὺς Ἑλλήνων, διέβαινον δὲ οὐδέ-
τεροι. ἡμέρην δὲ ἵππος ἡ Μαρδονίου ἀεὶ προσέκειτό τε
καὶ ἐλύπεε τοὺς Ἕλληνας. Ⓐ γὰρ Θηβαῖοι, ἅτε μη-
δίζοντες μεγάλως, προθύμως ἔφερον Ⓝ πόλεμον,
καὶ ἀεὶ κατηγέοντο μέχρι μάχης. τὸ δὲ ἀπὸ τούτου
ἤδη δεκόμενοι Πέρσαι τε καὶ Μῆδοι, μάλα ἔσχον οἱ
ἀπεδείκνυντο ἀρετάς. Μέχρι μὲν νυν τοῦ δέκα
ἡμερέων

Lacedæmoniis elapsus, in Tegeam, quæ per id tempus non erat pacata Lacedæmoniis, transfugit. Sanato vulnere & ligneo pede ascito, ex professo Lacedæmoniis hostis extitit. Sed non ad postremum ei protractum in Lacedæmonios odium profuit. nam in Zacyntho quum vaticinaretur, ab his captus atque interemptus est. Verum hic Hegesistrati interitus posterior rebus Platęensibus fuit. Tunc autem is à Mardonio non exigua summa conductus, cupide sacrificabat, cum in Lacedęmonios odio, tum lucri gratia. Quum igitur exta non essent pulchra ad pugnam committendam neque ipsis Persis, neque Græcis qui cum illis erant, (habebant enim & Græci suum haruspicem quendã Leucadium Hippomachum) [1] quumque dilaberentur multi Græci, suasit Mardonio Timogenides Herpyis filius vir Thebanus vt exitus Cithæronis custodiendos curaret, quod diceret [2] assidue Græcos ad hostem quotidie transire, seque complures deprehendisse. Iam autem dies octo abierant positis etegione castris, quum iste Mardonio hoc consilium dedit. Mardonius, admoneri se probe intelligens, primis tenebris equitatum mittit ad ingressus Cithæronis qui Platæas ferunt: quæ Bœotii Tria capita, Atheniẽses Capita quercus appellant. Equites missi non frustra peruenere. nacti enim ingredientia campum quingenta iumenta quæ commeatum è Peloponneso ad exercitum subuehebant, diripiunt: & eos qui iumenta sequebantur, immisericorditer trucidant, neque iumentis neque hominibus parcentes. In quibus occidendis posteaquam satis sunt grassati, cum ceteris quæ eripuerant, ad Mardonium sunt & ad exercitum reuersi. Post hanc rem gestã biduum absumptum est, neutris pugnã lacessere volentibus. nam etsi Asopo tenus barbari processerant irritandi Græcos gratia, neutri tamen sibi transeundum statuebant. equitatus modo Mardonii progrediebatur, & Græcos molestia afficiebat: quia Thebani, vtpote in amorem Medorum vehementer propensi, ferebant alacriter bellum, & assidue prouehebantur vsque ad prœlium: deinde excipentes Persæ pariter ac Medi præcipue præclara facinora edebant. His amplius ad decem vsque

XXXVII

XXXVIII

XXXIX

XL

1 Quumque subingrederentur Græci, & eorum numerus cresceret, eos interciperet. Iam autem d.

2 Subingredi quotidie Græcos, & fore vt ipse mul-

dies

dies nihil est actum. [1] at vbi vndecimus dies illuxit, quum & Græci multo plures efficerentur, ad Platæas castris eregione positis, & Mardonius stationem grauaretur, ibi venere in colloquium Mardonius Gobryæ & Artabazus Pharnacis filius, vir apud Xerxem inter paucos Persarum virtutis expertæ. quorum consultantium hæ fuere sententiæ: Artabazi quidem, expedire esse contractis quamprimum copiis ire ad mœnia Thebana, quo multum rei frumentariæ ipsis multumque pabuli iumentis compararent: atque ibi considentes per ocium rem conficerent, videlicet quum multum auri tum signati tum non signati haberent, multum etiam argenti ac poculorum, ne parcerent illis, sed ea ad Græcos mitterent, eos præcipue qui ciuitatibus præsiderent. fore enim vt illi suam traderent libertatem: neque oportere pugnandi adire discrimen. Eadem autem Thebanorum quæ istius sententia erat, tanquam aliquid vltra hoc prospicientis. Mardonii autem sententia ferocior pertinaciorque, & nullo modo cedens: quippe opinantis meliorem suũ esse quam Græcorum exercitum, & satius primo quoque tempore confligere, quam committere vt plures quam coacti erant Græci cogerentur: Hegesistrati vero auspicia valere sinere, nec eisvim afferre: quinimo Persarum more seruato debere confligere. Mardonio ita opus facto esse censenti nemo contradicebat. qui, vbi sententia sua vicit, accitis cohortium præfectis & qui secum erant ducibus Græcorum (penes eum nanque erat summa imperii, non penes Artabazum) percontabatur num aliquod oraculum scirent de Persis tanquam perituris in Græcia. Silentibus cuocatis, partim quod ignorarent oracula, partim quod haud tutum putarent proferre quod scirent, inquit ipse Mardonius, Quoniam vos aut nihil nostis, aut promere non audetis, ego rem proferam, vtpote bene cognitam habẽs. Est oraculũ, Persis fatale esse vt in Græciam profecti diripiant templum quod Delphis est, vtq; direpto templo omnes intereant. Quocirca, quum hoc sciamus, neque diripere conabimur, neque adibimus templum, ob hanc caussam interitum deuitaturi. quo nomine quicunque vestrûm bene Persis volunt,

LXI

ἡμερέων οὐδὲν ὅτι πλεῶ ἐγίνετο τουτέων· ὡς ἐνδεκάτη ἐγεγόνεε ἡμέρη αὐτὴ τημῦσι ἀλλήλοισι ἐν Πλαταιῇσι, οἵ τε δὴ Ἕλληνες πολλῷ πλεῶνες ἐγεγένεσαν, καὶ Μαρδόνιος προεμέκτεε τὴν ἕδρη, σὺν ταῦτα ἐς λόγους ἦλθον Μαρδόνιός τε ὁ Γωβρύεω καὶ Ἀρτάβαζος ὁ Φαρνάκεος, ὃς ἐν ὀλίγῃσι Περσέων ἦν ἀνὴρ δόκιμος παρὰ Ξέρξῃ. βουλευομένων δὲ αὐτέων ἔσαν αἱ γνῶμαι· ἡ μὲν Ἀρταβάζου, ὡς χρεὼν εἴη ἀναζυξαντας τὴν ταχίστην πόρτα (W) ϛρατὸν, ἱέναι ἐς τεῖχος τὸ Θηβαίων, ἔνθα σῖτόν τε σφι ἐστὶ ἐνειλιξεῖχθαι πολλὸν, καὶ χόρτον τοῖσι ὑποζυγίοισι. κατ' ἡσυχίην τε ἵζομένους πρήσσεσθαι ποιεῦντας τάδε. ἔχειν γὰρ χρυσὸν πολλὸν μὲν ἀδίσημον, πολλὸν δὲ καὶ ἄσημον· πολλὸν δὲ καὶ ἀργυρόν τε καὶ σκεύεα· τούτεων φειδομένους μηδενὸς, πρόπεμπειν ἐς τοὺς Ἕλληνας, Ἑλλήνων δὲ μάλιϛα ἐς τοὺς προεστεῶτας ἑκάϛους τῶν πόλιος· καὶ ταχέως σφέας προδώσειν τὴν ἐλευθερίην, μηδὲ ἀναγκαίην δώσειν συμβάλλοντας. τούτου μὲν νῦν ἡ αὐτὴ ἐγίνετο καὶ Θηβαίων γνώμη, ὡς προεστεῶτος πλεῶνος καὶ τούτου· Μαρδονίου δὲ, ἰσχυροτέρη τε καὶ ἀγνωμονεϛέρη, καὶ οὐδαμῶς συγγινωσκομένη. δοκέειν τε γὰρ πολλῷ κρέσσονα εἶναι τὴν σφετέρην ϛρατιὴν τῆς Ἑλληνικῆς, συμβάλλειν τε τὴν ταχίϛην, μηδὲ προορᾶν συλλεγομένους ἐπὶ πλοῦνας γίνεσθαι τῶν συλλεγομένων. τά τε σφάγια τὰ Ἡγησιϛράτου ἐᾶν χαίρειν, μηδὲ βιάζεσθαι, ἀλλὰ νόμῳ τῷ Περσέων χρεωμένους συμβάλλειν. Τούτου γὰρ οὕτω δικαιεώτος, ἀντέλεγε οὐδείς. ὥϛε τε ἐκρατέετο τῇ γνώμῃ· ὁ γὰρ κρατος εἶχε τὸ ϛρατηγῆς ἐστὶ οὐ βασιλῆος, ἀλλ' οὐκ Ἀρτάβαζος. μεταπεμψάμενος οὖν τοὺς ταξιάρχους τῶν τελέων, καὶ τῶν μετ' ἑωυτὸν ἐόντων Ἑλλήνων τοὺς ϛρατηγοὺς, ἤρωτα εἴ τι εἰδεῖεν λόγιον περὶ Περσέων, ὡς ἀμφ- χ. διαφθαρέονται ἐν τῇ Ἑλλάδι. σιγώντων δὲ τῶν ἐπικλήτων, τῶν μὲν οὐκ εἰδότων τοὺς χρησμοὺς, τῶν δὲ, εἰδότων μὲν, οὐκ ἀδείην δ' οὐ ποιεύμενον τὸ λέγειν, αὖθις Μαρδόνιος ἔλεγε, Ἐπεὶ τοίνυν ὑμεῖς γε οὔτε τοῦτο εἰδέναι, οὔτε οὐ τολμᾶτε λέγειν, ἀλλ' ἐγὼ ἐρέω ὡς οὐ πιϛεύομαι. ἔ- " σι " λόγιον ὡς χρεὼν ἐϛὶ Πέρσας ἀπικομένους ἐς τὴν Ἑλλάδα, ἁρπάσαντας τὸ ἱερὸν τὸ ἐν Δελφοῖσι, μετὰ δὲ τὴν ἁρπαγὴν, ἀπολέσθαι πάντας. ἡμεῖς τοίνυν αὖθι τῶν ἀπικόμενοι " οὐτοί τε ἰόντες ἐπὶ τὸ ἱερὸν τοῦτο, οὔτε ἐπιχειρήσομεν ἁρπάζειν. ταύτης τε εἵνεκα τῆς αἰτίης οὐκ ἀπολεόμεθα. ὥϛε ὑμέων ὅσοι τυγχάνουσι βύνοοι ἐόντες Πέρσῃσι,

[1] Quum autem iam vndecimus ageretur dies ex quo castra castris opposuerant, & valde auctus fuisset Græcorum numerus, necnon Mardonius stationem illam grauate ferret, ibi venire in colloq.

ἥδεαζε τῶδε εἵνεκα, ὡς πρεσβυτέρους ἡμέας Ἑλλήνων. ταῦτα σφι εἶπας, δεύτερα ἐσήμηνε πρηγορτέεσθαί τε πρήγματα, καὶ θυσίας ποιέεσθαι, ὡς ἅμα ἡμέρῃ τῇ ὑστεραίῃ συμβολῆς ἐσομένης. Τοῦτον δὲ ἐγὼ τε ⓦ χρησμὸν ⓦ Μαρδόνιος εἶπε ἐς Πέρσας ἔχειν, ἐς Ἰλλυριούς τε καὶ ⓦ Ἐγχελέων στρατὸν οἶδα πεποιημένον, ἀλλ' οὐκ ἐς Πέρσας. δηλοῖ δὲ μοὶ Βακὶς ὅτι ἐς ταύτην τὴν μάχην πεποιημένα,

Τὼ δ' ὅτι Θερμώδοντι καὶ Ἀσωπῷ λεχεποίη
Ἑλλάων σιῶδον, καὶ βαρβαρόφωνον ἰυγμόν,
Τῇ πολλοὶ πεσέονται, ὑπὸ λαχέσιν τε μόρου τε,
Τοξοφόρων Μήδων ὅτε μιν αἶσιμον ἦμαρ ἐπέλθῃ.

ταῦτα μὲν καὶ πολλὰ πλησία τούτοισι δηλα Μουσαίῳ ἐχρησε οἶδα ἐς Πέρσας. ὁ δὲ Θερμώδων ποταμὸς ῥέει μεταξὺ Τανάγρης τε καὶ Γλίσαντος. Μετὰ δὲ τὴν ἐπειρώτησιν τῷ χρησμῷ, καὶ πολλαίνεσιν τοῦ ἐκ Μαρδονίου, νύξ τε ἐγένετο, καὶ ἐς φυλακὰς ἐτάσσοντο. ὡς δὲ πρὸς τῆς νυκτὸς προσελήλαθε, καὶ κου χὴ ἐδόκιε εἶναι ἀνὰ τὰ στρατόπεδα, καὶ μάλιστα ⓐ ἀνθρωποι εἶναι ἐν ὕπνῳ, τότε καὶ πρὸς ἐλάσας ἵππῳ πρὸς τὰς φυλακὰς τῶν Ἀθηναίων Ἀλέξανδρος ὁ Ἀμύντεω, στρατηγός τε ἐὼν, καὶ βασιλεὺς Μακεδόνων, ἐδίζητο τοῖσι στρατηγοῖσι ἐς λόγους ἐλθεῖν. τῶν δὲ φυλάκων ⓐ μὲν πλεῦνες παρέμενον, ⓐ δὲ ἕτερον ὅτι τοῦ στρατηγοῦ. ἐλθόντες δὲ ἔλεγον ὡς ἀνθρωπος ἥκει ἐπ' ἵππου ἐκ τῆς στρατοπέδου τῆς Μήδων· ὃς δηλο μὲν οὐδὲν πρόσχημοι ἔπος, στρατηγοὺς δὲ ὀνομάζων, ἐθέλειν φησὶ ἐς λόγους ἐλθεῖν. Οἱ δὲ ἐπεὶ ταῦτα ἤκουσαν, αὐτίκα ἔσπευδε ἐς τὰς φυλακάς. ἀπικομένοισι δὲ ἔλεγε Ἀλέξανδρος τάδε, Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πρόθυμίη ὑμῖν τε ἔστι τάδε λέγειν, ἀπόῤῥητα ποιεύμενος πρὸς μηδένα λέγειν ὑμέας ἢ Παυσανίην, μή με διαφθείρητε. τόδε γὰρ αὖ ἔλεγον, εἰ μὴ μεγάλως ἐκηδόμην σωτηρίης τῆς Ἑλλάδος. αὐτός τε γὰρ Ἕλλην γένος εἰμὶ τὸ ἀρχαῖον, καὶ αὖτ' ἐλευθερίης δεδουλωμένῃ οὐκ ἂν ἐθέλοιμι ὁρᾶν τὴν Ἑλλάδα. λέγω δὴ ὦν ὅτι Μαρδονίῳ τε καὶ τῇ στρατιῇ τὰ σφάγια οὐ δυνατά καταθύμια γενέσθαι· πάλαι γὰρ ἂν ἐμάχεσθε· νῦν δὲ ⓐ δέδοκται, τὰ μὲν σφάγια ἐᾶν χαίρειν, ἀρὶ ἡμέρῃ δὴ διαφανησούσῃ συμβολὴν ποιέεσθαι. καταῤῥώδηκε γὰρ μὴ πλεῦνες σωζήσητε, ὡς ἐγὼ εἰκάζω. πρὸς ταῦτα ἑτοιμάζεσθε. ἐμὲ δὲ ἀφικόμενον τὴν συμβολὴν Μαρδόνιος, καὶ μὴ ποιῆται, λιπαρέετε

voluptatem capiant, tanquam Persis Græcos superaturis. Hæc loquutus, secundo loco signum dedit vt omnia apparent,[1] & corpora curarent, veluti sub lucis exortu prœlio futuro. Oraculum XLII autem, quod ad Persas aiebat spectare Mardonius, id ego scio non Persis redditum esse, sed Illyriis & Encheleorum copiis. Quod autem de hoc prœlio redditum est à Bacide, id vero hoc fuisse,

Gramineis ripis Asopi ac Thermodontis
Barbaricæ Graiis acies clamore coibunt.
Hic multi occumbent defuncti munere vitæ,
Quando sagittiferis aderit lux vltima Medis.

Hæc ego atque alia his similia è Musæo noui ad Persas spectauisse. Fluuius autem Thermodon Tanagram ac Glisantem interfluit. ¶ Insequenti nocte quàm XLIII Mardonius de oraculis interrogauit, exhortatusque suos est, excubitores dispositi fuere. Eius noctis quum multum processisset, conticiniumque in exercitu esset & tempus concubium, tunc Alexander Amyntæ filius, dux & idem rex Macedonum, ad excubias Atheniensium adequitauit, efflagitauitque suos vt cum ducibus colloqueretur. Id audientes excubitores, pleriique remanserunt, nonnulli ad duces concurrerunt: quibus aditis inquiunt quendam equo aduectum esse è castris Medorum: qui nihil aliud proloqueretur, nisi nominatim appellans Athenienſium duces, velle se in colloquium illorum venire. Duces, hoc audito, confestim ad locum excubiarum sequuti sunt. quos Alexander vbi venere, his verbis alloquutus est, Viri Athenienses, hæc ego vobis verba, pro deposito trado, necui efferatis nisi Pausaniæ: ne ob id me perditum eatis. Quod haudquaquam dicerem nisi de vniuersa Græcia solicitus essem: quippe qui vetusta origine Græcus sum, nec vellem videre Græciam[2] pro libera seruientem. Itaq; vos certiores facio, Mardonium atq; exercitum litare non posse, alioqui olim iam conflicturum fuisse. Is nunc sacrificia valere sinere constituit, & vbi primum illuxerit, vobiscum cõfligere: extimescens admodum (quantum ego coniicio) ne plures ad copias vestras accedant. Ad hæc vos parati estote. Quod si differet Mardonius, nec committet certamen, vos perseuerate

1 Appararent, & singula ordine disponerent. 2 Ex libera factam seruam. *vel, in seruitutem redactam.*

hic ma-

hîc manere: ad paucos enim dies eis suppeditat commeatus. Quod si hoc bellum vobis ex sententia finietur, debebit aliquis vestrûm reminisci mei meæque liberationis, qui Græcorum causſa rem adeo [1] temerariam, libenter tamen feci, vt ad vos cõsilium Mardonij deferrem: ne barbari ex improuiso vos adorirentur. Ego autem sum Alexãder Macedo. Hæc loquutus Alexander, ad exercitum se recepit ad suamque stationem.

XLV Duces Atheniẽsium ad cornu dextrum profecti, quæ ab Alexandro audierant Pausaniæ retulere. Hac ratione Pausanias in metum Persarum adductus, Quoniam, inquit, sub auroram prælium fiet, [2] expedit vos Athenienses stare in acie aduersus Persas vobis cognitos, vt qui cum Medis in Marathone pugnaueritis: nos vero qui eorum sumus inexperti atque ignari, (nemo enim Spartiata Medorum periculum fecit) contra vobis oppositos Bœotos & Thessalos: quorum sumus experti, horum Græcorum gratia. Itaque opus est sumptis armis vos in hoc dextrum, nos in sinistrum cornu transire. Ad hæc ita respondere Athenienses, Nobis quoque olim iam inde ab initio, posteaquam aspeximus Persas aduersus nos esse instructos, fuit in animo istud dicere quod vos dicere occupastis: sed verebamur ne non grata esset vobis oratio. nunc quandoquidem ipsi fecistis huius rei mentionem, & nobis iucunda oratio est & parati sumus i-

XLVI stud exequi. Vbi hoc vtrisque complacitum est, & loca permutauerunt, sub auroram rem aduertentes Bœoti, ad Mardonium detulerunt. Ea audita Mardonius extemplo & ipse conatus est Persas contra Lacedæmonios transferre. Pausanias autem hoc fieri intelligens, nec latere factum suum, rursus in dex-

XLVII trum cornu Spartiatas reducit. At vbi Mardonius & ipse suos in sinistrum reduxit, & acies pristino in loco stetere, misso caduceatore ad Spartiatas ita inquit, Lacedæmonii, vos vero fama fert omnium qui istic sunt esse præstantissimos, qui neque è bello fugiatis, neque ordines deseratis, sed perstantes aut interficiatis hostes, aut ipsi occũbatis. Horum nihil admodum veri est. quippe antequam manus conserantur, vos cernimus fugientes, aciemque deserentes, & relegato Athenienſibus periculo, consistentes ex aduerso nostrorum seruorum:

μάζοντες. ὀλίγων γὰρ σφι ἡμερέων λείπεται πρίν. ἴωμεν ὅπως ὑμῖν ὁ πόλεμος ὅδε κατὰ νόον τελευτήσῃ, μνησθῆναί τινα χρὴ καὶ ἐμεῦ ἐλευθερώσιος πέρι, ὃς Ἑλλήνων εἵνεκα τοῦτο τὸ ἔργον προβάλλομαι ὑπὸ πολυμύθιης, ἐθέλων ὑμῖν δηλῶσαι τὴν Μαρδονίου, ἵνα μὴ ὑπαίφνης οἱ βάρβαροι μὴ προσδεκομένοισι κω. Ἐγὼ δὲ Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδών. ὁ μὲν, ταῦτα εἰπὰς, ἀπήλαυνε ὀπίσω ἐς τὸ στρατόπεδον καὶ τὴν ἑωυτοῦ τάξιν. Οἱ δὲ στρατηγοὶ τῶν Ἀθηναίων, ἐλθόντες ὅτι τὸ δεξιὸν κέρας, ἔλεγον Παυσανίῃ ταῦτ' ἥκοντες Ἀλεξάνδρου. ὁ δὲ, τούτῳ τῷ λόγῳ καταῤῥωδήσας τοὺς Πέρσας, ἔλεγε τάδε, Ἐπεὶ τοίνυν ἐς ἡδὴ συμβολὴ γίνεται, ὑμέας μὲν χρεὼν ὅστις τοὺς Ἀθηναίους σῴζειν καὶ τοὺς Πέρσας· ἡμέας δὲ καὶ τοὺς Βοιωτούς τε καὶ τοὺς ἅμα ὑμέας τεταγμένους Ἑλλήνων, τῶνδε εἵνεκεν· ὑμεῖς ὅτι σταθέντες τοὺς Μήδους καὶ τὸ μάχιμον αὐτέων, ὅτι Μαραθῶνι μαχεσάμενοι· ἡμεῖς δὲ ἀπειρίῃ τε εἰμὲν καὶ ἀδαέες τουτέων τῶν ἀνδρῶν. Σπαρτιητέων γὰρ οὐδεὶς πεπείρηται Μήδων. ἡμεῖς δὲ Βοιωτῶν καὶ Θεσσαλῶν ἐμπειρίῃ εἰμέν. ἀλλ' ἀναλαβόντας χρεὼν ὅστις ἰέναι ὑμέας μὲν ἐς τόδε τὸ κέρας, ἡμέας δὲ ἐς τὸ Δυώνυμον. τοῖσι δὲ ταῦτα εἶπον οἱ Ἀθηναῖοι τάδε, Καὶ αὐτοῖσι ἡμῖν πάλαι ἀπ' ἀρχῆς, ἐπεί τε εἴδομεν κατ' ὑμέας τασσομένους τοὺς Πέρσας, ἐν νόῳ ἐγένετο εἰπεῖν ταῦτα τὰ περ ὑμεῖς φθάντες προεφέρετε· ἀλλὰ ἀρρωδέομεν μὴ ὑμῖν οὐκ ἡδέες γένωνται οἱ λόγοι. ἐπεὶ δὲ ὧν αὐτοὶ ἐμνήσθητε, καὶ ἡδομένοισι ὑμῖν οἱ λόγοι γεγένηνται, καὶ ἑτοῖμοι εἰμὲν ποιέειν ταῦτα. Ὡς δὲ ἤρεσκε ἀμφοτέροισι ταῦτα, ἠώς τε διέφαινε, καὶ διημάσσοντο τὰς τάξις. γινόντες δὲ οἱ Βοιωτοὶ τὸ ποιεύμενον, ἐξαγγέλλουσι Μαρδονίῳ. ὁ δὲ ἐπεί τε ἤκουσε, αὐτίκα μετιστᾶναι καὶ αὖθις ἐπειρᾶτο, προβάλλων τοὺς Πέρσας καὶ τοὺς Λακεδαιμονίους. ὡς δὲ ἔμαθε τοῦτο γεγενημένον ὁ Παυσανίης, γνοὺς ὅτι ὑπολαμβάνῃ, ὀπίσω ἦγε τοὺς Σπαρτιήτας ὅπερ τὸ δεξιὸν κέρας· ὡς δὲ αὖτις καὶ ὁ Μαρδόνιος ὅπερ τὸ Δυώνυμον. Ἐπεὶ δὲ κατέστησαν ἐς τὰς ἀρχαίας τάξις, πέμψας ὁ Μαρδόνιος κήρυκα ἐς τοὺς Σπαρτιήτας, ἔλεγε τάδε, Ὦ Λακεδαιμόνιοι, ὑμεῖς δὴ λέγεσθε εἶναι ἄνδρες ἄριστοι ἀπὸ τῶν τῇδε ἀνθρώπων, οὐκ παγλεομένων ὡς ὅτε φεύγετε ἐν πολέμῳ, ὅτε τάξιν οὐκ λείποντες μένοντές τε καὶ ἀπολλύντες τοὺς ἐναντίους, ἢ αὐτοὶ ἀπόλλυσθε. τὰ δὲ ἄρα ἐγὼ τόδε ἐν δηθὲς. πρὶν γὰρ ἢ συμμῖξαι ἡμέας, ἐς χεῖρας τε νόμον ἀπικέσθαι, καὶ δὴ φεύγοντας καὶ πάσῃ οὐκλείποντας ὑμέας εἴδομεν· ἐν Ἀθηναίοισί τε τοῖσι πειρὴν ποιεύμενοι, αὐτούς τε αἰτίη δούλων τῶν ἡμετέρων ταπεινοῦσθαι.

1 Periculosam, 2 Vos quidem Athenienses in acie stare aduersus Persas necesse est, nos autem aduersus Bœotos & eos qui vobis oppositi sunt Græcos. idque hac de causſa quod Medos eorumque pugnam noueritis, ex prælio apud Marathonem gesto: nos vero viros hosce incognitos habeamus. nullus enim Spartanorum Medorum periculum fecit, at Bœotos & Thessalos experti sumus. Itaque sumpt. arm.

» Ταῦτα δὲ οὐδαμῶς ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἔργα· ἀλλὰ
» πλεῖστον δή σφιν ἐψεύσθημεν. προσδεκόμε-
» νοι γάρ σφεας, ὡς δὴ πέμψαντες ἐς ἡμέας κή-
» ρυκα προκαλεύμενοι, καὶ βουλόμενοι μούνοι Πέρ-
» σῃσι μάχεσθαι, ἀρτίοι ἐόντες ποιέειν ταῦτα· τοιῶνδε
» τοίνυν λεγόντας ὑμέας εὕρομεν, δηλα δὴ τωϋτοῦντας
» μᾶλλον. νῦν ὦν ὅπῃ σὺν ὑμεῖς ἤρξατε τούτου τοῦ
» λόγου, ἀλλ' ἡμεῖς ἄρξομεν, εἰ δὴ οὐ προμολὼν τῶν
» Ἑλλήνων ὑμεῖς, ἐπεί τε δεδόξωσθε εἶναι ἄριστοι,
» πρὸ δὲ τῶν βαρβάρων ἡμεῖς, ἴσοι πρὸς ἴσους ἀ-
» ριθμὸν ἐμαχεσάμεθα; καὶ εἰ μὲν δοκέῃ καὶ σοὶ δη-
» λοῦσθαι μάχεσθαι, οἵδε ὦν μετέπειτα μαχέσθων ὕστε-
» ροι. Εἰ δὲ καὶ μὴ δοκέῃ, ἀλλ' ἡμέας μούνους ἀπο-
» χρᾶν, ἡμεῖς δὲ καὶ μαχεσόμεθα. ὁκότεροι δὴ ἂν
» ἡμέων νικήσωσι, τούτοις τῷ ἀπάντι στρατοπέδῳ νι-
κᾶν. Ὁ μὲν, ταῦτα εἰπὰς τε, καὶ ὑπισχνεύμενον χρό-
νον, ὡς ⓐ οὐδεὶς οὐδένα ὑπεκρίνατο, ἀπαλλάσσετο
ὀπίσω. ἀπελθὼν δὲ ἐσήμαινε Μαρδονίῳ τὰ κατα-
λαβὼν τα. ὁ δὲ, ὡς ἰσχυρὴς γεγόμενος, καὶ ἐπ' ἀγαθοῖς
ψυχρῇ νίκῃ, ἐπῆκε τὸν ἵππον ὅπῃ σφέων Ἕλληνας. ὡς
δὲ ἐπλησίασαν ⓑ ἱππόται, ἐσήνεικε πᾶσαν τὴν στρα-
τιὴν τὴν Ἑλληνικὴν, ἐσακοντίζοντές τε καὶ τοξεύ-
οντες, ὥστε ἱπποτοξόται τε ἐόντες, καὶ προσφέρε-
σθαι δύσμαχοι. τὴν τε κρήνην τὴν Γαργαφίην,
ἀπ' ἧς ὑδρεύετο πᾶν τὸ στράτευμα τὸ Ἑλληνικὸν,
συνετάραξάν τε καὶ συνέχωσαν. ἔσθ' ὅτε μὲν ὦν τῇ
τὴν κρήνην Λακεδαιμόνιοι μούνοι τεταγμένοι·
τοῖσι δὲ ἄλλοισι Ἕλλησι ἡ μὲν κρήνη πρόσω ἐγένε-
το, ὡς ἕκαστοι ἔτυχον τεταγμένοι, ὁ δὲ Ἀσωπὸς,
ἀγχοῦ. ἐρυκόμενοι δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀσωποῦ, οὕτω δὴ
ὅπῃ τὴν κρήνην ἐφοίτεον. ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ γὰρ
σφι οὐκ ἐξῆν ὕδωρ φορέεσθαι, ἀπό τε τῶν ἵππε-
ων καὶ τοξευμάτων. Τούτου δὲ τοιούτου γινομέ-
νου, ⓒ τῶν Ἑλλήνων στρατηγοὶ, ἅτε τοῦ τε ὕδατος
στερηθέντες τῆς στρατιῆς, καὶ ἀπὸ τῆς ἵππου ταρ-
σσομένης, συνελέχθησαν πρὸς ἀλλήλους τε τού-
τέων καὶ ἄλλων, ἐλθόντες δὲ καὶ ὁ δεξιὸν κέρας. δη-
λα γὰρ τούτεων τοιούτων ἐόντων, μᾶλλον σφέας ἐ-
λύπεε. οὔτε γὰρ σιτία εἶχον ἔτι, οἵ τε σφέων ὀπέω-
νες, ἀποπεμφθέντες ἐς Πελοπόννησον ὡς ὅπισι πυ-
θόμενοι, ἀποκεκλέατο ὑπὸ τῆς ἵππου, οὐ δυνάμενοι
ἀπικέσθαι ἐς τὸ στρατόπεδον. Βουλευομένοισι δὲ τοῖσι
στρατηγοῖσι ἔδοξε, ἰὼν ὑπερβάλων τὸν κείνῳ τὴν ἡμέρην
οἱ Πέρσαι συμβολὴν ποιεύμενοι, ἐς τὴν νῆσον ἰέναι. ἡ δὲ
ὅσον ἀπὸ τοῦ Ἀσωποῦ καὶ τῆς κρήνης τῆς Γαργαφίης, ἐς τὴν
ἐστρατοπεδεύοντο τότε, δέκα σταδίους ἀπέχουσα, πρὸ

quod neutiquam est factum præstantium virorum. Ex quo plurimum de vobis nos fefellit opinio, quos expectabamus [1] ex nominis gloria missuros veltra sponte caduceatorem nos prouocatum, quod cum solis Persis, tanquam huic rei sufficientes, pugnare velletis. At [2] nihil tale inuenimus quale ferebatur, sed potius esse vos metu perterritos. Nunc igitur quoniam ipsi non occupastis hoc dicere, occupamus: vt quandoquidem vos inter Græcos præstantissimi esse existimamini, & nos inter barbaros, dimicemus totidem vtrique numero, &, si videatur vt ceteri quoque itidem, & illi postmodum pugnent: sin hoc non videatur, sed satis esse nos solos decernere, nos soli decernamus, & vtri è nobis vicerint, ii totum exercitum vicisse censeantur. Hæc fatus caduceator, quum aliquandiu expectasset, nemine quippiam respondente, retro abiit, & rem Mardonio retulit. Ille maiorem in modum lætatus, & frigida victoria elatus, equitatum in Græcos immisit. Equites in Græcos inuecti, omnem illorum exercitum perturbabant, iaculis sagittisque incessentes. qui quum essent hippotoxotæ *id est, equites sagittarij*, cominus pugnare [3] insueti, fontem Gargaphium, vnde cunctus Græcorum aquabatur exercitus, confuderunt obstruxeruntque. Eum iuxta fontem soli Lacedæmonii stationem habebant: ceteri Græci, vt quique stationes habebant, maius minusve procul illinc aberant. Et erat quidem Asopus in propinquo: sed aquari ex eo ab equitibus missilibusque prohibiti, ita ad fontem pergebant. Hunc in modum aqua exercitus exutus quum esset, & ab equitatu perturbaretur, duces Græcorum tum his tum aliis de caussis frequentes ad Pausaniam in dextrum cornu veniũt. Qui, etsi talis esset rerum status, tamen ob id præcipue angebantur quod iam re frumentaria deficiebantur, quum ipsorum serui in Peloponnesum missi frumentatum, intercluderentur ab equitatu quominus ad castra reuerterentur. ¶ De hoc autem deliberantibus ducibus visum est, si Persæ eo die superfederent committere prœlium, esse eundum in insulam quæ ab Asopo & à fonte Gargaphio, vbi castra habebant, decem stadiis aberat, ante

XLVIII XLIX L LI

1 Pro celebritate vestra. *Id est, vt consentaneum est illis fama qua de vestra fortitudine sparsa est.* 2 Nihil tale vos dicere comperimus, sed pot. 3 *Sequutus est lectionem quæ & in quibusdam vet. cod. habetur, ἄπειροι pro ἔπειμι.*

oppi-

oppidum Platæense sita in continente, hunc in modum: Fluuius superne è Cithærone delabens in campum, diuortia facit: tursusque intercapedine trium ferme stadiorum sua fluenta commiscet. Huic insulæ nomen est Oeroe: quam Asopi filiam esse indigenæ aiunt. In hunc locum Græci transire decreuerant, vt & affatim aquæ ad vsum haberent, neque ab equitatu, sicuti quum ex aduerso erant, infestarentur. Et decreuerant transire secunda noctis vigilia, ne ipsos proficiscentes conspicati Persæ, insequente equitatu in tumultum venirent. quinetiam quum ad eum locum ventum esset vbi Asopi filia Oeroe diuortio aquarum è Cithęrone cingitur, mitterent sub noctem dimidium copiarum in Cithæronem ad recipienda seruitia quæ frumentatum concesserant. erant enim illa in Cithærone intercluſa. Hæc vbi statuerunt, totum illum diem incessente equitatu immensum laborem pertulerunt. Sub exitum diei digressis equitibus ea noctis hora qua de abeundo conuenerat, plerique sumptis vtensilibus abscesserunt, [1] non habentes in animo quem ad locum vt irent conuenerant. Nonnulli, vt moueri cœptum est, iter Platæensem ad vrbem intendunt, cupidi equitatum effugere. in templumque Iunonis fugiendo perueniunt, quod situm est ante vrbem, à fonte Gargaphio viginti stadiis distans. Quo vbi peruenere, positis pro templo armis, circa templum ipsum castra posuere. Hos Pausanias cernens ab exercitu digressos, præcepit & ipse Lacedęmoniis vt sumptis armis irēt quâ ceteri præcederent, ratus illos tendere ad locum constitutum. Ibi ad obtemperandum Pausaniæ ceteri præfecti parati quum essent, Amompharetus Poliadæ filius tribunus cohortis Pitaneorum, negare se fugiturum [2] peregrinos, neque vltro dedecoraturum esse Spartã: quinetiã mirari id quod fieri cerneret, quippe qui colloquio superiori interfuisset. Pausanias autem & EVryanax cum indigne ferentes non parere sibi illum, tum indignius cohortem Pitanetem relictum iri tribuno repugnante: quod erat futurum si ipsi eos missos facerent, gratia exequendi ea quæ cum aliis Græcis constituissent: hoc reputantes substiterunt cum Laconicis copiis,

τὴν Πλαταιέων πόλιος. νῆσος ἤ οὕτω ἂν εἴη ἐν ἠπείρῳ· ῥιζόμενος ὁ ποταμὸς ἄνωθεν ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος, ῥέει κάτω ἐς τὸ πεδίον, διέχων ἀπ' ἀλλήλων τὰ ῥέεθρα ὅσον ἄρα τεσσαράκοντα στάδια· καὶ ἔπειτα συμμίσγει ἐς τωὐτό. οὔνομα δὲ τῇ Ὠρόη. θυγατέρα ἤ ταύτην λέγουσι οἱ Ἀσωποῦ Βοιωτοί. ἐς τοῦτον δὴ τὸν χῶρον ἐβουλεύσαντο μεταναστῆναι, ἵνα τε ὕδατι ἔχωσι χρᾶσθαι ἀφθόνῳ, καὶ ἵππους σφέας μὴ σινοίατο, ὥσπερ καὶ νῦν ἐόντων. μεταναστέεσθαί τε ἔδοξε τότε, ἐπειδὴ τὴν νυκτὸς ἡ δευτέρη φυλακὴ, ὡς ἂν μὴ ἰδοίατο Πέρσαι ἐξορμεωμένους, καὶ σφέας ἑπόμενοι καταφώσιοι ἵππῳ πόνῳ. ἀπιχομένων ἤ ἐς τὸν χῶρον τοῦτον, τὸν δὴ ἡ Ἀσωπὶς Ὠρόη περιέχει, ῥέοντα ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος, ἐδόκεε τοῦτον ἡμίσεας ἀποστέλλειν τοῦ στρατοπέδου πρὸς τὸν Κιθαιρῶνα, ὡς ἀναλάβοσι τοὺς ὀπέωνας τοὺς ὅπισθε τὰ σιτία οἰχομένους. εἶναι γὰρ ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνι ἀπολελαμμένους. Ταῦτα βουλευσάμενοι, κεῖνον μὲν τὸν ἡμέρην πᾶσαν παρεσκειμένης τοῦ ἵππου, ἔχον πόνον ἄτυπον· ὡς ἤ τε ἡμέρη ἔλαγε, καὶ οἱ ἵππους ἐπέπαυον, νυκτὸς δὴ γινομένης, καὶ ἑσθῆτος τῆς ὥρης ἐς τὸ σιωπέσθαι σφι ἀπαλλάσσεσθαι, ἐνθαῦτα ἀερθέντες πολλοὶ ἀπαλλάσσοντο, ἐς μὲν τὸν χῶρον ἐς τὸ σιωπέσθαι, οὐκ ἐν νόῳ ἔχοντες· ἔνθα, ὡς ἐκινήθησαν, ἔφυγον ὅμιλοι τὸν ἵππον τοῦ τῶν Πλαταιέων πόλιν φεύγοντες ἤ, ἀπικνέονται ὅτι τὸ Ἡραῖον. τὸ ἤ τοῦ πόλιός ἐστι τῶν Πλαταιέων, ἔχον στάδιον ἀπὸ τῆς κρηνίης τῆς Γαργαφίης ἀπέχον. ἀπικόμενοι ἤ ἔθεντο τοῦ τοῦ ἱροῦ τὰ ὅπλα. καὶ τῇ μὲν τοῦ Ἡραῖον ἐστρατοπεδεύοντο. Παυσανίης ἤ, ὁρέων σφέας ἀπαδήσαντας ἐκ τοῦ στρατοπέδου, πέμψας ἐκέλευε καὶ τοῖσι Λακεδαιμονίοισι, ἀναλαβόντας τὰ ὅπλα, ἰέναι κατὰ τοὺς ἡγέοντας τοὺς τοῦτον ἰόντας, νομίσας αὐτοὺς ἐς τὸν χῶρον ἰέναι ἐς τὸ σιωπηθήσεσθαι. ἐνθαῦτα οἱ μὲν ἡγέοντες ἄρτιοι ἦσαν τῶν τάξιν ἐχόντων πειθοῦς Παυσανίῃ· Ἀμομφαρέτος ἤ ὁ Πολιάδεω, λοχηγετέων τῶν Πιτανητέων λόχου, οὐκ ἔφη τοὺς ξείνους φεύξεσθαι, οὐδὲ ἐκὼν εἶναι ἀρχωνέειν τῆς Σπάρτης. ἐθαυμάζετε ὀρέων τὸ ποιεύμενον, ἅτε οὐ μαθημένος τὰ τοιαῦτα τοῦ τέρα λόγου· ὁ τε Παυσανίης καὶ ὁ Εὐρυάναξ δεινὸν ποιεύμενοι τὸ μὴ πειθεσθαι ἐκείνου σφίσι, δεινότερον ἔτι, κείνου ταῦτ' ἀναμενόμενον, ἀπολιπεῖν τὸν λόχον τῆς Πιτανήτιδος, μή, λιπόντες ἀπολίπωσι ποιεῦντες τὰ σιωπηθέντα τοῖσι ἄλλοισι Ἕλλησι, ἀπόλωνται. ἐπορφεὺς ἀνὴρ τε Ἀμομφαρέτος καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ. ταῦτα λογιζόμενοι, ἀτρέμας εἶχον τὸ στρατόπεδον τὸ Λακωνικόν, καὶ ἐπει-

1 Non hab. in animo eum de quo conuenerat locum petere. sed quum se loco mouissent, iter Platæam versus tenebant, lubenter equitatum effugientes. 2 *Id est, barbaros, vt ipse Herodotus antea docuit, pag. 516. sed & paulo post rursum exponit.*

καὶ ἐπειρῶντο πείθοντες μὲν ὡς οὐ χρεὼν εἴη ταῦτα ποιέειν. καὶ ⓐ μὲν πρηγόρεον Ἀμομφαρέτον, μοῦνον Λακεδαιμονίων τε καὶ Τεγεητέων λελειμμένον. Ἀθηναῖοι δὲ ἐποίεον τοιάδε· εἶχον ἀτρέμας σφέας αὐτοὺς ἵνα ἐτάχθησαν, ὑπισάμενοι τὰ Λακεδαιμονίων φρονήματα, ὡς ἄλλα φρονεόντων καὶ ἄλλα λεγόντων. ὡς δὲ ἐκινήθη τὸ στρατόπεδον, ἔπεμπον σφέων ἱππέα, ὀψόμενόν τε εἰ πορεύεται ὁπλιτεύοντες ⓐ Σπαρτιῆται, εἴτε καὶ τὸ παράπαν μὴ διανοεῶνται ἀπαλλάσσεσθαι· ἐπείρεσθαί τε Παυσανίην τὸ χρεὼν εἴη ποιέειν. Ὡς δὲ ἀπίκετο ὁ κήρυξ ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους, ὥρα τε σφέας κατὰ χώρην τεταγμένους, καὶ ἐς νείκεα ἀπιγμένους αὐτέων τοὺς ταγούς. ὡς γὰρ δὴ πρηγόρεον ⓑ Ἀμομφαρέτον ὅ, τε Εὐρυάναξ καὶ ὁ Παυσανίης, μὴ κινδυνεύειν μένοντας μούνους Λακεδαιμονίους, οὔκως ἔπειθον· ἐς ὃ ἐς νείκεά τε συμπεσόντες ἀπίκεσθον, καὶ ὁ κήρυξ τῶν Ἀθηναίων πρίσατο σφι ἀπιγμένος. νεικεόντων δὲ Ἀμομφαρέτου, λαμβάνει πέτρον ἀμφοτέρῃσι τῇσι χερσὶ καὶ θεὶς παρὰ ποδῶν τῶν Παυσανίεω, ταύτῃ τῇ ψήφῳ ψηφίζεσθαι ἔφη, μὴ φεύγειν τοὺς ξείνους· λέγων τοὺς βαρβάρους. ὁ δέ, μαινόμενον καὶ οὐ φρενήρεα καλέων ἐκεῖνον, τούς τε ⓒ Ἀθηναίων κήρυκα ἐπειρωτᾷ τὰ ἐντεταλμένα, λέγειν ὁ Παυσανίης ἐκέλευε τὰ πρεσβύτατα σφι ψηφίσματα· ἔχρηζέ τε τῶν Ἀθηναίων τυχεῖν χωρῆσαί τε τοὺς ἑωυτοῦ, καὶ ποιέειν περὶ τῆς ἀπόδου ταύτῃ περ αὐτὸς καὶ σφεῖς. Καὶ ὁ μὲν ἀπαλλάσσετο ἐς τοὺς Ἀθηναίους· τοὺς δὲ ἐπεὶ ἀνακρινομένους τοὺς ἑωυτοῦ ἡώς κατέλαμβανε, ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ κατήμενος ὁ Παυσανίης, οὐ δοκέων ⓓ Ἀμομφαρέτον λείψεσθαι, τῶν δὴ ἄλλων Λακεδαιμονίων ἀπεσχόντων (τὰ δὴ καὶ ἐγίνετο) σημήνας ἀπῆγε διὰ τῶν κολωνῶν τοὺς λοιποὺς πάντας· εἵποντο δὲ καὶ Τεγεῆται. Ἀθηναῖοι δὲ ταχθέντες ἦισαν ταὐτὰ ἔμπαλιν ἢ Λακεδαιμόνιοι. ⓔ μὲν γὰρ τῶν τε ὀπισθοφυλάκων αὐτείχοντο καὶ τὸ κατωρεὶς τῦ Κιθαιρῶνος, φοβεόμενοι τὴν ἵππον· Ἀθηναῖοι δέ, κάτω τραφθέντες ἐς τὸ πεδίον. Ἀμομφάρετος δέ, δείσας τε οὐδαμᾶ δοκέων Παυσανίην τολμήσειν σφέας ἀπολιπεῖν, ἐπεῖχε αὐτοὺς μένοντας μὴ ἐκλιπεῖν τὴν τάξιν· ἐστρατεύοντο δὲ τῶν σὺν Παυσανίῃ, καταδόξας αὐτοὺς ἰσχὺν τέχνῃ ἀπολιπεῖν αὖθις ἀναλαβόντα τὰ ὅπλα, ἦγε βάδην πρὸς τὸ ἄλσος. τὸ δέ, ἀπέχον ὅσον τε δέκα στάδια, ἀνέδυνε τὸ Ἀμομφαρέτου λόχον πρὸς ποταμὸν Μολόεντα ἱδρυμένον, Ἀργιόπιόν τε χωρέον καλεόμενον, ἔνθα δὴ Δήμητρος Ἐλευσινίης ἱρὸν ἦσαι.

conabanturque persuadere homini non id facto opus esse. & alii quidem hortabantur, solum Amompharetum à Lacedæmoniis ac Tegeatis relinqui. A- LIII
thenienses autem hoc sibi faciendum putarunt, vt vbi collocati erant, ibi persisterent, intelligentes Lacedæmoniorum ingenia aliud sentientium, aliud dicentium. Itaque vbi exercitus mouere cœpit, equitem è suis miserunt speculatum nunquid Spartiatæ tentarent abire, & abire prorsus in animo haberent: sciscitatumque à Pausania quidnam facere oporterer. Præco vbi per- LIV
uenit ad Lacedæmonios, cernit in loco instructos, eorumque primores tendere ad rixas. Hortantibus enim Amompharetum EVryanacte & Pausania, ne Lacedæmonios qui soli remanebant, in periculum traheret, necdum persuadentibus, donec ventum est ad iurgia, interuenit præco Athenienſis, Amompharetо inter altercandum sumente ambabus manibus saxum, & illud ante pedes Pausaniæ ponente, ac dicente, se illo calculo sententiæ suæ calculum dare, non fugiendos esse peregrinos: appellans barbaros. Eum Pausanias insanum nec potentem mentis vocans, ad præconem Athenienſium, quæ iussus erat percontantem, respondit vt illis referret præsentem terum suarum statum, obsecrans eos vt ad sese venirent, & de discessu eadem quæ ipsi agerent. Præ- LV
cone ad Athenienses reuerso, hos inter se altercantes aurora deprehendit. Ad id tempus Pausanias moratus, dato signo ceteros omnes Lacedæmonios, Tegeatis sequentibus, per edita abduxit, ratus Amompharetum non deserturum alios: prout & contigit. [2] Horum itinere rursus instructa acie Athenienses iere: & quia Lacedæmonii prærupta occupauerant & Citharonis radices, metu equitatus, ipsi deorsum ad campum deflexere. Amompharetus autem, non credens LVI
ausurum ipsos relinquere Pausaniam, circuire eos qui manebant, ne deserent ordinem. At vbi ii qui cum Pausania erant iam abibant, tunc ratus à disciplina militari se deseri, sumptis armis cohortem suam lento gradu ducere ad agmen, quod decem circiter stadia progressum ad amnem Moloentem, in loco qui dicitur Argiopius (vbi situm est templum Cereris Eleusiniæ) substiterat,

1 Amompharetum, qui solus ex Lacedæmoniis & Tegeatis remanserat. 2 Athenienses autem acie instructa, contrarium Lacedæmoniis iter tenuerunt. Lac. enim prær. occup. & Cith. radices metu equitatus, at ipsi deorsum.

oppe-

opperiens Amompharetı cohortem. eo consilio vt si Amompharetus cum sua cohorte non discederet loco in quo instructa erat, sed in eo persisteret, retro ad hominem suppetias iret. Itaq; & Amompharetus cum suis ad ceteros peruenit, & omnis barbarorum equitatus ingruebat, agens pro sua consuetudine. nam quum inspexisset locum vbi superioribus diebus habuerant Græci castra, vacuum, admissis equis assidue insequi
LVII pergens, illos adeptus vrgebat. Mardonius quoq; cognito hostium nocturno abitu, inspectoque loco deserto, accitis Thorace Larissæo & fratribus eius EVrypylo & Thrasydio, inquit, Filii Alevæ quidnam diceris adhuc, quum hæc deserta cernatis à Lacedæmoniis, quos negabatis vos finitimi ex acie fugere, sed viros summos esse in re bellica? qui & prius (vt omnes vidimus) locum in acie immutauerunt, & nunc proxima nocte se fuga proripuerunt.[1] Proripuerunt autem, quia illis necesse erat cum iis prælio decernere qui non falso sunt hominum præstantissimi. vnde nullius esse se pretii, inter Græcos, & ipsos nullius pretii viros, ostenderunt. Ceterum vobis Persarum inexpertis, sanequam ignoscebam, laudantibus istos vobis expertos: Artabazum autem vehementius admirabat formidare Lacedæmonios, & præ formidine sententiã dicere ignauissimam, expedire ex his castris nos in vrbem Thebanorũ concedere obsidẽdos.
[2] quam sententiam rex antea aliunde quam ex me audiet. Sed de hoc alias dicetur. Nunc autem istis ita facientibus non est remittendum, sed instandũ, donec intercepti nobis dent pœnas eorum
LVIII quæ in Persas perpetrarunt. Hæc loquutus, Persas Asopo transmisso cursim ducit contra Græcorum agmen, tanquã fugam capessentium: Lacedæmonioſq; solos ac Tegeatas adeptus est. nam Athenienses transuersis tramitibus subter prærupta in planum digressos non cernebat. Ceteri autem barbarorum agminum præfecti Persas mouentes ad Græcos insequendos conspicati, sublatis & ipsi signis cuncti insequuntur, pro se quisq; maturantes,[3] nulla diligentia, nullo ordine viam ingressi. Et isti quidem cum vociferatione ac tumultu instabant Græcis, tanquam excepturi.

ἀνέμενε δὲ τῶνδε εἵνεκα, ἵνα ἐκ μὴ ἐπαλίσκηται τὸ χωρεῖον ἐν τῷ ἐτετάχατο ὁ Ἀμομφαρέτης τε καὶ ὁ λόχος, ἀλλ' αὐτὸ μένωσι, βοηθοὶ ὄπισθε πρὸς ἐκείνους. καὶ οἵ τε ἀμφὶ τὸν Ἀμομφαρέτεα προεληλύθεσαν ἐς τὸ σφέτερον, καὶ ἡ ἵππος ἡ τῶν βαρβάρων προσέκειτο πᾶσα· ἐν γὰρ ἱππόται ἐποίεον δίκην καὶ ἐώθεσαν ποιέειν ἀεί. ἰδόντες δὲ τὸν χῶρον κεινὸν ἐν ᾧ ἐτετάχατο οἱ Ἕλληνες τῇσι προτέρῃσι ἡμέρῃσι, ἐλάμυνον τοὺς ἵππους ἀεὶ διωκόμενοι καὶ ἅμα καταλαβόντες προσεκέαζόν σφι. Μαρδόνιος δὲ, ὡς ἐπύθετο τοὺς Ἕλληνας ἐκποιεομένους νυκτὸς, εἰδέ τε τὸν χῶρον ἔρημον, καλέσας Λευκάνορα Θώρηκά τε καὶ τοὺς ἀδελφεοὺς αὐτοῦ Εὐρύπυλον καὶ Θρασύδαιον, ἔλεγε, Ὦ παῖδες Ἀλεύεω, ἔπι τι λέξετε τάδε ὁρέοντες ἔρημα; ὑμεῖς γὰρ πλησιόχωροι λέγετε Λακεδαιμονίους οὐ φεύγειν ἐκ μάχης, ἀλλὰ ἄνδρας εἶναι τὰ πολέμια πρῶτους. τοὺς πρώτους τε μετιστα μένους ἐκ τῆς τάξιος εἴδετε; νυκτὸς τε τοὺς πρωτοκομένους νύκτα, καὶ οὐ πρώτους ὁρέομεν Ἀθηναίους διεδέξαντό τε, ἐπεί σφεας εἶδε τοὺς τοῦ ἀψύδρου ἄριστοι ἀνθρώπων μάχῃ δηλεῖσθαι, ὅτι τοὐτέων ἄρα ἐόντες ἐν οὐδαμοῖσι ἔουσι Ἕλλησι ἀναπεδεικνύαντο. καὶ ὑμῖν μὲν ἔουσι Περσέων ἀπείροισι, πολλὴ ἔκ γε ἐμεῦ ἐγίνετο συγγνώμη, ἐπαινεόντων τούτους, οἵσι καὶ σιωπὴ δειλίη· Ἀρταβάζου δὲ θώυμα καὶ μᾶλλον ἐποιεύμην, ὃς καὶ καταρρωδῆσαι Λακεδαιμονίους καταρρωδήσαντα, ἀποδέξασθαι γνώμην δειλοτάτην, ὡς χρεὼν εἴη ἀναζεύξαντας ὡς τάχιστα, ἰέναι ἐς τὸν Θηβαίων ἄστυ πολιορκησομένους τὸν ἐπὶ τοῖσι ἐμοῦ βασιλεῖ τυθησόμενον. καὶ τουτέων μὲν ἕτερα ἔσται λόγος· νῦν δὲ ἐκείνοισι τὰ ὑπὸ τοῦτο ποιεῦσι οὐκ ἐπιτρεπτέα ἐστί, ἀλλὰ διωκτέοι εἰσί· ἐς ὃ καταλαμφθέντες, δώσουσι ἡμῖν τῶν δὴ ἐποίησαν Πέρσας πρώτων δίκας. Ταῦτα εἰπὰς, ἦγε τοὺς Πέρσας, δρόμῳ διαβαίνοντας [1] Ἀσωπὸν κατὰ σίβον τῶν Ἑλλήνων, ὡς δὴ ἀποδιδρησκόντων· ἐπεῖχέ τε ὅτι Λακεδαιμονίους τε καὶ Τεγεήτας μούνους. Ἀθηναίους γὰρ τετραμμένους ἐς τὸ πεδίον, ὑπὸ τῶν ὀρέων οὐ κατόψεσθαι. Πέρσας δ' ὀρέοντες ὡρμημένους διώκειν τοὺς Ἕλληνας οἱ λοιποὶ τῶν βαρβαρικῶν τελέων ἄρχοντες, ὡς εἶδον πρώτους ἤδη τὰ σημήια, καὶ ἐδίωκον ὡς ποδῶν [2] ἕκαστος εἶχον, οὔτε κόσμῳ οὐδενὶ χρεώμενοι, οὔτε τάξει. κῆρυξ δέ μοι ἔσπετο κηρύσσων ἐπὶ σφέας, ὡς ἁρπασόμενοι τοὺς Ἕλληνας·

Huc precor vt pestes veniant quæcunque per orbem

Grassantur, fundant & in hunc mala cuncta caminum.

Irruat huc Smaragus, grauis Asbetus, atque Sabactes:

Contere tu Pallas flammamque & vasa camini,

Ille licet rapido multum nunc feruear æstu.

Insuper Omodamus feruatque & damna det arti.

1 Quum autem ingressus esset, & accubuisset, 2 Postridie autem abeuntem eum conspicati fig. 3 Aduocarunt & iuss.

Omnia

Omnia miſceto, fornacem, vaſa, domumque,
Vt fragor immenſus fiat, figulique tremiſcant:
Non ſecus ac malæ crepitu clauduntur equinæ,
Sic ſubita fornax crepitetque cadatque ruina,
Inque lutum redeant calices & vaſa minuta.
Huc quoque Solis ades nata, incantare perita,
Inque ipſos & opus tua noxia ſparge venena.
Huc ducat longo Centauros agmine Chiron:
Quique manu Herculea cecidere ſuperque fuerunt,
Illi contundant opus omne, ipſumque caminum
In nihilum penitus redigant. figuli iſta videntes
Plorent, & lacrymis ſpectent ingentia damna.
Improbitatis ego ſpectabo hæc præmia latus.
Denique qui pronus fornacem reſpicit, illi
Flamma vorax faciem rapiat, penituſque perurat.
Sic ſcelus agnoſcent omnes, atque inde cauebunt.

XXXIII At vero in Samo hybernans, calendis potentiorum ædes oſtiatim adiens aliquid accipiebat, canens hæc carmina quę Ereſione, *hoc eſt, ramalia*, vocantur: ducente eum comitanteque aliquot puerorum indigenarum choro,

Venimus ad magnas ædes ciuemque potentem,
Cuius diuitijs reſonat domus atque redundat.
Vos aditū præbete fores: feliciter intrent
Diuitiæ, & requies hilaris, Chariteſque ſequantur:
Vaſa opibus tumeant, nihil hic videatur inane:
Sint q. laboratæ Cereris repleta caniſtra.
Excelſo curru nurus hic portetur, & ipſam
Veloci curſu reuehant ad limina muli.
Hæc premat electrum pedibus, telaſque laboret.
Aſt ego vos repetam, repetam (mihi crede) quotannis,
Non ſecus atque redit ſub tectum garrula Progne.

Πεῖθε πυρὶ θοῦσαν καὶ δώματα, σιὼ δὲ κάμινος
Πᾶσα κυκηθείη, κεραμέων μέγα κωκυσάντων. 361
Ὡς γνάθος ἱππείη βρύκει, βρύκοι ὴ κάμινος,
Πάντ' ἔνθαδ' αὐτῆς κεραμήια λεπτὰ ποιοῦσα.
Δεῦρο καὶ ἠελίου θυγάτηρ πολυφάρμακε Κίρκη,
Ἄγρια φάρμακα βάλλε, κακοῦ δ' ἀλεγεινά τε καὶ ἔργα.
Δεῦρο δὲ καὶ Χείρων ἀγέτω πολέας Κενταύρους
Οἵθ' Ἡρακλείοις χεῖρας φύγεν, οἵ τ' ἀπόλοντο,
Τύπτοιεν τάδε ἔργα κακῶς, πίπτοι δὲ κάμινος.
Αὐτοὶ δ' οἰμῴζοντες ὁρῴατο ἔργα πονηρά.
Γηθήσω δ' ὀρέων αὐτῶν κακοδαίμονα τέχνιν.
Ὅς δέ χ' ὑποδρύφῃ, δείσας τύπου πρὸ πρόσωπον
Φλεχθείη· ὡς πάντες ἐπίσαιντ' ἄϊσιμα ῥέζειν.

Παρεφθειμάζων ὃ ἐν τῇ Σάμῳ, ταῖς νουμηνίαις περιπορθμόμενος τὰς οἰκίας τὰς εὐδαιμονεστάτας, ἐλάμβανέ τι, ἀείδων τὰ ἑπόμενα τάδε ἃ καλεῖται Ἐρεσιώνη, (ὧδήγει δ' αὐτὸν καὶ συμπαῖζον ἀεὶ τῶν παίδων τινὲς τῶν ἐγχωρίων)

Δῶμα περισταφύλου μεγαλήτορος ἀνδρὸς ἱκάνω,
Ὅς μέγα μὲν δύναται, μέγα δὲ βρέμει, ὄλβιος αἰεί.
Αὐτὰρ ἀνακλίνεσθε θύραι· πλοῦτος γὰρ ἔσεισι
Πολλός, σὺν πλούτῳ δὲ καὶ εὐφροσύνη τεθαλυῖα,
Εἰρήνη τ' ἀγαθή. ὅσα δ' ἄγγεα, μεσὰ μὲν εἴη,
Κυρβαίη δ' αἰεὶ χεῖ' καρδόπη ἕρπε μάζα.
Τοῦ παιδὸς δὲ γυνὴ κατὰ δίφρακα βήσεται ὑμῖν·
Ἡμίονοι δ' ἄξουσι κεκαλλίποδες ἐς τόδε δῶμα.
Αὐτὴ δ' ἐστὶν ὑφαίνοι ἐὼ ἠλέκτρῳ βεβαυῖα.
Νύμφοισι νύμφη ἐναύσιος, ὥστε χελιδών.

Ἔξ ἠχ' ὅτι τοι θυγατρὶ καὶ εἰ μὴ τοι δώσεις, εἰ δὲ μή,
Οὐχ ἑξήξομεν· οὐ γὰρ σωοικήσοντε ἐνθάδε ἤλθομεν.

Assumus in portas: seu munera ferre placebit,
Seu nihil, est tamen hinc abeundi certa voluntas.
Non etenim hic habitare diu nec adesse paramus.

ἤιδετο δὲ τάδε ἐν τῇ Σάμῳ πολλὸν χρόνον ὑπὸ τῶν παίδων, ὅτε ἀγείροιεν ἐν τῇ ἑορτῇ τὸ Ἀπόλλωνος. Ἀρχομένου δὲ τοῦ ἔαρος, ἐπεχείρησε πλεῖν Ὅμηρος εἰς τὰς Ἀθήνας ἐκ τῆς Σάμου. καὶ ἀναχθεὶς μετὰ νηῶν ἐγχωρίων, ἀπικνέεται εἰς τὴν Ἰον· καὶ ὁρμίσαντο οὐ κατὰ πόλιν, ἀλλ' ἐπ' ἀκτῆς. συνέβη δὲ τῷ Ὁμήρῳ κατὰ πόλιν μᾶλλον ἀσθαι μαλακῶς ἔχειν· ἐκβὰς δὲ ἐκ τοῦ πλοίου, ἐκοιμᾶτο ὑπὸ τῆς κυματωγῆς ἀδυνάτως ἔχων. πλείους δὲ ἡμέρας ὁρμεώντων αὐτῶν διὰ πλοίων, καταβαίνοντες ἀεί τινες τῶν ἐκ τῆς πόλιος, ἀπεχρέωζον τῶνδε τῷ Ὁμήρῳ, καὶ ἐν θωυμασμοῦ εἶχον αὐτόν. Τῶν δὲ ναυτέων, καὶ τῶν ἐκ τῆς πόλιος τινὲς ἡμιόνων τῶνδε τῷ Ὁμήρῳ, κατέπλωσαν παῖδες ἁλιῆες τοῦ τόπου, καὶ ἐκβαίνοντες ἐκ τοῦ ἁλὸς, προσελθόντες αὐτοῖς τάδε ἔλεγον, Ἄνδρες ξεῖνοι, ἐπακούσατε ἡμέων, αἴ κε ἄρα δυνησόμεθα ἀμφαδὸν αἴνιγμα ἄνδρ' αἰνῦμῖν εἰπεῖν. καὶ τις τῶν πρεσβυτέρων ἐκέλευε λέγειν. οἱ δὲ εἶπον, Ἄνδρες, ἃ μὲν εἵλομεν, λιπόμενθα· ἃ δ' οὐχ εἵλομεν, φερόμεθα.

Atque hæc carmina postea in Samo diu à pueris decantabantur, quoties ad Apollinis festum collecti conueniebant. Ineunte deinde vere moliebatur Homerus è Samo Athenas proficisci: soluensque vna cum popularibus quibusdam, ad Ion appulit: vbi stationem non ad vrbem sed in litore habebant. Hîc contigit Homerum grauiter ægrotare: egressus igitur è naui, in crepidine litoris iacebat ægrotus. Quumque diutius illic ob nauigandi difficultatem in portu remorarentur, subinde plerique [1] ex vrbe Homero vacabant, eumque audientes, reuerenter obseruabant. Iam vero nautis ceterisque aliquot qui è ciuitate conuenerant, illic apud Homerum considentibus, forte pueri piscatores eo apulerunt: qui è naucula egressi, hæc illis verba fecerunt, Agite peregrini, audite nos, num quid eorum quæ proponemus explicabitis. Ibi è præsentibus quidam iubebat eos proloqui. Illi, Nos, inquiunt, quæcunq; cepimus, reliquimus: quæ vero non cepimus, nobiscum portamus. Et quum nemo id ænigmatis interpretari posset, piscatores explicabant: significantes nimirum, se, quum piscium nihil capere possent, desidentes in sicco, pediculos venatos: & horum quotquot cepissent, abiecisse: quos autem non inueniissent, domum retulisse. Quæ audiens Homerus, hæc dixit carmina,

ὁππόσους ἐλάβομεν τῶν φθειρῶν, κατέλιπον· ὁππόσους δὲ μὴ ἐδυνάμεθα, εἰς οἴκους ἀπεφέρομεν. ὁ δὲ Ὅμηρος, ἀκούσας ταῦτα, ἔλεξε τάδε τὰ ἔπεα τάδε,

Hi vos, ô pueri, tales genuere parentes,
Nec latis fundis, gregibus neque mille potentes.

362 Τοίων γὰρ πατέρων ὄξ αἵματος ἐκγεγάατε,
Οὔτε βαθυκλήρων, ὅτ' ἀπείρατα μῆλα νεμόντων.

Ex hac autem ęgritudine extremum diem clausit Homerus in Io, non (vt arbitrantur aliqui) ænigmatis perplexitate enectus, sed morbo. Extinctus vero in Io Homerus, à comitibus suis atque ciuibus qui ex vrbe in colloquium cum eodem venerant, in litore ibidem honorifice sepultus est. Cuius sepulcro multo post tempore Ienses, vbi poesis eius iam publicata ab omnibus celebraretur, huiusmodi inciderunt carmen elegiacum,

Ἐκ δὲ τῆς ἀθενείας ταύτης συνέβη Ὅμηρον τελευτῆσαι ἐν Ἴῳ, οὐ τῶνδε τὸ μὴ γνῶναι τὸ τῶνδε τῶν παίδων ῥηθέν (ὡς οἴονταί τινες) ἀλλὰ τῇ μαλακίῃ. τελευτήσας δὲ ἐν τῇ Ἴῳ, αὐτοῦ ἐπὶ ἀκτῆς ἐτάφη· ἐπὶ τε τῶν συμπλεόντων καὶ τῶν πολιτέων ὅσοι ἐν Ἀμαλογῇ ἐλήλυθεσαν αὐτῷ. καὶ τὸ ἐλεγεῖον τόδε ἐπέγεγραπται Ἴῃσι ὕστερον χρόνῳ πολλῷ, ὡς ἤδη ἡ τε ποίησις ἐξεπεφώνητο, καὶ ἐθαυμάζετο ὑπὸ πάντων· τόδε Ὁμήρου ἐστίν.

---

1 Ex vrbe descendentes, operam Homero dabant, eumque audientes admiratione prosequebantur.

Condit humus caput hæc sacrum, qui versibus arma
Fortia diuinis heroum ornauit, Homerum.

XXXVII Porro quod Æolius fuerit Homerus, & non Ion, neque Dotiensis, partim è iam dictis perspicuum esse poterit, partim etiam his coniecturis deprehenditur. Siquidem poetam tantum, qui hominum peculiares mores in suam poesin transferre studuerit, par est aut laudatissimos excogitasse, aut patrios commemorasse. Iam vero carmina eius expendentes, indidem pronunciabitis. nam quum sacrificii ritum huiusmodi quendam referat, aut ipse eundem tanquam probatissimum excogitauit, aut quod cum patriis institutis conueniret. Sic enim inquit,

Protractas iugulant pecudes, & terga costis
Diripiunt, femorumque toros & crura recidunt,
In partesque secant geminas: tum pinguia nidor
Viscera nube tegit densa.

In his versibus de iliis nulla mentio, quibus in sacrificiis tamen vtebantur ceteri, præter vnam Æolicam gentem, quæ ilia non concremabat. Indicat præterea his quoque versibus quod Æolius existens, suæ gentis ritibus vsus sit,

---tum segmina carnium
Ipse focis multo crepitantibus admouet igni
Cruda senex, & vina super nigrantia fundit:
Quem verubus quinis iuuenes onerata tenentes
Brachia circumstant.

Æoles enim soli intestina quinq; verubus defixa torrebant, reliqui Græci tribus. etenim πέμπε dicunt Æoles pro XXXIIX πέντε, *id est, quinque.* Atque hæc sane de genere, vita interituque Homeri à nobis relata sint. Ceterum ætatem Homeri, si quis diligenter recteq; ratiocinetur, ex hisce facile deprehendet. Nempe ab expeditione Græcorum quam Agamemnon & Menelaus in Ilium habuerunt, annis centum post atque triginta Lesbus oppidatim habitari cœpit, quum antea nullã prorsus haberet ciuitatem. Post Lesbum habitatam annis viginti Cuma Æolica & Phricotis appellata habitata fuit. Porro à Cuma annis duodeuiginti, in Smyrnam Cumani colonias deduxerunt: quo tempore natus fuit Homerus.

Εἰ δὲ τῷ ἱερῷ κεφαλίῳ κατὰ γαῖα κάλυ- κ. κάλυψεν
ψει,
Ἀνδρῶν ἡρώων καὶ μήτηρ θεῖον Ὅμηρον.

Ὅτι δὲ ὦν Αἰολεὺς Ὅμηρος, καὶ οὔτε Ἴων, ὅτε Δωριεύς, τοῖς τε Ἑρημβοῖς δεδήλωταί μοι, καὶ δὴ καὶ τοῖσδε τεκμήρεσθαι πρέπει. ἄνδρα ποιητὴν τηλικοῦτον εἰκὸς ἦν τῶν νομίμων τῶν ἐν τοῖς ἀνθρώποις ποιοῦντα ἐς τὴν ποίησιν, ἢ τοῖς καλλίστοις ἐξυθρύπτα ποιεῖν, ἢ τοῖς ἑαυτοῦ, πάτρια ἐόντα. ἤδη τοίνυν ὃ ἐνθένδε αὐτοῖς τῶν ἐπέων ἀκούοντες κρινεῖτε. ἱερεῖον γὰρ ἢ τὴν κεφαλὴν ὀξυθρύπτα ἐποίησεν, ἢ τὴν ἑαυτοῦ πάτρια ἐσκεύασεν. λέγει γὰρ ὧδε,

Αὖ ἔρυσαν μὲν σῶτα καὶ ἔσφαξαν καὶ ἔδειραν,
Μυρεῖ τ' ἐξέταμον, κατά τε κνίσῃ ἐκάλυψαν,
Δίπτυχα ποιήσαντες, ἐπ' αὐτῶν δ' ὠμοθέτησαν.

ἐν τούτοις γὰρ ὀσφὺς οὐδὲν ἐῤῥηται, ἢ ἐς τὰ ἱερεῖα χρέονται· μονώτατον γὰρ τῶν Ἑλλήνων τὸ Αἰολικὸν ἔθνος οὐ κατεῖ ὀσφύν. δηλοῖ δὲ καὶ ἐν τοῖσδε τοῖς ἔπεσιν ὅτι Αἰολεὺς ὤν, τοῖς νόμοις τοῖς τούτων ἐχρῆτο,

Καῖε δ' ὅτι μάλιστα ὁ γέρων, ὅτι δ' ἀμφὶ οἴνου
Λεῖβε· νέοι δὲ πάρ' αὐτὸν ἔχην πεμπώβολα χερσίν.

Αἰολέες γὰρ μόνοι τὰ σπλάγχνα ὅτι πέντε ὀβελοῖσιν ὀπτῶσιν, οἱ δὲ ἄλλοι Ἕλληνες ὅτι τριῶν. καὶ γὰρ ὀνομάζουσιν οἱ Αἰολεῖς τὰ πέντε, πέμπε. Τὰ μὲν οὖν ὑπὲρ τῆς γλώσσης καὶ τελευτῆς καὶ βίου δεδήλωταί μοι. Περὶ δὲ ἡλικίης τῆς Ὁμήρου, ἐκ τῶνδε ἂν εἷς ὁπισεπόμενος, ἀκριβῶς καὶ ὀρθῶς λογίζοιτο. ἀπὸ γὰρ τῆς εἰς Ἴλιον στρατείας, ἣν Ἀγαμέμνων καὶ Μενέλαος ἦγειραν, ἔτεσιν ὕστερον ἑκατὸν καὶ τριάκοντα Λέσβος ᾠκίσθη κατὰ πόλεις, πρότερον οὐδεμία πόλις. μετὰ δὲ Λέσβον οἰκισθεῖσαν ἔτεσιν ὕστερον εἴκοσι Κύμη ἡ Αἰολὶς καὶ Φρικῶτις καλεομένη ᾠκίσθη. μετὰ δὲ Κύμην, ὀκτωκαίδεκα ἔτεσιν ὕστερον Σμύρνα ὑπὸ Κυμαίων κατῳκίσθη· καὶ ἐν τούτῳ γίνεται Ὅμηρος.

ἀφ' οὗ

ἀφ' ἧς δὲ Ὅμηρος ἐγένετο, ἔτεά ἐστιν ἑξακόσια εἴκοσι δύο μέχρι τῆς Ξέρξεω διαβάσεως, ἐπ' ἣν στρατεύσαντος ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας, καὶ ζεύξαντος τὸν Ἑλλήσποντον, διέβη ἐκ τῆς Ἀσίης ἐς τὴν Εὐρώπην. Ἀπὸ ὧν τούτων ῥηϊδίως ἐστὶν ἀριθμῆσαι τὸν χρόνον τῷ ἐθέλοντι ζητεῖν ἐκ τῶν ἀρχόντων Ἀθηνήσι. τῷ δὲ Τρωϊκῷ ὕστερον γέγονεν Ὅμηρος ἔτεσιν ἑκατὸν ἑξηκοντα ὀκτώ.

Ab Homero autem nato anni sunt sexcenti viginti duo ad Xerxis vsq; in Græciam traiectum, qui videlicet iuncto pontibus Hellesponto cum exercitu ex Asia in EVropam penetrauit. Ex his igitur tempus illud calculo colligere facile fuerit ei qui prætorum Athenienſium rationem habuerit. Centum autem & sexaginta octo post Troianum bellum annis extitit Homerus.

ΤΕΛΟΣ

τῶν ἐννέα Μουσῶν Ἡροδότου τοῦ Ἁλικαρνασσῆος, ἡ ἐξηγήσιος τὰ περὶ Ὁμήρου.

APPEN-

APPENDIX
AD HERODOTVM,
De Legibus & Institutis tam Persicis quam AEgyptiacis.

Vt ea diuersis auctoribus ab H. STEPHANO *fuit adiecta.*

DE PERSARVM LEGIBVS ET INSTITVTIS, EX DIVERSIS historicis.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΕΡΣΙΚΩΝ ΝΟΜΩΝ ΚΑΙ ΕΘΩΝ, ΕΚ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΣΥΓΓΡΑΦΕΩΝ.

EX XENOPHONTE, *Pædiæ Cyri libro* I.

ΕΚ ΤΟΥ ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ, ΠΑΙΔΕΙΑΣ Κύρου βιβλίῳ α.

PRIMA his legibus cura à bono publico videtur initium sumere. Haud enim incipiunt itidem vt aliæ plurimæ ciuitates, quæ parentibus permittentes pro voluntate filios educare, & ætate prouectioribus pro arbitrio vitam agere, eis iubent ne furentur, ne rapiant, ne in *alienas* ædes ingrediantur vi, ne iniuste percutiant quenquã, ne adulterium patrent, ne [1] principis imperium detrectent, reliquaque huiusmodi eodem pacto. quod siquid horum transgressus quis fuerit, pœnam in eum statuerunt. At Persarum leges anticipantes, *maxime* curant ne initio tales sint ciues vt cuiusquam vel improbitatis vel turpitudinis desiderio capiantur.

Curant autem illud hoc pacto. Est illis forum quod vocatur liberum, vbi & regiæ, & alia sunt palatia. Hinc & venalia, circumforanei, & horum clamores atque ineptiæ in alium locum reiecta sunt, ne horum turba compositis eorum moribus qui institutionem adepti sunt, misceatur. Est autem forum circa palatia distributum in partes quatuor, quarum vna est puerorum, altera puberum, [2] tertia virorum, qui perfectam ætatem iam agunt:

Γίγνοιτο δ' ἂν καλῶς ἡ νόμοι ἀρχέσθαι τοῦ κοινοῦ ἀγαθοῦ ἐπιμελούμενοι. οὐ γὰρ ὁμοίως γε καὶ πλείσταις πόλεσιν ἄρχονται. αἱ μὲν γὰρ πλεῖσται πόλεις, ἀφέσασαι παιδεύειν ὅπως τις ἐθέλοι τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας, καὶ αὐλεῖν τοὺς πρεσβυτέρους ὅπως ἐθέλοιεν ἐφάγην, ἐπιτάττουσιν αὐλοῖς μὴ κλέπτειν, μὴ ἁρπάζειν, μὴ βίᾳ εἰς οἰκίαν παριέναι, μὴ παίειν ὃν μὴ δίκαιον, μὴ μοιχεύειν, μὴ ἀπειθεῖν ἄρχουσι, καὶ ἄλλα τοιαῦτα ὡσαύτως· ὧν δὲ τις τούτων τι παραβαίνῃ, ζημίας αὐτοῖς ἐπέθεσαν. οἱ δὲ Περσικοὶ νόμοι, προλαβόντες ἐπιμέλονται ὅπως τοῖς ἄρχουσι μὴ τοιοῦτοι ἔσονται οἱ πολῖται ὥστε πονηροῦ τινος ἔργου ἢ αἰσχροῦ ἐφίεσθαι.

Ἐπιμέλονται δ' ὧδε. ἔστιν αὐλὴ ἐλευθέρα ἀγορὰ καλουμένη, ἔνθα τὰ τε βασίλεια καὶ τὰ δημόσια χρήματα πεποίηται· ἐντεῦθεν τὰ μὲν ὠνία, καὶ οἱ ἀγοραῖοι, καὶ αἱ τούτων φωναὶ καὶ ἀποσκαλία ἀπελήλαται εἰς δημόσιον τόπον· ὡς μὴ μιγνύηται ἡ τούτων τύρβη τῇ τῶν πεπαιδευμένων εὐκοσμίᾳ. διήρηται δὲ αὕτη ἡ ἀγορὰ ἢ ὡς τὰ χρήματα ἐς τέτταρα μέρη· τούτων δ' ἔστιν ἓν μὲν παισίν, ἓν δ' ἐφήβοις, ἄλλο τελείοις ἀνδράσιν,

1 ⊙ 1 Magistratus imp. 2 Tertia eorum qui virilem ætatem attigerunt. *Vel*, eorum qui matura sunt ætate. *Sic paulo post.*

Aliàs lect. vide in meis annot.

κ. ὅπως τὰ πρεσβύτερα παραβαίνωσιν

κ. ζημίας κ. ἐπαγάγοιεν

κ. ἐπαγάγοιεν

ἄλλο τοῖς γὰρ τὰ στρατεύσιμα ἔτη γεγόνοσι. νόμῳ δὲ εἰς τὰς ἑαυτῶν χώρας ἕκαστοι τούτων πάρεισιν, ⓐ μὲν παῖδες, ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, καὶ ⓐ τέλειοι ἄνδρες· ⓐ δὲ γεραίτεροι, ὡς ἂν ἑκάστῳ συγχωρῇ· πλεῖν δὲ τ' τεταγμένας ἡμέρας, ἐν αἷς δεῖ ἄνδρας παρεῖναι. ⓐ δὲ ἔφηβοι καὶ κοιμῶνται τὰ ἀρχεῖα, σὺν τοῖς γυμνικοῖς ὅπλοις, πλὴν τῶν μεγαμηκότων. ὅτοι δὲ οὔτε ζητοῦνται, ἵν' μὴ συγγνικοῖς συγγραφῇ παρεῖναι· οὔτε πολλάκις ἀπεῖναι κακόν. ἄρχοντες δ' ἐφ' ἑκάστῳ τούτων τῶν μερῶν εἰσὶ δώδεκα· (δώδεκα γὰρ καὶ Περσῶν φυλαὶ διῄρηνται) καὶ ὅτι μὲν τοῖς παισὶν ἐκ τῶν γεραιτέρων *ἠρημένοι] εἰσὶν οἳ ἂν δοκῶσι τοὺς παῖδας βελτίους* ἄν] ἀποδεικνῦναι· ὅτι δὲ τοῖς ἐφήβοις, ἐκ τῶν τελείων ἀνδρῶν οἳ ἂν ἄνδρας τοὺς ἐφήβους βελτίους δοκῶσι παρέχειν· ὅτι δὲ τοῖς τελείοις ἀνδράσιν, οἳ ἂν δοκῶσι παρέχειν ἀνδρὶ μάλιστα τὰ τεταγμένα ποιοῦντας, καὶ τὰ προσταττόμενα ὑπὸ τῆς μεγίστης ἀρχῆς. εἰσὶ δὲ καὶ τῶν γεραιτέρων πρεσβύται ἠρημένοι οἳ παρεσκευάσθαι ὅπως καὶ αὐτοὶ τὰ καθήκοντα ἀποτελῶσιν.

Gr. γυμνικοῖς

Ἃ δὲ ἑκάστη ἡλικία προστέτακται ποιεῖν, διηγησόμεθα· ὡς μᾶλλον δῆλον γίγνηται εἴ τι ὀρθῶς ἐπιμέλονται ὡς ἂν βέλτιστοι εἶεν ⓐ πολῖται. ⓐ μὲν δὴ παῖδες εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶντες, μανθάνουσι δικαιοσύνην· καὶ λέγουσιν ὅτι ὅτι τοῦτο ἔρχονται, ὥσπερ περὶ ἡμῶν ⓐ τὰ γράμματα μανθάνουσι. ⓐ δὲ ἄρχοντες αὐτῶν διατελοῦσι τὸ πλεῖστον *μέρος] τῆς ἡμέρας δικάζοντες αὐτοῖς. γίγνεται γὰρ δὴ καὶ παισὶ πρὸς ἀλλήλους, ὥσπερ ἀνδράσιν, ἐγκλήματα καὶ κλοπῆς, καὶ ἁρπαγῆς, καὶ βίας, καὶ ἀπάτης, καὶ κακολογίας, καὶ ἄλλων οἵων εἰκός. οὓς δ' ἂν γνῶσι τούτων τι ἀδικοῦντας, μεμφθήσονται· κολάζουσι δὲ καὶ οὓς ἂν ἀδίκως ἐγκαλοῦντας εὑρίσκωσι. δικάζουσι δὲ καὶ ἐγκλήματος οὗ ἕνεκα ἂν θεσπιοι μισοῦσι μὲν ἀλλήλους μᾶλλα, δικάζονται δ' οὐχ ἥκιστα, ἀχαριστίας· ἢν ὅν ἂν γνῶσι δυνάμενον μὲν χάριν ἀποδιδόναι, μὴ ἀποδιδόντα δ', κολάζουσι καὶ τοῦτον ἰσχυρῶς. οἴονται γὰρ, τοῦ ἀχαρίστους, καὶ τοῦ θεοὺς ἂν μάλιστα ἀμελῶς ἔχειν, καὶ τοῦ γονέας καὶ πατρίδα καὶ φίλους. ἕπεσθαι δ' δοκεῖ μάλιστα τῇ ἀχαριστίᾳ ἡ ἀναισχυντία.

Lege vel ἧσσα (vt scribo in m. ann.) vel ἥκιστα, neutra partic. præfixa.

quarta vero eorum qui sunt emeriti. Legeque cautum est vt horum singuli locis suis adsint: pueri, quumprimum illuxerit, & eodem modo perfectæ ætatis viri: seniores vero, quum per ocium cuique licuerit, exceptis constitutis diebus, quibus adsint necesse est. At[1] adolescentes cubant etiam in palatiis [2] cum gymnicis armis: exceptis maritis, qui ne requiruntur quidem, nisi antea iussi adesse fuerint. At neque honestum *ducitur* sæpius abesse. Et præsunt cuiq; harũ partium duodecim principes. nam in duodecim tribus Persæ distributi sunt. Ij vero pueris præsunt qui *selecti* ex senioribus eos videantur reddituri quamoptimos: [3] adolescentibus autem, ex absolutæ ætatis viris illi qui per quam optimos eos existimentur effecturi. At ipsis absolutæ ætatis viris ii sunt *sunt præfecti*, quorum illi institutione censeantur quę constituta sunt & à magistratu maximo imperata, maxime præstituri. Electi etiã sunt prędides seniorum: qui prędsunt, quo hi quoque suo fungantur officio.

Quæ autem cuique ętati imperantur faciunda, enarrabimus, quo dilucidius fiat [4] diligentiamne adhibeant vt ciues sint quamoptimi. Pueri igitur ventitantes ad scholas, iustitiæ discendæ dant operam, aiuntque ita illos huic rei studere quemadmodum apud nos qui *eunt* ad litteras perdiscendas. Eorum autem magistri magnam diei partem consumunt in eorum disceptationibus iudicandis. Habent enim pueri quoq; inter sese, quemadmodum viri, accusationes & de furto, & de rapina, & de vi, & de fraude, & de maledicentia, & de aliis *criminibus*, vt & par est. Quos autem norint horũ aliquid deliquisse, eos plectunt. In illos item animaduertunt quos minus iure accusantes inuenerint. [5] Ac iudicia de illo etiam crimine exercent, quod est quidem in caussa cur homines mutuo se odio quammaxime insectentur, sed tamen ita vt ne minimum quidem iudicium de eo exerceant: nimirum de ingratitudine. ac quemcunque cognorint posse referre gratiam, nec referre, in hunc seueriſſime animaduertunt: quippe qui arbitrantur, eos qui sint ingrati, & deos maiorem in modũ negligere, & parentes, & patriam, & amicos. Ingratitudinem vero potissimũ impudentia sequitur.

---

1 Ephebi. *siue*, puberes, *vt paulo ante vertit.* 2 Cum armis quibus exercentur. 3 Ephebis (vel puberibus) ex maturæ ætatis viris. 4 *Legit* εἰ ἐπιμ. *at* ἢ ἐπιμέλονται *significat*, Qualem diligentiam adhibeant. 5 *Huius loci sensum inuerterat Philelphus.*

etenim

etenim hæc ad omnem turpitudinem maxima est dux. Docent etiam pueros temperantiam. ad quam discendam eis plurimum conducit quod vident senes ipsos toto die temperanter vitam agere. Tradunt præterea iis præcepta parendi magistratibus. Multum quoque huic rei conducit quod seniores magno studio parere magistratibus intuentur. Eosdem insuper docent vt & cibi & potus continentiam seruent: ad quos illos admodum adiuuat quòd ante oculos habent, seniores non prius abire ventris *implendi* gratia, quam præsides permiserint: quodque non apud matrem vescũtur pueri, sed apud magistrum, quando præsides significarint: feruntque domo pro cibo panem, pro obsonio nasturtiũ, ad potum vero, siquis sitiat, capedinem, vt ex flumine aquam hauriant. Ad hæc etiam discunt sagittandi & iaculandi artem. Atque ad sextum vsque & septimumdecimum ætatis annum hæc agunt pueri.

Dein vero in [1] puberum numerum exeunt: horum autem puberum talis est vita. Decem enim annos postquam pueritiam egressi fuerint, cubant (vt antea diximus) ad palatia, idque tum custodiendæ vrbis gratia, [2] tum ob temperantiæ studium. Videtur enim huic ætati maiorem in modum diligentia opus esse. Præstant etiam interdiu præfectis suã operam, sicui eis vsui sint pro republica. Et quum oportuerit, manent omnes ad palatia. Quum vero ad venationem rex exierit (id quod persæpe agit in mense) relinquit custodiæ dimidium. Habeant autem exeuntes oportet arcus, & iuxta pharetram, in vagina [3] mucronem, aut securim, præterea cratem, & [4] pila duo: vt & alterum emittant, & altero, si opus fuerit, cominus vtantur. Ob hanc autem rem publice dant operam venationi: & rex quemadmodum in bello se ducem eis præstat, & ipse tum venatur, tum vt alii venentur diligentiam adhibet, quod hæc eis verissima videtur meditatio rerum bellicarum. Etenim diluculo assuefacit surgere, frigoraque & calores tolerare. exercet etiam eos ad itinera & cursus. Necessarium etiam est sagitta bestiam ferire ac iaculo petere, vbicunque occurrerit. Quinetiam animum acui sæpe necesse est in venatione, vbi ferox aliqua bestia contra sese

καὶ γὰρ αὕτη μεγίστη δοκεῖ εἶ) ὅτι πάντα τὰ ἀφεχόμενα ἡμερόν. διδάσκουσι ὃ τοὺς παῖδας καὶ σωφρονίζω· μέγα ὃ συμβάλλεται εἰς τὸ μανθάνειν σωφρονεῖν αὖται ὅτι καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ὁρῶσιν ἀεὶ πᾶσαν ἡμέραν σωφρόνως διαγόντας. διδάσκουσι ὃ αὖται καὶ πείθεσθαι τοῖς ἄρχουσι· μέγα ὃ καὶ εἰς τοῦτο συμβάλλεται ὅτι ὁρῶσι τοὺς πρεσβυτέρους καὶ πειθομένους τοῖς ἄρχουσιν ἑκόντας. διδάσκουσι ὃ καὶ ἐγκρατεῖς εἶ) γαστρὸς καὶ ποτοῦ· μέγα ὃ καὶ εἰς τοῦτο συμβάλλεται ὅτι ὁρῶσι * καὶ] τοὺς πρεσβυτέρους οὐ πρόσθεν ἀπιόντας γαστρὸς ἕνεκα πρὶν ἂν ἀφῶσιν ⓐ ἄρχοντες· καὶ ὅτι οὐ τῇ μητρὶ σιτοῦνται ⓐ παῖδες, ἀλλὰ παρὰ τῷ διδασκάλῳ, ὅταν ⓐ ἄρχοντες σημήνωσι. φέρονται ὃ οἴκοθεν" ὅπου μὲν, ἄρτον, ὄψον ὃ, καρδαμον πιεῖν ὃ, ἐὰν τις διψῇ, κώθωνα, ὡς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἀρύσασθαι. πρὸς ὃ τούτοις μανθάνουσι τοξεύειν καὶ ἀκοντίζειν. μέχρι μὲν δὴ ἓξ ἐτῶν ἀπὸ ἡβεᾶς ⓐ παῖδες ταῦτα πράττουσιν.

Ἐκ τούτου δὲ εἰς τοὺς ἐφήβους ἐξέρχονται. οὗτοι δ' ἐὰν ⓐ ἔφηβοι διάγωσιν ὧδε. δέκα ἔτη ἀφ' οὗ ἂν ἐκ παίδων ἐξέλθωσι, κοιμῶνται μὲν πρὸς τὰ ἀρχεῖα, ὥσπερ προείρηται, καὶ φυλακῆς ἕνεκα τῆς πόλεως καὶ σωφρονίσεως. (δοκεῖ γὰρ αὕτη ἡ ἡλικία μάλιστα δεῖσθαι ἐπιμελείας) παρέχουσι ὃ καὶ τὴν ἡμέραν ἑαυτοὺς μάλιστα τοῖς ἄρχουσι χρῆσθαι, ἐάν τι δέωνται, ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ. καὶ ὅταν μὲν δὴ, πάντες μένουσι πρὸς τὰ ἀρχεῖα· ὅταν ὃ ἐξίῃ βασιλεὺς ἐπὶ" θήραν, ἐξάγει τὸν ἡμίσειαν τῆς φυλακῆς. ποιεῖ ὃ τοῦτο πολλάκις τοῦ μηνός. ἔχειν ὃ δεῖ τοὺς ἐξιόντας" τόξα μὲν καὶ τὸν φαρέτρην, καὶ ἐν κολεῷ κοπίδα, ἢ σάγαριν· ἔτι ὃ καὶ γέρρον, καὶ πάλτα δύο, ὥστε ὃ μὲν ἀφιέναι, τῷ δ', ἂν δέῃ, ἐκ χειρὸς χρῆσθαι. ἀφ' οὗ ὃ δημοσίᾳ τοῦ θηρᾶν ἐπιμέλονται, καὶ βασιλεὺς, ὥσπερ καὶ ἐν πολέμῳ, ἡγεμὼν αὐτοῖς ἐστι, καὶ αὐτός τε θηρᾷ, καὶ τῶν ἄλλων ἐπιμελεῖται ὅπως ἂν" θηρῶεν· ὅτι ἀληθεστάτη δοκεῖ αὕτη ἡ μελέτη τῶν πρὸς Ⓦ πόλεμον εἶ). καὶ γὰρ πρὸ αὐΐσασθαι ἐθίζει, καὶ ψύχη καὶ θάλπη ἀνέχεσθαι· γυμνάζει ὃ καὶ ὁδοιπορίαις καὶ δρόμοις. ἀνάγκη ὃ καὶ τοξεῦσαι θηρίον, καὶ ἀκοντίσαι ὅπου ἂν προσπίπτῃ. ἐν τῷ ψυχεῖ ὃ πολλάκις ἀνάγκη" θηρεύειν ἐν τῇ θήρᾳ, ὅταν μὴ τῶν ἀγχίμων θηρίων

γ. διέξιμι τὰς ἡμισείας φυλακὰς καταλιπὼν ποιεῖ δὲ τοῦτο καὶ πολλάκις.

γ. θηρεύειν. Vers. vlt. quidam libri γράφουσιν· quidam θηλάσθαι· sed ἀγρεύειν alij multi loci comprobant.

1 *Vel*, epheborum. *Phil. ita*, Dein vero vbi adolescentiam excesserunt, ita rursus degunt. 2 Tum vt temperantiæ studeant. *Vel*, vt temperantiam exerceant. 3 *Vide quod annotatum est in paginam 597 de hac voce.* 4 *Vel*, hastas duas: vt & alteram & altera, si opus fi

ἀνθιστῆται. παίειν μὲν γὰρ δεῖ ὃ ὁμόσε γιγνόμενον, φυλάξασθαι δὲ ὃ ὀπιφερόμενον. ὥστε οὐ ῥᾴδιον εὑρεῖν ἃ ἐν τῇ θήρᾳ ἄπεστι τῶν ἐν πολέμῳ παρόντων. ἐξερχόμενοι δὲ ὀπὶ τὴν θήραν, ἄριστον ἔχοντες πλεῖον μὲν, ὡς εἰκὸς, τῶν παίδων, ἄλλα δὲ ὅμοιον. καὶ θηρῶντες μὲν, οὐκ ἂν ἀρίστησαιεν· ἕως δέ κα δέῃ θηρίου ἕνεκα ὀπίσω ταμιεύεσθαι, ἢ ἐθέλωσι βουληθῶσι διατρίψαι περὶ τὴν θήραν, ὃ ἄριστον τοῦτο δειπνήσαντες, τὴν ὑστεραίαν αὖ θηρῶσι μέχρι δείπνου. καὶ μίαν ἄμφω * ταύτας] τὰς ἡμέρας λογίζονται), ὅτι μιᾶς ἡμέρας σῖτον δαπανῶσι. τοῦτο δὲ ποιοῦσι τοῦ ἕνεκα ἵνα καὶ ἐάν τι ἐν πολέμῳ δέῃ, δυνῶνται) τοῦτο ποιεῖν. καὶ ὄψον δὲ τοῦτο ἔχουσιν ⓐ τηλικοῦτοι ὄντες, ἃ ἂν θηράσωσιν· εἰ δὲ μή, τὸ κάρδαμον. εἰσὶ δέ τινες αὐτοῖς οἵτινες ἢ ἐσθίειν ἀνδῶσι, ὅταν κάρδαμον μόνον ἔχωσιν ὀπὶ τῷ σίτῳ, ἢ πίνειν ἀνδῶσι, ὅταν ὕδωρ πίνωσιν, ἀναμνησθήτω πῶς μὲν ἡδὺ μάζα καὶ ἄρτος πινομένῳ φαγεῖν, πῶς δὲ ἡδὺ ὕδωρ διψῶντι πιεῖν. οἱ δ' ἂν μόνουσαι φυλαὶ διατέλεσι μελετῶσαι ταῦτα δῆλα ἂν παῖδες ὄντες ἔμαθον, καὶ τοξεύειν καὶ ἀκοντίζειν· καὶ διαγωνιζόμενοι ταῦτα πρὸς ἀλλήλους διατελοῦσιν. εἰσὶ δὲ καὶ δημόσιοι τούτων ἀγῶνες, καὶ ἆθλα προτίθενται). ἐν ᾗ δ' ἂν τῶν φυλῶν πλεῖστοι ὦσι δαιμονέστατοι καὶ ἀνδρικώτατοι * καὶ ἥδιστα θηρῶντες,] ἐπαινοῦσιν ⓐ πολῖται, καὶ τιμῶσιν οὐ μόνον ⓦ νεῶν ἄρχοντα αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ ὅστις ἀνδρεῖς παῖδας ὄντας ἐπαίδευσε. χορὸν) ὃ τοῖς μόνοις τῶν ἐφήβων αἱ ἀρχαὶ, ἕως τι ἢ φερυρῆσαι δέησι, ἢ κακουργεῖς ἐρευνῆσαι, ἢ λῃστὰς ἐποδραμεῖν, ἢ ἄλλο τι ὅσα ἰσχύος ἢ τάχους ἔργα ἐστί. τοῦτο μὲν δὴ ⓐ ἔφηβοι πράττουσιν.

Lege, aut saltem in vellige, τοῖς ἐφήβοις δὲ καὶ τὴν τελείαν, ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ ἀσφαλουμένων

Ἐπειδὰν δ' αἱ δέκα ἔτη διατελέσωσιν, ἐξέρχονται) εἰς τοὺς τελείους ἄνδρας. ἀφ' οὗ δ' ἂν ἐξέλθωσι χορεύου ἐκ τῶν ἐφήβων, οὗτοι αὖ πέντε καὶ εἴκοσιν ἔτη διάγουσιν ὧδε. τοιοῦτον μὲν, ὥσπερ ⓐ ἔφηβοι, πρόχειρον ἑαυτοὺς ταῖς ἀρχαῖς χρῆσθαι ἕως ἂν δέῃ τὰ κοινοῦ ὅσα φερνοιῶντες τε ἤδη ἔργα ἐστὶ καὶ ἔτι δυναμένων. ἕως δέ που δέοι στρατεύεσθαι,

obiecerit. Nam & percutere oportet quæ occurrerit, & ab irruente sibi cauere. Quare haud facile in venatione eorum quicquam abesse reperiatur quæ inter bellandum accidunt. Exeuntes autem in venationem, prandium habẽt, & id quidem largius, vt par est, quam pueri, sed alioqui simile. Et donec quidem venantur, non prandent: sed siquid opus fuerit aut feræ ipsius gratia præstolari, aut aliter velint tempus terere inve- nando, hoc prãdio pro cœna vsi, rursum postridie venantur ad cœnam vsque: & duos hos dies pro vno supputant, quod vnius diei cibum consumunt. Hoc autẽ faciunt consuescendi gratia, vt, siquid facto opus fuerit etiam in bello, id facere possint. Ac illi quidem qui huius sunt ætatis, obsonium hoc habent quodcunque venati fuerint: sin minus, nasturtio vescuntur. Quod siquis eos existimat aut vesci iniucunde, quum aliud nihil præter [1] nasturtium addunt ad cibum, aut potu minus suaui vti, quum aquam bibunt, reminiscatur quanta cum voluptate maza paneque [2] vescuntur in fame, quamque suaue est bibere aquam in siti. At reliquæ tribus quæ *domo* manentes *in venationem non exeunt*, tum alia exercent quæ pueri didicerunt, tum vero sagittandi & iaculandi artem, & de his inter se assidue certant. Sunt præterea publici horum ludi præmiaque proposita. in qua autem tribu plurimi fuerint peritissimi fortissimique ac maxime fideles, horum laudatur à ciuibus & honoratur non præsens rector duntaxat, verumetiam illi qui eos in pueritia erudierunt. Et his adolescentibus vtuntur magistratus, [3] sicubi præsidio opus fuerit, vel ad maleficia inquirenda, vel ad insequendos latrones, vel ad alia agenda quæcunque aut virium aut velocitatis sunt opera. Ab adolescentibus ephebis igitur hæc geruntur.

Sed vbi annos decem absoluerint, euadunt in perfectæ ætatis viros: à quo tempore autem ex ephebis excesserint, hi rursus annos quinque & viginti ita degunt. Principio, quemadmodum adolescentes præsto sunt magistratibus, vt, siquid pro republica opus fuerit, se vtantur iis in rebus quæ prudentiam viresque requirunt. Quod si militiæ danda sit opera,

1 *Cicero interpretatur rectius*, Nasturtium adhibent ad panem. 2 Vescitur quis in f. 3 Siquid custodia opus habeat,

qui ita

qui ita sunt instituti, arcubus & pilis amplius non vtuntur, sed ensibus & armis quibus cominus pugnant, feruntque thoraca circa pectora, & in manu sinistra cratem, qualem habentes pinguntur Persæ: in manu autem dextera [1] gladium aut mucronem. Et ex huiusmodi viris magistratus omnes constituuntur, exceptis puerorum magistris.

At posteaquam annos quinque vigintique complerint, agentes hi ætatis annum aliquanto amplius quam quinquagesimum (illorum iam ætatem ingressi qui & sunt & vocantur seniores) non etiam in militiam eunt extra solum patrium, sed manentes domi iudicant omnes causas & publicas & priuatas. Iudicant etiam hi [2] causam mortis, iidemque legunt omnes magistratus. Quod siquis aut in [3] adolescentibus aut in viris deliquerit quippiam contra leges, deferunt eum singuli tribuni, & ex aliis qui voluerit. Quem seniores vbi audierint, ordine mouent. At ordine motus degit reliquam vitam cum ignominia.

Verum vt omnis Persarum respubl. clarius pateat, repetemus paulo altius. nunc enim ob ante dicta declarari queat paucis. Persæ dicuntur esse circiter centum viginti millia hominum. Horum nemo lege excluditur à dignitatibus atque magistratibus: sed licet omnibus Persis mittere filios ad publicas iustitiæ scholas. Verum qui possunt [4] filios per ocium alere, eos mittunt ad scholas: quibus vero *alendi* non est facultas, nequaquam mittunt. Qui autem fuerint apud publicos magistros instituti, licet iis inter [5] adolescentes eius ætatis opera exercere, aliis vero non licet. Qui rursus legitima inter adolescentes absoluerint, possunt hi inter viros versari, magistratuumque participes atque honorum fieri. At hi qui pueritiæ atque adolescentiæ legitima non obierint, inter viros non admittuntur. At hi rursus qui inter perfectæ ætatis viros sine reprehensione se gesserint, fiunt ex ordine seniorum. Et ita seniores hi constituuntur qui per omne honestatis genus vitam egerint. Et hæc est viuendi institutio, qua vtentes, optimos viros se fore existimant. Quin hoc etiam tempore testimonium durat tum moderati eorum victus, tum etiã

τέξα μὲν ⓐ οὕτω πεπαιδευμένοι σκέπη ἔχοντες σάδε παλτὰ, σγαυρούνται, τὰ δ' ἀγχέμαχα ὅπλα καλούμενα, θωρακά τε περὶ τοῖς στέρνοις, καὶ γέρρον ἐν τῇ ἀριστερᾷ, οἷον περ γράφουσιν) ⓐ Πέρσας ἔχοντες· ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ μάχαιραν ἢ κοπίδα. καὶ ἀπ' ἀρχαὶ ὅ πᾶσαι ἐκ τούτων καθίστανται), πλὴν ⓐ τῶν παίδων διδασκάλων.

Ἐπειδὰν δὲ τὰ πέντε καὶ εἴκοσιν ἔτη διατελέσωσιν, εἴησαν μὲν ἂν οὗτοι πλείονα ἢ πεντήκοντα ἐτῶν γεγονότες ἀπὸ γλυφᾶς· ἐξέρχονται δὲ πλησίον εἰς τὸν γερουσίους ὄντας τε καὶ καλουμένους. ⓐ δ' αὖ γερούσιοι οὗτοι σγαυροῦσι) μὲν σκέπη ἔξω τῆς ἑαυτῶν, οἵπερ ὃ μέλλοντες δικάζουσι τά τε κοινὰ πρῶτα καὶ τὰ ἴδια. καὶ θανάτου ὃ οὗτοι κρίνουσι, καὶ τὰς ἀρχὰς οὗτοι πάσας αἱροῦσι). καὶ ὧν τις ἢ ἐν ἐφήβοις ἢ ἐν τελείοις ἀνδράσιν ἐλλίπῃ τι τῶν νομίμων, φαίνουσι μὲν ⓐ φύλαρχοι ἕκαστον, κατὰ τῶν δήμων ὁ βουλόμενος· ⓐ ὃ γερούσιοι ἀκούσαντες ἐγκρίνουσιν. ὁ δ' ἐγκριθεὶς, ἄτιμος ⓐ λοιπὸν βίον διατρίβει.

Ἵνα δ' ἀφέστερον δηλωθῇ πᾶσα ἡ Περσῶν πολιτεία, μικρὸν ἐπάνειμι. νῦν γὰρ ἐν βραχυτάτῳ ἂν δηλωθείη διὰ τὰ προειρημένα. λέγω) μὲν γὰρ Πέρσας ἀμφὶ τὰς δώδεκα μυριάδας εἶ). τούτων δ' ὅσοι ἀπελήλαται) νόμῳ ἡμῶν καὶ ἀρχῶν, ἀλλ' ἔξεστι πᾶσι Πέρσαις πέμπειν τοὺς ἑαυτῶν παῖδας εἰς τὰ κοινὰ τῆς δικαιοσύνης διδασκαλεῖα. ἀλλ' ⓐ μὲν δυνάμενοι τρέφειν τοὺς παῖδας ἀργυρωτᾶς, πέμπουσιν· ⓐ δὲ μὴ δυνάμενοι, οὐ πέμπουσιν. οἱ δ' ἂν παιδευθῶσι τοῖς δημοσίοις διδασκάλοις, ἔξεστιν αὐτοῖς ἐν τοῖς ἐφήβοις νεανισκεύεσθαι· τοῖς δὲ μὴ διαπαιδευθεῖσιν οὕτως οὐκ ἔξεστιν. οἱ δ' ἂν ἐν τοῖς ἐφήβοις διατρίσωσι τὰ νόμιμα ποιούμενοι, ἔξεστι τούτοις εἰς τοὺς τρίτους ἀνδρας σωφρονίζεσθαι, καὶ ἀρχῶν καὶ ἀγώνων μετέχειν· οἱ δ' ἂν αὖ ἐν τοῖς παισὶ μὴ διατρίσωσιν, ἢ ἐν τοῖς ἐφήβοις, οὐκ εἰσέρχονται) εἰς τοὺς τελείους. οἱ δ' ἂν αὖ ἐν τοῖς τρίτοις διαγένωνται ἀνεπίληπτοι, οὗτοι τῶν γερουσιτέρων γίνονται). οὕτω μὲν δὴ ⓐ γερούσιοι διὰ πρώτων τῶν καλῶν ἐληλυθότες καθίστανται). καὶ ἡ πολιτεία αὕτη, ἣ οἶδα) χρώμενοι βέλτιστοι ἂν εἶεν). καὶ νῦν ὃ ἔτι ἐμμένει μαρτυρία καὶ τῆς μετρίας διαίτης αὐτῶν, καὶ τὸ

1 Vertit μάχαιραν *gladium*, & κοπίδα *mucronem*. Κοπίδας (inquit Curtius) vocant gladios leuiter curuatos, falcibus similes, queis appetebant belluarum manus. 2 De caussis capitalibus, 3 Puberibus. Gr. ephebis. 4 Filios ociantes alere: *vel*, in ocio. 5 Puberes Gr. ephebos. *Sic in sequent.*

οὐκ πονεῖσθαι τῷ διαιτᾶν. αἰσχρὸν μὲν γὰρ ἔτι καὶ νῦν ὅτι Πέρσαις καὶ τὸ ἀποπτύειν καὶ τὸ ἀπομύττεσθαι, καὶ τὸ φύσης μεστοὺς φαίνεσθαι. αἰσχρὸν δ' ἔτι καὶ τὸ ἰόντα που φανερὸν γίγνεσθαι ἢ τοῦ οὐρῆσαι ἕνεκα, ἢ καὶ ἄλλου τινὸς τοιούτου. ταῦτα δ' οὐκ ἂν ἠδύναντο ποιεῖν εἰ μὴ καὶ ἀφαίτῃ μετεῖχεν ἐχρῶντο, καὶ τὸ ὑγρὸν οὐκ πονοιῶντες ἀπήλασκον, ὥστε δηλή που ἀποχωρεῖν. ταῦτα μὲν δὴ περὶ πάντων Περσῶν ἔχομεν λέγειν.

laboribus coniuncti. Nam nunc quoque turpe est apud Persas & spuere, & emungi, & flatus videri plenos. Turpe item ducitur si quis conspiciatur quoquã ire aut meiendi, aut cuiusquam huiusmodi rei gratia. Quæ quidem facere nullo pacto possent nisi & victu modico vterentur, & humiditatem per laborem consumerent, ita vt ea alio quopiam secederet. Hæc igitur de Persis omnibus dicere possumus.

Vide & hunc locum ex huius operis libro V, in illis quæ sequuntur ea quæ è libro VIII. petita sunt.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, ἐν τῷ Παιδείας ἡ.

Apud eundem, Pædiæ VIII.

ΤΟΙΓΑΡΟΥΝ τοιοῦτος ὢν ἐποίησεν ὅπως ταῖς θύραις πολλὴ μὲν τῶν χειρόνων ὑποταξία, ἐπιεικόντων τοῖς ἀμείνοσι, πολλὴ δὲ αἰδὼς καὶ ὑποχωρήσις πρὸς ἀλλήλους. ἐπέγνως δ' ἂν ἐκεῖ οὐδένα οὔτε ὀργιζόμενον κραυγῇ, οὔτε χαίροντα ὑβριστικῶς γέλωτι. ἀλλὰ ἰδὼν ἂν αὐτοὺς ἡσυχῇ τῷ ὄντι εἰς καλλος ζῆν. τοιαῦτα μὲν δὴ ποιοῦντες καὶ ὁρῶντες ὅπως θύραις διῆγον. τῆς πολεμικῆς δ' ἕνεκα ἀσκήσεως ὅπως θήραν ἐζήτουν οἵαπερ ἀσκεῖν ταῦτα ὠήθη χρῆναι. ταύτῃ ἡσυχάζων καὶ ὅλως χαρίζων ἄσκησιν πολεμικὴν εἶ), καὶ ἱππικῆς δ' ἐπιθυμίαν. ἐν τῷ ἐγκράτειαν δ', καὶ πόνους καὶ ψύχη καὶ θάλπη καὶ λιμὸν καὶ δίψος δυνάσθαι φέρειν, οὐδαμοῦ μᾶλλον προσετίθει τοὺς καινωνας. καὶ νῦν δ' ἔτι βασιλεὺς καὶ οἱ ἀμφὶ βασιλέα ταῦτα ποιοῦντες διατελοῦσιν. ὅτι μὲν οὖν οὐκ ὤετο προσήκειν οὐδενὶ ἀρχῆς οὔσης μὴ βιαίων εἶναι τῶν ἀρχομένων, καὶ τοῖς προσειρημένοις πᾶσι δῆλον· καὶ ὅτι οὕτως ἀσκῶν τοὺς προσ ἑαυτὸν, πολὺ μᾶλλον αὐτὸς ἐπονεῖ καὶ τῇ ἐγκρατείᾳ καὶ τὰς πολεμικὰς τέχνας καὶ τὰς μελέτας. καὶ γὰρ ὅπως θήραν τοὺς μὲν ἀμφὶ ἐζήτουν, ὁπότε μὴ μηδὲν ἀναγκαῖον εἴη· αὐτὸς δ' ἂν καὶ ὁπότε ἀναγκαῖον εἴη, οἴκοι ἐθήρευε τὰ ἐν τοῖς παραδείσοις θηρία πεφυμένα. καὶ οὔτε αὐτὸς ποτὲ

ducebat, quando aliqua manendi necessitas non esset: quod si etiam necessitas talis accideret, ipse domi venabatur eas feras quæ in viuariis alebantur. Nec vero ipse vnquam

1 In aula sua. *vel*, in regia. 2 *Videtur legisse* ὑβριστικῷ. *Potest etiam reddi*, Neque gaudentem cum risu contumelioso. *vel*, insolente. 3 In aula. *vel*, in regia. 4 Eos qui è sodalitate erant. *vel*, è sodalitio.

ante-

antequam ſudaſſet cœnam capiebat, nec equis priuſquam eſſent exercitati, pabulum iniiciebat. Quinetiam ad hanc venationem inuitabat ſceptriferos ſuos. Itaque longe ipſe in omnibus honeſtis operibus excellebat, longe etiam præſtabant qui circa illum verſabantur, ob exercitationem aſſiduam. Et ſe quidem in tale exemplum proponebat. Præterea vero alios quoque & muneribus & magiſtratibus & [1] conſeſſionibus & omnibus donabat honoribus, quos maxime intuebatur quæ honeſta eſſent conſectari. Itaque multam omnibus iniiciebat æmulationem quo quiſque Cyro optimus videretur.

Inſuper *hoc* Cyri nobis videmur animaduertiſſe quod non hac re ſolum decere exiſtimabat principes ſubditis præſtare quod iis forent meliores, ſed etiam exiſtimabat opus eſſe vt eos *veluti* præſtigiis quibuſdam deciperent. Itaq; [2] elegit ſtolam Medicam & ipſe terre, [3] & vt familiares ea induerentur perſuaſit. Hæc enim viſa eſt ei occultare ſiquis defectum aliquem haberet in corpore: præterea indutos ea & pulchertimos & maximos oſtendere. Etenim calceos tales habent, in quibus qui eos ferunt clam aliquid ſubiicere poſſint, quo maiores eſſe videantur quam ſunt. Sinebatque vt oculos ſuppingerent coloribus, quo pulchrioribus quam eſſent oculis eſſe viderentur: & fricarentur, vt melius viderentur colorati quam natura eſſent. Exercuit eos inſuper vt neque ſpuerent palam, neque mucum emitterent: præterea ne ad quicquam ſpectandum conuerterentur, perinde quaſi miratentur nihil. Omnia vero hæc exiſtimabat aliquid conferre ad hoc vt minus forent ſubditis contemptui. Quos igitur cenſebat dignos qui aliis præeſſent, per ſeipſum tales reddidit exercitatione, & imperium in illos gerendo cum maieſtate: quos vero [4] deſtinabat ad ſeruiendum, horum neminem incitabat ad exercendos ingenuos labores, neque vt haberēt arma permittebat: verum curabat vt neque ſine cibo vnquam eſſent, neque ſine potu, ingenuatum exercitationum gratia. Etenim quando agebant feras in campos equitibus, cibum in venationē his ferre permittebat, liberorum autem nemini: & quando iter faciendum erat, agebat eos ad aquas, vt iumenta. quum item erat prandendi tempus, eos expectabat donec aliquid comediſſent, ne eſurirent. Itaque hi quoque eum, vt viri optimates, patrem vocabant, quod ſui ipſorum haberet curam, vt indubitato ſemper mancipia forent.

ὡρὶν ἱδρῶσαι δεῖπνον ἠρεῖτο, οὔτε ἵππους ἀγυμνάστους οἴκοι ἐνέβαλλε. συμπαρεκάλει δὲ καὶ εἰς ταὐτὰ τὰ θηρᾶν σὺν τῷ εἰδέναι αὐτὸν σκηπτουχεῖς. τιμᾶν δὲ πολὺ μὲν αὐτὸς διέφερεν ἐν πᾶσι τοῖς καλοῖς ἔργοις, πολὺ δὲ μᾶλλον ἐκεῖνον, ὅσῳ τιμᾶ ἀεὶ μελέτην. παράδειγμα μὲν δὴ τοιοῦτον ἑαυτὸν παρεῖχεν. τοὺς δὲ ταὐτῷ, καὶ τῶν ἄλλων οὕστινας μάλιστα ὁρᾷ τὰ καλὰ διώκοντας, τούτους καὶ δωρεαῖς καὶ ἀρχαῖς καὶ ἕδραις καὶ πάσαις τιμαῖς ἐγέραιρεν. ὥστε πολλῷ πᾶσι φιλοτιμίαν ἐνέβαλλεν ὅπως ἕκαστος ἄριστος φαίνοιτο Κύρῳ.

Καταμαθεῖν δὲ τὸ Κύρου δοκοῦμοι, ὡς οὐ τούτῳ μόνῳ ἐνόμιζε χρῆναι τοὺς ἀρχοντας τῶν ἀρχομένων διαφέρειν τῷ βέλτιόνας αὐτῶν εἶναι, ἀλλὰ καὶ καταγητύειν ὥστε χρῶνται αὐτοῖς. σολοικὸν τε χρῶν ἔλεγε τὸν Μηδικὸν αὐλὸν τε φορεῖν, καὶ τοὺς χιτωνίσκους ταὐτὰ ἔπεισεν ἐνδύεσθαι. αὐτὴ γὰρ αὐτῷ συγκρύπτειν ἐδόκει εἴτις τι ἐν τῷ σώματι ἐνδεὲς ἔχοι, καὶ καλλίστους καὶ μεγίστους ὑποδεικνύναι τοὺς φορεωτάς. καὶ γὰρ τὰ ὑποδήματα τοιαῦτα ἔχουσιν ἐν οἷς μάλιστα λαθεῖν ἔστι καὶ ὑποτιθεμένους τι, ὥστε δοκεῖν μείζους εἶναι ἢ εἰσί. καὶ ὑποχεῖσθαι δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔφασκεν, ὡς δυοφθαλμότεροι φαίνοιντο ἢ εἰσί, καὶ ἀντεῖδέσθαι, ὡς δυσχερωτέροι ὁρῷντο ἢ πεφύκασιν. ἐμελέτησε δὲ καὶ ὡς μηδὲ πτύοντες μηδὲ ἀπομυσσόμενοι φανεροὶ εἶεν· μηδὲ μεταστρεφόμενοι ὅτι δέοι μηδενός, ὡς σοβοῦντα δαιμάζοντες. πάντα δὲ ταῦτα ὥστε φέρειν τι εἰς τὸ δυσκαταφρονητότεροι φαίνεσθαι τοῖς ἀρχομένοις. οὓς μὲν δὴ ἄρχειν ὥστε χρῶνται δι' ἑαυτόν, οὕτω κατεσκεύασε καὶ μελέτῃ καὶ τῷ σεμνῶς τοσοῦτος αἰεὶ αὐτῶν· οὓς δ' οὐ κατεσκεύαζεν εἰς τὸ δουλεύειν, τούτοις οὔτε μελετᾶν τῶν ἐλευθερίων πόνων ἔδωκέ ποτε ὁρμᾶν, οὔτε ὅπλα κεκτῆσθαι ἐπέτρεπεν. ἐπεμέλει δ' ὅπως μήποτε ἄσιτοι μήτε ἄποτοι * ποτε] ἔσοιντο, ἐλευθερίων ἕνεκα μελετημάτων. καὶ γὰρ ὁπότε λαμπρύνοιεν τὰ θηρία τοῖς ἱππεῦσιν εἰς τὰ πεδία, φέρεσθαι σῖτον εἰς θήραν τούτοις ἐπέτρεπε, τῶν δὲ ἐλευθέρων οὐδενί. καὶ ὁπότε πορεία εἴη, ἦλθε αὐλοὺς ὥσπερ τὰ ὑποζύγια. καὶ ὁπότε ὥρα εἴη ἄριστου, ἀνέμενεν αὐλοὺς ἕως ἂν φάγοιέν τι, ὡς μὴ βουλιμιῷεν. ὥστε καὶ οὗτοι αὐλοὶ ὥσπερ οἱ ἄριστοι πατέρα ἐκάλουν, ὅτι ἐπεμέλετο αὐτῶν ὅπως ἀναμφιλόγως ἀεὶ ἀνδράποδα διατελοῖεν.

---

1 Sedibus. *Erant enim alia aliis honoratiores ſedes. vnde alibi* πωποτὲ τῶν ἕδρων *dicit.* 2 In animum induxit ſtol. 3 Et vt ſodalitia ea ind. *Vel,* illi inter quos ſodalitium erat. 4 Præparabat, *aut* comparabat. *vel,* aptos reddebat.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, πρὸς τὸ τέλος τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

Apud eundem, circa finem eiusdem libri.

γρ. δεξιὰ καὶ κεκλίσθαι

Ὅτι μὲν δὴ καλλίστη καὶ μεγίστη τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἡ τοῦ Κύρου βασιλεία ἐγένετο, αὐτὴ ἑαυτῇ μαρτυρεῖ. ὡρίσθη μὲν γὰρ πρὸς ἕω τῇ ἐρυθρᾷ θαλάττῃ· πρὸς ἄρκτον δέ, τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ· πρὸς ἑσπέραν δέ, Κύπρῳ καὶ Αἰγύπτῳ· πρὸς μεσημβρίαν δέ, Αἰθιοπίᾳ. τοσαύτη δὲ οὖσα μιᾷ γνώμῃ τῇ Κύρου ἐκυβερνᾶτο· καὶ ἐκεῖνός τε τοὺς ὑφ' ἑαυτῷ ὅσπερ ἑαυτοῦ παῖδας ἐτίμα τε καὶ ἐθεράπευεν, οἵτε ἀρχόμενοι Κύρον ὡς πατέρα ἐσέβοντο· ἐπεὶ μέντοι Κῦρος ἐτελεύτησεν, εὐθὺς μὲν αἱ παῖδες ἐστασίαζον, εὐθὺς δὲ πόλεις καὶ ἔθνη ἀφίσαντο, πάντα δ' ὅπῃ τις χείρων ἐπέπεσε.

Ὡς δ' ἐγὼ δηλῶ λέγω, ἀρξομαι διδάσκων ἐκ τῶν θείων. οἶδα γὰρ ὅτι πρότερον μὲν βασιλεὺς καὶ οἱ ἐκείνῳ καὶ τοῖς τὰ ἔσχατα πεποιηκόσιν εἴτε ὅρκους ὁμόσαιεν, ἠμπέδουν, εἴτε δεξιὰς δοῖεν, ἐβεβαίουν. εἰ δὲ μὴ τοιοῦτοι ἦσαν, καὶ τοιαύτην δόξαν εἶχον, *ὥστ' ἀν εἷς αὐτοῖς ὅπῃ τις θύειν] ὥσπερ τόδε νῦν πίστις θύει τόδε Ἑλλήνεσσιν ἔτι, ἐπεὶ ἔγνωσαν ἡ ἀσέβεια αὐτῶν· οὕτως τότε ὅπῃ τις θύσαιεν ἂν τῷ σωτῆρι Κύρῳ ἀναβαίνοντες στρατηγοί· νῦν δὲ διὰ τὴν πρόσθεν αὐτῶν δόξαν πίστις θύσαντες, ἐνεχείρισαν ἑαυτούς, καὶ ἀναβάντες πρὸς βασιλέα, ἀπετμήθησαν τὰς κεφαλάς. πολλοὶ δὲ καὶ τῶν συστρατευσάντων βαρβάρων ἄλλοι ἄλλαις πίστεσιν ἄλλα πιστεύσαντες ἀπώλοντο. πολὺ δὲ καὶ τῶνδε χείρονες νῦν εἰσί. πρόσθεν μὲν γὰρ εἴτις ἢ Μαγνησίαν θύσειε πρὸς βασιλέως, ἢ πόλιν ἢ ἔθνος ἑτοιμότερον ποιήσειεν, ἢ ἄλλο τι καλὸν ἢ ἀγαθὸν αὐτῷ Μασσαγέτῃ ἔδωκεν, οὕτω πάντα ἦν ὑμόφρονα. νῦν δὲ καὶ ἰὼν τις, ὥσπερ Λεομίθρης τὸν πατέρα Ἀρταβάζου καὶ τὰ τέκνα καὶ σὺν τοῖς φίλων παῖδας ὁμήρους τοῖς Αἰγυπτίῳ ἐγκαταλιπών, καὶ σὺν μεγίστοις ὅρκοις πίστας, βασιλεῖ δόξῃ τι σύμφορον ποιῆσαι, οὗτοί εἰσιν οἱ τοῖς μεγίστοις ὑμῆς γεραιόμενοι. ταῦτα οὖν ὁρῶντες οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ πάντες, ὅτι ὁ ἀσεβὴς καὶ ὁ ἄδικον τετραμμένοι εἰσίν. οἱοῖοί τινες γὰρ ἂν οἱ τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐκείνῳ ὑπήκοοι γίγνονται.

γρ. πάντα δὲ Περσικὰ καὶ Ἑλληνοπόντου πρὸς ἑσπέραν

γρ. αὐτῷ

γρ. πολλοὶ δὲ καὶ πίστ.

γρ. νῦν δὲ αὖ τις, ὥσπερ Μιθρεδάτης τὸν πατέρα Ἀρταβάζου καὶ παῖδας, καὶ ὥσπερ Λεομ.

Quod pulcherrimum quidem ac maximum regnorum omnium Asiæ, Cyri fuerit regnum ipsum de se testimonium præbet. Terminos enim habuit ad orientem mare rubrum, ad septentriones pontum Euxinum, ad occidentem Cyprum & Ægyptum, ad meridiem Æthiopiam. Id autem imperium quum tanta esset magnitudine, [1] vna Cyri sententia gubernabatur: qui etiam ipse subditos suos æque ac filios & honorabat & colebat: & Cyrum subditi perinde quasi patrem venerabantur. Vbi autem Cyrus excessit è viuis, continuo ipsi filii inter se dissedere, continuoque vrbes ac gentes defecere, sicque in deterius omnia versa sunt.

Quod autem vera à me narrantur, incipiam à rebus diuinis id docere. Noui enim & regem prius, & eos qui sub rege essent, etiam iis qui vltima scelera perpetrassent, siue iusiurãdum iurati essent, inuiolatum præstare, siue dextras dedissent, constantissime [2] obseruare solitos. Quod si tales non fuissent, & huiusmodi de se opinionem non præbuissent, ne vnus quidem credidisset eis: quemadmodum nunc nemo amplius credit, posteaquam cognita est eorum impietas: sic neque tunc illi credidissent duces militum qui vna cum Cyro ascenderant. At illi quum priori de iis opinioni credidissent, seipsos in manus eorum tradiderunt, & ad regẽ ducti obtruncati fuerunt. [3] Multi etiã eorum barbarorum qui vna militarant, alii alia decepti fide data, periere. Multo præterea etiam his in rebus nunc sunt deteriores. Antea enim siquis aut periculum subiisset pro rege, aut vrbem gentemve [4] in seruitutem redegisset, aut aliud quicquam præclarum aut vtile ei egisset, hi erant qui in honore habebantur: at nunc, etiam siquis, quemadmodum Leomithres, vxore ac liberis amicorumque filiis obsidibus apud Ægyptium relictis, maximumque iusiurandum transgressus, videatur aliquid emolumenti attulisse regi, hi sunt qui maximis præmiis honorantur. Hæc igitur videntes Asiatici omnes, ad impietatem & iniustitiam versi sunt. Quales enim fuerint præfecti, tales etiam qui sub ipsis sunt, vt plurimum euadunt.

1 *Vel,* Vno Cyri arbitrio gub. 2 Obseruare *quod pollicitis esset* sol. 3 *Sequitur ex parte lectionem margini adscriptam. Altera sonat,* Multo etiam quam hi nunc sunt deteriores. 4 In potestatem *eius* redeg *Vel, eius* imperio adiunxisset.

Hinc

Hinc igitur factum est vt omne fas magis contemnant quam antea. Iam vero circa pecunias hoc modo sunt iniquiores. non enim eos solum qui magnis se delictis fecerunt obnoxios, sed eos item qui nihil fecerunt iniuste, comprehensos cogunt nullo iure pecunias soluere. Quo fit vt nihilo illi minus qui videntur esse ditissimi, quam qui multa iniuste admiserunt, in metu sint: adeo vt neque [1] in manus hi ire velint potentiorum, neque audeant se adiungere exercitui regio. Igitur quicunq; bellum cum iis gerat, omnibus licet in regione ipsorum sine pugna versari vtcunq; velint, propter illorum tum impietatem erga deos, tum iniustitiam erga homines. Mentes igitur eorum ita sunt omnino nunc deteriores, quam antiquitus.

Quod autem nec corporum exercitationis curam gerunt, vt antea consuerant, nunc item hoc exponam. Lex enim erat apud eos neq; spuere, neque emungere: (est autem manifestum hæc eos lege sanxisse, non quia parcerēt corporis humori, sed quod vellēt per labores ac sudorem reddere corpora solidiora.) hoc vero tempore non spuere quidem neque emungi, adhuc perdurat, sed illud institutum se laboribus exercendi [2] desiit. Quinetiam antea erat Persis lege cautum comedere semel, quò toto die vterentur & circa res gerēdas & circa labores: hac vero tempestate semel cibum capere adhuc permanet, sed vesci incipientes ab eo tempore quo illi qui summo mane prandent, ad illorum vsque tempus comedere potareq; pergunt qui lectum tardissime petunt. Erat præterea lege cautum apud eos ne [3] vrcei importarentur in sympos̄ia: quippe qui putabant, si non nimis potarent, minus corpora menteſque labefactari: hac vero tempestate vrceos non importari, adhuc permanet: ac tantum bibunt vt non importent, sed ipsi exportentur, quum nequeant amplius [4] erecti egredi. Iam vero & ille mos patrius iis erat, vt, dum iter facerent, neque comederent, neq; biberent, neque quicquam eorum quæ propter hæc necessaria sunt, palam facerent: nunc autem ab iis abstinere, adhuc perdurat, sed itinera faciunt adeo breuia vt minime sit mirandum quod à rebus necessariis abstineant.

ἀθεμιτότεροι δὴ νῦν ἢ πρόσθεν ταύτῃ γεγόνασι. Εἰς χρημάτων κτήματα, τῇδε ἀδικώτεροί εἰσι· οὐ γὰρ μόνον τοὺς πολλὰ ἡμαρτηκότας, ἀλλὰ καὶ τοὺς οὐδὲν ἠδικηκότας συλλαμβάνοντες, ἀναγκάζουσι πρὸς οὐδὲν δίκαιον χρήματα ἀποτίνειν. ὥστε οὐδὲν ἧττον ἢ πολλὰ ἔχειν δοκοῦντες τῶν πολλὰ ἠδικηκότων φοβοῦνται· καὶ εἰς χεῖρας οὐδ' οὗτοι ἐθέλουσι τοῖς κρείττοσιν ἰέναι, οὐδέ γε ἀνθίζεσθαι εἰς βασιλικὸν στρατεύμα θαρροῦσι. τοιγάρ-
οὖν, ὅσοις ἂν πολεμῇ αὐτοῖς, πᾶσιν ἔξεστιν ἐν τῇ χώρᾳ αὐτῶν ἀναστρέφεσθαι ἄνευ μάχης ὅπως ἂν βούλωνται, διά τὴν ἐκείνων τοῖς μὲν θεοὺς ἀσέβειαν, τοῖς δὲ ἀνθρώπους ἀδικίαν. αἱ μὲν δὴ γνῶμαι ταύτῃ τῇ πρώτῃ χείρους νῦν ἢ τὸ παλαιόν, αὐτῶν.

Ὡς δὲ οὐδὲ τῶν σωμάτων ἐπιμέλονται ὥσπερ πρόσθεν, νῦν αὖ τοῦτο διηγήσομαι. νόμιμον γὰρ δὴ ἦν αὐτοῖς, μήτε πτύειν, μήτε ἀπομύττεσθαι· (δῆλον δὲ ὅτι ταῦτα, οὐ τοῦ ἐν τῷ σώματι ὑγροῦ φειδόμενοι, ἐνόμισαν, ἀλλὰ βουλόμενοι διὰ πόνων καὶ ἱδρῶτος τὰ σώματα στερεοῦσθαι) νῦν δὲ τὸ μὲν μὴ πτύειν μηδὲ ἀπομύττεσθαι, ἔτι διαμένει, τὸ δὲ πονεῖν οὐδαμοῦ ἐπιτηδεύεται. καὶ μὴν πρόσθεν μὲν ἐν τοῖς ἀνθρώποις νόμιμον, ὅπως ὅλῃ τῇ ἡμέρᾳ χρῷντο καὶ ἐς τὰς πρόξεις καὶ εἰς τὸ διαπονεῖσθαι· νῦν γε μὴν τὸ μὲν μονοσιτεῖν ἔτι διαμένει, ἀρχόμενοι δὲ τοῦ σίτου ὡίνεκα ὥσπερ θηρία ἅπαξ ἁρισῶντες, μέχρι νύκτωρ ἐσθίοντες καὶ πίνοντες διάγουσιν ἐς τε τὰ ὀψιαίτατα κοιμώμενοι. ὧν δὲ αὖ εἰς νόμιμον μηδὲ προχοΐδας εἰσφέρεσθαι εἰς τὰ συμπόσια, δηλονότι νομίζοντες τὸ μὴ ὑποπίνειν ἧττον ἂν καὶ σώματα καὶ γνώμας σφάλλειν· νῦν δὲ τὸ μὲν μὴ εἰσφέρεσθαι, ἔτι αὖ διαμένει· τοσοῦτον δὲ πίνουσιν ὥστε αὖθι τοῖς εἰσφέρειν αὖθις ἐκφέροντας, ἐπειδὴ μηκέτι δύνωνται ὀρθοῦμενοι ἔξιέναι. ἀλλὰ μὴν κἀκεῖνο ὧν αὐτοῖς ἐπιχώριον, τὸ μεταξὺ πορευομένους μήτε ἐσθίειν, μήτε πίνειν, μήτε τῶν διὰ ταῦτα ἀναγκαίων μηδὲν ποιουμένους φανερούς εἶναι· νῦν δ' αὖ τὸ μὲν τούτων ἀπέχεσθαι ἔτι διαμένει, τὰς μέντοι πορείας οὕτω βραχείας ποιοῦνται ὡς μηδ' ἂν ἐπὶ θαυμάσαι τὸ ἀπέχεσθαι τῶν ἀναγκαίων.

1 *Vel*, in potestatem venire. 2 Nusquam in vsu est. 3 *Vel*, amphoræ. *quia vrcei vasa sunt aquaria potius quam vinaria.* 4 Erecto corpore, *vel*, recto corpore.

Ἀλλὰ μὴν καὶ ὅτι θήραν τοσοῦτον μὲν τοσαυτάκις ἐξήεσαν ὥστε ἀρκεῖν αὐτοῖς τε καὶ ἵπποις γυμνάσια τὰς θήρας· ἐπεὶ δὲ Ἀρταξέρξης ὁ βασιλεὺς καὶ ⓐ σὺν αὐτῷ ἧττοις τοῦ οἴνου ἐγίγνοντο, οὐκέτι ὁμοίως οὔτε αὐτοὶ ἐξήεσαν, οὔτε τοὺς ἄλλους ἐξῆγον ὅτι τὰς θήρας· ἀλλὰ καὶ οἵπερ φιλόπονοι ἐνομίζοντο καὶ σὺν τοῖς τοτὲ αὖ τοῖς ἱππεῦσιν ἅμα θηρῶν, φθονοῦντες αὐτοῖς δῆλοι ἦσαν, καὶ ὡς βελτίονας αὐτῶν ἐμίσουν. ἀλλά τοι καὶ τοὺς παῖδας τὸ μὲν παιδεύεσθαι ὅτι τὰς δίκας, ἔτι διαμένει· τὸ μέντοι τὰ ἱππικὰ μανθάνειν καὶ μελετᾶν, ἀπέσβηκε, διὰ τὸ μὴ ἰέναι ὅπου ἂν ἀποφαίνοιντο βούλοιντο ἀνδρεῖοι.

Καὶ ὅτι γε ⓐ παῖδες ἀκούοντες ἐκεῖ τοτὲ τὰς δίκας δικαίως δικαζόμενας, ἐδόκουν μανθάνειν δικαιότητα, καὶ τοῦτο πάντα πάσιν αἰεὶ ἐφαίνετο. σαφῶς γὰρ ὁρῶσι νικῶντας ὁπότεροι ἂν πλεῖον διδῶσιν. ἀλλὰ καὶ τῶν φυομένων ἐκ τῆς γῆς τὰς δυνάμεις ⓐ παῖδες τοτὲ μὲν ἐμάνθανον, ὅπως τοῖς μὲν ὠφελίμοις χρῷντο τῶν δὲ βλαβερῶν ἀπέχοιντο· νῦν δ' ἔοικασι ταῦτα διδασκόμενοι, ὅπως ὅτι πλεῖστα κακοποιῶσιν. ὅδε μοι δοκῶ πλείους ἢ ἐκ ὅτε ἀποθνήσκουσιν, οὔτε διαφθείρονται ὑπὸ φαρμάκων.

Ἀλλὰ μὴν καὶ θρυπτικώτεροι πολὺ νῦν ἢ ἐπὶ Κύρου εἰσί. τότε μὲν γὰρ ἔτι τὴν ἐκ Περσῶν παιδείαν καὶ ἐγκράτειαν εἶχοντο, τῇ δὲ Μήδων στολῇ καὶ ἁβρότητι· νῦν δὲ τὴν μὲν ἐκ Περσῶν καρτερείαν τοτὲ ὁρῶσιν ἀποσβεννυμένην, τὴν δὲ τῶν Μήδων μαλακίαν διασώζοντας. σαφηνίσαι δὲ βούλομαι καὶ τὴν θρύψιν αὐτῶν. ἐκείνοις γὰρ τοτὲ μὲν τὰς εὐνὰς οὐ μόνον ἀρκεῖ μαλακὰς ὑποστρώννυσθαι, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν κλινῶν τοὺς πόδας ἐπὶ ταπήτων διδόασιν, ὅπως μὴ αὐτερείδηται ὁ δάπεδον, ἀλλ' ὑποείκωσιν αἱ τάπητες. καὶ μὴν τὰ πετόμενα ὅτι τραπέζην, ὅσά τε τοτὲ θύρηθεν, οὐδὲν αὐτῶν ἀφήρηται, ἀλλά τε αἰεὶ καινὰ ὅτι μηχανῶνται. καὶ ὄψα γε ὡσαύτως. καὶ γὰρ καινοποιηταὶ ἀμφοτεράν τούτων κέκτηνται. ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν τῷ χειμῶνι οὐ μόνον κεφαλὴν καὶ σῶμα καὶ πόδας ἀρκεῖ αὐτοῖς ἐσκεπάσθαι, ἀλλὰ καὶ τοτὲ ἄκρας τὰς χεῖρας χειρίδας δασείας καὶ δακτυλήθρας ἔχουσιν. ἐν γὰρ τῷ θέρει οὐκ ἀρκοῦσιν αὐτοῖς οὐθ' αἱ τῶν δένδρων οὐθ' αἱ τῶν πετρῶν σκιαί, ἀλλ' ἐν ταύταις ἑτέρας σκιὰς αὖθις μηχανώμενοι αὐτοῖς παρέχουσι.

Quin & ad venationem quoq; toties antea exibant vt pro exercitatione venationes satis essent & ipsis & equis: at vbi Artaxerxes rex, & qui ei erant familiares, redditi sunt [1] vino inferiores, non amplius eodē modo neq; ipsi egrediebantur, neq; alios educebant ad venationes: quin potius siqui laboris studiosi atq; industrii vna cum suis equitibus venarentur, aperte iis inuidebant, & vt seipsis meliores oderant. Præterea puerorū institutio [2] pro foribus adhuc perdurat: sed disciplina & exercitatio eorum quæ ad artem equestrem pertinent, extincta est, quoniam eo non eunt vbi specimen edendo gloriam consequantur.

Et quod pueri quū illic antea lites audirent secundū ius & æquū diiudicari, videbantur discere iustitiam, & hoc omnino in contrariū versum est: quoniā certo vidēt eos vincere *causſam* vtri plus dederint. Præterea eorū vim quæ è terra oriuntur, pueri antea discebant, quo vtilibus vterentur, & à pernicios abstinerent: nunc vero videntur hæc discere quo mala quamplurima perpetrent. Nusquam igitur plures quam illic, neq; moriuntur, neq; interficiuntur venenis.

πορφύρη Περσικῇ. αὐταὶ δὲ τὰς μὲν ἡμέρας κοιμῶνται, ἵνα νυκτὸς ἐγρηγορῶσι, τῆς δὲ νυκτὸς ἄδουσαι καὶ ψάλλουσαι διατελοῦσι λύχνων καιομένων. ἄγονται δὲ αὐταῖς καὶ πολλάκις ὁ βασιλεὺς διὰ τῆς τῶν μηλοφόρων αὐλῆς. ἔστι δὲ οὗτοι τῶν δορυφόρων, καὶ τῷ ὄντι πάντες Πέρσαι, ὅτι τῶν εὐφυῶν μῆλα χρυσᾶ ἔχοντες, χίλιοι τὸν ἀριθμόν. ἐκλεγόμενοι ἐκ τῶν μυρίων Περσῶν τῶν ἀθανάτων καλουμένων. καὶ διὰ τῆς τούτων αὐλῆς πεζὸς, ὑποδεδεμένων φοινικίδων Σαρδιανάς, ἐφ' ὧν οὐδεὶς ἄλλος ἐπέβαινεν ἢ βασιλεύς. ὅτε δ' εἰς τὴν ἐξάτιον αὐλὴν ἔλθοι, ἀνέβαινεν ὅτι τὸ ἅρμα, ἐνίοτε δὲ καὶ ἐφ' ἵππου· πεζὸς δ' οὐδέποτε ἐφοράθη ἔξω τῶν βασιλείων. εἰ δ' ὅτι ἠθέλησαν ἄξιοι, καὶ αἱ παλλακίδες αὐτῷ συνεξήεσαν. ὁ δὲ θρόνος ἐφ' ὧ ἐχρημάτιζε καὶ ἐθήμενος, χρυσοῦς ἦν, οὐ πολεῖς ἦσαν τέσσαρες λιονίσκοι λιθοκολλητοι, χρυσοῖ, ἐφ' ὧν διετέταστο ἱμάτιον ποικίλον, πορφυροῦν.

Fort. διάκαυ. id est, venationem. Scribo μηλοφόρικα.

Perſicarum primo) trecentæ mulieres. Hæ autem, vt noctu vigilent, interdiu ſomnum capiunt. Totam autem noctem canunt & citharam pulſant, ardentibus lucernis. Cum illis rex per ſtationem [1] clauatorum excubitorum perductis ſæpe etiam rem habet. E claſſe [2] haſtatorum clauatores ij fuerunt, omnes Perſæ natione, numero mille, virtutis ac fortitudinis ergo ſelecti ex decem Perſarum millibus, quos vocãt Immortales. In horum ſummis haſtilibus aurea mala extabant, vnde & nomen. Per illorum ſtationem pedibus rex tranſibat, tapetibus glabris ſubſtratis, Sardianos appellant, per quos incedere alii nemini quam regi conceſſum erat. Ad extremam illorum ſtationem quum rex peruenisſet, in curtum aſcendebat, & aliquando in equum. Nunquam certe pedes è regia progrediebatur. Ad fores vſque ſi prodiret, exibant cum eo pellices. Solium in quo ſedens ius dicebat, reſponſaque dabat legationibus, aureum, quatuor aureis & gemmatis columellis circumpoſitis ſuſtinebatur, ſuper quibus variam purpureamque veſtem extendebant.

ΕΚ ΤΩΝ ΚΛΕΑΡΧΟΥ τῦ Σολέως.

EX CLEARCHO, Solenſi.

Non ſolum autem eodem in libro habentur iſta Clearchi apud illum, ſed proxime ſequuntur illum Heraclidis locum, vbi μηλοφόρων fit mentio, ſicut hic μηλοφορείας.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ.

Apud eundem, eodem in libro.

ΚΛΕΑΡΧΟΣ δὲ ὁ Σολεὺς, ἐν τετάρτῳ βίων, περιπὼν περὶ τῆς Μήδων τρυφῆς, καὶ ὅτι διὰ ταύτην πολλοὺς ὠνήσατο τῶν περιοίκων, ὑπιφέρει, καὶ τὴν ἀπὸ Μήδων ἐλθεῖν Πέρσας μηλοφορείαν, μὴ μόνον ὧν ἔπαθον τιμωρεῖν, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν δορυφορούντων τρυφῆς, εἰς ὅσον ἦλθον ἀνανδρίας, ὑπόμνημα.

CLEARCHVS Solenſis quarto Vitarum libro, quum de Perſarum luxu loquutus eſſet, & dixiſſet eos propter hunc multos ex accolis caſtraſſe: addit, hanc etiam quę à Medis ad Perſas tranſiit [3] melophoriam, non ſolum pœnas de Perſis exegiſſe iniuriarum quas ab illis acceperant, ſed etiam fuiſſe ſatellitum luxus documentum, ad quam effeminatos mores deueniſſent.

ΕΚ ΤΩΝ ΑΓΑΘΟΚΛΕΟΥΣ.

Παρὰ τῷ Ἀθηναίῳ, ἐν τῷ ιβ.

EX AGATHOCLE.

Apud Athenæum, libro XII.

Malim πίνειν

ΑΓΑΘΟΚΛΗΣ δ' ἐν τρίτῳ περὶ Κυζίκου, ἐν Πέρσαις φησὶν εἶναι καὶ χρυσῆν καλουμένην ὕδωρ. εἶναι δ' ὅτι λιβάδας ἑβδομήκοντα, καὶ μηδένα πίνειν

AGATHOCLES libro III. de Cyzico, apud Perſas aquam eſſe tradit quam aureã appellãt, nimirũ ſcaturigines ſeptuaginta: è quibus ſoli bibebant

1 Sic Dalechamp. Sonat autem μηλοφόροι mala geſtantes, ſeu malorum geſtatores. *Cuius appellationis ratio paulo poſt redditur.* Quidam μηλοφόροι interp. pluribus verbis, Haſtilia gerentes aureis malis præpilata. 2 *Intellige* ſatellitum: *qui δορυφόροι dicti ſunt quod haſtas gererent.* 3 *Vide in præcedente Heraclidis loco quæ margini adſcripta ſunt de voce* μηλοφόροι.

rex

rex ipse ac maximus natu filius: aliorum si quis biberit, morte pœnas luit.

EX CHARETE Mitylenæo.

Apud eundem Athenæum, eodem libro.

CHARES autem Mitylenæus libro quinto historię Alexandri, Ad tantum, inquit, luxum processerunt Persarum reges, vt supra verticem regii cubilis superne esset cœnaculum quinque lectos habens: in quo quinque talentorum auri millia reposita semper erant. Atque hoc *cœnaculum* ceruical regium appellabant. Ad pedes autem *cubilis erat* alterum cœnaculum tres lectos habens, vbi tria talentorum argenti millia reposita erant. atque *hoc cœnaculum* scabellũ regis, *siue subsellium*, vocabant. Quinetiam vitis aurea [1] gemmis ornata in eius cubiculo erat super ipso cubili. Hãc vero vitem Amyntas, in libro quem σαθμοὶς inscripsit, racemos etiã habuisse scribit ex pretiosissimis gemmis compositos: ac non procul ab ea repositum fuisse craterem aureum, Theodori Samii opus.

ἀπ' αὐτοῦ ἦν μόνον βασιλέα καὶ ⟨Ϛ⟩ πρεσβύτατον αὐτοῦ τῶν παίδων. τὸν δ' ἄλλων ἐάν τις πίῃ, θάνατος ἦν ζημία.

ΕΚ ΤΩΝ ΧΑΡΗΤΟΣ τοῦ Μιτυληναίου.

Παρὰ τῷ αὐτῷ Ἀθηναίῳ, ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ.

ΧΑΡΗΣ δ' ὁ Μιτυληναῖος ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν περὶ Ἀλέξανδρον ἱστορία, Εἰς τοῦτο, φησίν, ἦλθον τρυφῆς οἱ τῶν Περσῶν βασιλεῖς, ὥστε ἔχεσθαι τῆς βασιλικῆς κλίνης ὑπὲρ κεφαλῆς οἴκημά τι πεντάκλινον, ἐν ᾧ χρυσίου πεντακισχίλια ἀργυρίου δὲ ἔκειντο τάλαντα. καὶ τοῦτο ἐκαλεῖτο περικεφάλαιον βασιλικόν. καὶ περὶ ποδῶν, ἕτερον οἴκημα τρίκλινον, οὗ τάλαντα τρισχίλια ἔκειτο ἀργυρίου· καὶ περισπηρύετο βασιλικὸν ὑποπόδιον. ὧν ἦν ἐν τῷ κοιτῶνι λιθοκόλλητος ἄμπελος χρυσῆ ὑπὲρ τὴν κλίνης. τὴν δ' ἄμπελον ταύτην Ἀμύντας φησὶν, ἐν τοῖς σαθμοῖς, καὶ βότρυας ἔχειν ἐκ τῶν πολυτελεστάτων λίθων συγκειμένους. ὑπάρχειν τε ταύτης ἀνακεῖσθαι κρατῆρα χρυσοῦν, Θεοδώρου τοῦ Σαμίου ποίημα.

---

1 Q. *d.* Cui gemmæ agglutinatæ erant. *Vel*, gemmas agglutinatas habens.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ

ΑΙΓΥΠΤΙΑΚΩΝ ΝΟΜΩΝ ΚΑΙ ΕΘΩΝ, ΕΚ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΙΣΤΟΡΙΚΩΝ, ΚΑΙ ΑΛΛΩΝ ΣΥΓΓΡΑΦΕΩΝ.

ΕΚ ΤΩΝ ΝΥΜΦΟΔΩΡΟΥ, ἐν τῇ τρισκαιδεκάτῳ τῆς βαρβαρικῶν.

ΕΘΕΣΙ δὲ, τὰ μὲν ἀνδρείοις, τὰ δὲ ὁμοίοις χρῶνται τοῖς Ἕλλησι. τὸ μὲν γὰρ ἄρχεσθαι τοῖς πρεσβυτέροις τοὺς νεωτέρους, ὁμοίως καὶ ἡμῖν διοικοῦσι, τῆς δὲ ἄλλων οὐδενός. ἐν μὲν γὰρ τοῖς Ἕλλησιν οἱ μὲν ἄνδρες τὰ κατὰ τὴν ἀγορὰν οἰκονομοῦσιν, αἱ δὲ γυναῖκες, ἔνδον μένουσαι, ταλασιουργοῦσιν· ἐκεῖ δὲ αἱ μὲν γυναῖκες ἐν ἀγορᾷ περιπατοῦσι καὶ καπηλεύουσιν, οἱ δὲ ἄνδρες κατὰ τὴν οἰκίαν ὑφαίνουσιν. ὁ γὰρ Σέσωστρις, ἐκθηλύναι τοὺς ἄνδρας βουλόμενος, ἅτε μεγίστης χώρας κεκρατηκὼς καὶ πολλοὺς ὄντας, ὅπως μὴ συστραφέντες ἐπ' ἰσομοιρίαν ὁρμήσωσι, τὰ μὲν ἐκείνων ἔργα ταῖς γυναιξὶ, τὰ δὲ τῶν γυναικῶν ἐκείνοις προσέταξεν· ἵνα μὴ μόνον τῶν ὅπλων ἀναγκαίως στερηθέντες, ἀλλὰ καὶ τῷ ψυχρῷ ἐπὶ τῶν βαπτηδευμάτων ἀνεθέντες, ἀσθενῶς ὑπὸ τοῖς ἐπ' ἀρχοισι καταμένωσιν. ὅθεν τοὺς μὲν, φλοιοὺς εἰ), τὰς δὲ ἀνιέναι τὰς τείχας προσέταξε· καὶ τοὺς μὲν ὑπὸ τῇ κεφαλῇ φέρειν τὰ φορτία, τὰς δ' ὑπὲρ τῶν ὤμων, ἠνάγκασεν· ἔπειτα δ', τοὺς μὲν, καθημένους, τὰς δ', ὀρθὰς ἑστῶσας οὐρεῖν. καὶ ταῖς μὲν δύο ἱμάτια προσέβαλε, τοῖς δ', ἕν· ἐπολαμβάνων ἅμα τοῖς βαπτηδεύμασι καὶ τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἐκθηλύνεσθαι. ὃ καὶ Λυδοῖς ὕστερον συμπεσεῖν φασι.

DE AEGYPTIACIS LEGIBVS ET INSTITVTIS, E DIVERSIS historicis, & aliis scriptoribus.

EX NYMPHODORO, *in* XIII. *rerum barbaricarum.*

INSTITVTIS autem partim contrariis partim similibus vtuntur iis quibus& Græci. Nam in hoc vt iuniores senioribus de via cedant, eodem quo nos modo se gerunt: in aliis rebus nequaquam. Apud Græcos enim viri quidem res in foro agendas administrant, at mulieres, domi manentes, lanificio dant operam: illic vero mulieres quidem in foro ambulant & cauponariam exercent, at viri domi textoriã. Sesostris enim, viros effeminare volens, vtpote quum multi & in regione amplissima essent, ne conspiratione inter se facta ad consequendam iuris æquabilitatem animum conuerterent, illorum opera mulieribus, at muliebria illis assignauit: vt non solum armis priuati (quod necesse erat illis contingere) sed etiam propter eam animorum remissionem quæ illud vitæ genus consequebatur, libenter in eodem rerum statu permanerent. Vnde etiam hos quidem glabros esse, at illas capillos promittere imperauit: & hos super capitibus onera portare, illas super humeris, coegit. Deinde vero, hos quidem, sedentes, illas vero corpore erecto meiere. Insuper mulieribus quidem amicula duo, at viris vnicum dedit: existimans, animos etiam effeminari eorum qui vitam ita instituerent. Quod Lydis quoque postea euenisse ferunt.

ΕΚ ΤΩΝ ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ, ἐν τῷ ιζ.

ΠΑΡΑΠΛΕΥΣΑΝΤΙ δ' ἐστὶν ἐφ' ἑκατὸν σταδίους, πόλις ἐστὶν Ἀρσινόη. Κροκοδείλων δ' πόλις

EX STRABONE, libro XVII.

PRÆTERNAVIGANTI hæc ad centum stadia, vrbs est Arsinoe, quæ olim Crocodilorum vrbs dicebatur.

tur. In hac enim præfectura mirum in modum colitur Crocodilus: & est sacer apud eos, in lacu quodam seorsum nutritus, & sacerdotibus mansuetus: ac Suchus vocatur. Nutritur autem pane, carne & vino, quæ à peregrinis afferuntur ad eiusmodi spectaculum venientibus. Hospes itaque noster, vnus [1] ex honoratis viris, qui nobis sacra commonstrabat, ad lacum vna accedens, placentulam, & carnem assam, & quoddam mulsi vasculum è cœna attulit. Bestiam in ripa lacus inuenimus: ex sacerdotibus alii eius os aperuerunt, alius placentam ingessit, postea carnē: deinde mulsum infudit. Ille in lacum desiliens, in vlteriorem partem traiecit: quumque alius hospes aduenisset, & similiter primitias attulisset, cursu lacum circumeuntes itidem inuento Crocodilo obtulerunt.

Malim αὐτῷ cū ἐπὶμων cohærere.

Post Arsinoiticam Heracleoticamque præfecturam est Herculis ciuitas, in qua colitur Ichneumon, contra morem Arsinoitarum. Hi enim Crocodilos colunt, (& propterea fossam habent Crocodilis plenam, & Mœridis lacum, nam venerantur, & ab eis abstinent) Heracleoræ autem *colunt* Ichneumones, qui Crocodilis & Aspidibus pernicioſissimi sunt. nam & earum oua delent, & ipsas bestias interficiunt, luto armati, *&c.*

Sequitur Cynopolitana præfectura, & Canum vrbs, in qua Anubis colitur, & honor & [2] sacer quidam cibus canibus est constitutus.

In vlteriore regione est Oxyrynchus ciuitas, & præfectura eodem nomine. Hîc Oxyrynchus colitur, & Oxyrynchi templum est: quamuis etiam ceteri Ægyptii omnes Oxyrynchum piscem colant. Sunt etiam quædam animalia quæ Ægyptii vniuersi colūt, vt de terrestribus tria, bouem, canem, felem: è volatilibus accipitrem atque ibin: ex aquatilibus duo, lepidotum (id est squamatum) piscem, & Oxyrynchum. Sunt & quæ seorsum coluntur. Sic Saitæ & Thebani ouem: Latum vero, qui piscis quidam est in Nilo, Latopolitani: lupum Lycopolitani, Cynocephalū Hermopolitani, Cepum Babylonii, qui sunt iuxta Memphim. Cepus faciem habet satyro similem, cetera inter canem atque vrsum: in Æthiopia nascitur. Aquilam Thebani, leonem Leontopolitani, capram & hircum Mendesii,

Malim τῷ

χ. κῆπον. χ. καὶ κῆβοι

---

1 Ex honoratis ibi viris, 2 Sacra quædam cibatio. *Vel potius*, sacer quidam cibatus. *Magis enim est in vsu hoc quam illud.*

μυγάλεω ὃ Ἀθριβῖται· ἄλλοι δ' ἄλλο π. Ταῖς δ' αἰτίας οὐχ ὁμολογουμένας λέγουσιν.

Καὶ μετ' ἄλλα,

Ἐν δὲ τῇ Ἀβύδῳ μόνοις τὸν Ὄσιριν. οὐ γὰρ ἱερῷ τῷ Ὀσίριδος ὁσίους ἔξεστιν, οὔτε ᾠδόν, οὔτε αὐλητήν, οὔτε ψάλτην ἀπάρχεσθαι τοῦ θεοῦ, καθάπερ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ἔθος.

Μετὰ δὲ τὴν Ἄβυδον Διόσπολις ἡ μικρά· εἶτα Τέντυρα πόλις. ἐνταῦθα δὲ διαφερόντως παρὰ τοὺς ἄλλους Αἰγυπτίους ὁ κροκόδειλος ἐμίσηται, καὶ ἔθνος τῶν ἀπάντων θηρίων νενόμισται. μόνοι γὰρ ἄλλοι, καθάπερ εἰδότες τὴν κακίαν τοῦ ζώου, καὶ ὡς ὀλέθριον τοῦ αὐθρώπου φύσει, σέβονται ὅμως, καὶ ἀπέχονται· οὗτοι δὲ πάντα τρόπον αὐτοῖς χρῶνται, καὶ διαφθείρουσιν αὐτούς. ἔνιοι δ' ὥσπερ τοὺς Ψύλλους τοὺς πρὸς τὴν Κυρηναίαν, φυσικήν τινα ἀντιπάθειαν ἔχειν πρὸς τὰ ἑρπετά, οὕτως καὶ τοὺς Τεντυρίτας φασὶ πρὸς τοὺς κροκοδείλους, ὥστε μηδὲν ὑπ' αὐτῶν πάσχειν, ἀλλὰ καὶ κολυμβᾶν ἀδεῶς, καὶ διαφορεῖν, μηδενὸς ἄλλου θαρρύνοντος.

Ὑπὲρ δὲ τοῦ Μεμνονείου, σπήλαι βασιλέων ἐν πετραίοις λατομηταί, πρὸς τεσσαράκοντα, θαυμασίως κατεσκευασμένοι, θέας ἄξιαι. ἐν δὲ ταῖς σπήλαις ὅπου τινὰν ὀβελίσκων· ἀναγεγραφαὶ δηλοῦσαι τὸν πλοῦτον τῶν τότε βασιλέων, καὶ τὴν ὑπήκοον, ὡς μέχρι Σκυθῶν, καὶ Βακτρίων καὶ Ἰνδῶν καὶ τῆς νῦν Ἰωνίας διατείνασαν· καὶ φόρων πλῆθος, καὶ στρατιὰς πρὸς ἑκατὸν μυριάδας. λέγονται δὲ καὶ ἀστρονόμοι καὶ φιλόσοφοι μάλιστα ἐνταῦθα ἱερεῖς. τούτων δ' ἴδιόν τι καὶ τὰς ἡμέρας μὴ κατὰ σελήνην ἄγειν, ἀλλὰ κατὰ ἥλιον, τοῖς τριακονθημέροις δώδεκα μησὶν ἐπαγόντων πέντε ἡμέρας κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον· εἰς δὲ τὴν ἀναπλήρωσιν τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ ὑπερέχοντος μορίου τινὸς τῆς ἡμέρας, πρόσθον τινὰ συναθροίσαι ἐξ ὅλων ἡμερῶν, καὶ ὅλων ἐνιαυτῶν, τοσούτων ὅσα μόρια τὰ ὑπερέχοντα συνελθόντα ποιεῖ ἡμέραν. ἀναθέσαι δὲ τῷ Ἑρμῇ πᾶσαν τὴν τοιαύτην σοφίαν· τῷ δὲ Διΐ, ὃν μάλιστα τιμῶσιν, βουλεσάτην καὶ ἥρως λαμπροτάτου παρθένος ἱερᾶται, αἳ καλοῦσιν Ἕλληνες παλλάδας. αὕτη δὲ καὶ παλλακεύει καὶ σώζεσιν οἷς βούλεται, μέχρις ἂν ἡ φυσικὴ ῥύμη τοῦ σώματος καθαροῖς· μετὰ δὲ τὸν καθαρσιν δίδοται πρὸς ἄνδρας.

murem araneum (siquidem hoc est mygale Græcorum) Athribitæ, alii aliud. Caussas vero afferunt inter se non consentientes.

Et quibusdam interiectis,

Abydi Osiris colitur. in eius templo non licet, nec cantori, nec tibicini, nec citharœdo sacrificium auspicari: quemadmodum mos est aliis deis.

Post Abydum est parua Diospolis, inde Tentyra vrbs. Eius incolæ præter ceteros Ægyptios excellenter Crocodilum detestantur, & ex omnibus beluis inimicissimum habent. Nam ceteri quanquam eius animalis malitiam norint, & humano generi [1] pernicioſum existiment, Tentyritæ omnibus modis eos peruestigant, atque occidunt. Sunt qui dicant, quemadmodum Psylli apud Cyrenaicam regionem naturalem quãdam vim habent aduersus serpentes: sic & Tentyritis esse contra Crocodilos, vt nihil ab eis damni accipiant, sed intrepide vrinentur, & aquam tranent, alio nemine audente, &c.

Supra Memnonium autem sunt regum loculi in speluncis quibusdam in lapidem inciſi, exciter XL. mirum in modum structi, spectatuque sane digni. Iuxta hos in obeliscis quibusdam inscriptiones sunt, quæ regum illorum diuitias ac potentiam declarant, atque imperium vsque in Scythiam, & Bactrianam, & Indiam, & quæ nunc Ionia dicitur, propagatum. Item tributorum magnitudinem, & exercitus circiter mille millia. Thebani maxime sacerdotes astronomiam philosophiamque exercere dicuntur. hi non lunæ sed solis cursu annos numerant, triginta dierum duodecim mensibus, quorum quisque XXX. constet diebus: quinque dies quotannis adiicientes. Ad totius vero anni complementum quum quædam diei particulæ excurrant, circuitionem quandam componunt è totis diebus, totisq; annis. quot particulæ excurrentes & exeuntes diem conficiunt. Huiusmodi sapientiam omnem Mercurio in primis tribuunt. Ioui, quem præcipue colunt, virgo quædam genere clarissima & specie pulcerrima sacratur: quales Græci pallacas (hoc est pellices) vocant. Ea pellicis more, cum quibus vult coit, vsque ad naturalem corporis purgationem. Post purgationẽ viro datur:

κροκοδείλους

κροκοδείλους

---

1 *Sic implendus hic locus*, pernic. existiment, venerantur tamen, & ab eo manus abstinent: at Tent. 2 *Male* παλλακεύει: *legit pro* παλλάδας.

sed prius

sed prius quam nubat, post pellicatus tempus, in mortuæ morem lugetur.

Post Thebas est Hermonthis ciuitas, in qua Apollo & Iupiter coluntur: hic etiam bos alitur. Deinde est Crocodilorum vrbs quę eam beluã colit. Hinc Veneris vrbs, & postea Latopolis quæ Palladem & Latum colit. Postea Lucinæ ciuitas, & eius templum. In vlteriore regione est Accipitrum vrbs, vbi Accipiter colitur. Deinde Apollinis vrbs quę etiam Crocodilis est inimica.

DE ÆTHIOPIBVS.

Apud eundem, eodem libro.

DEVM putant, alterum, immortalem, qui rerum omnium causſa sit: alterum, mortalem, qui nomine careat, & non sit cognitu facilis. Plerunque autem eos à quibus beneficium acceperunt, & [1] regios, pro diis habent. reges suos, communes omnium seruatores & custodes esse putant, ceteros vero, priuatim eorum quibus benefecerunt. Ex iis qui ad torridam habitant, nonnulli sunt qui deos non credunt, qui quidem Solem oderint, & detestentur quum eum exoriri vident, propterea quod eos vrat & infestet: atque ob id in paludes fugiunt. Meroes cultores etiam Herculem, Panem & Isidem venerantur: ac præterea quendam deum barbaricum.

Mortuos alii in flumen abiiciunt, alii circumfuso vitro domi seruant, alii in fictilibus alueolis eos circum templa defodiunt. Iusiurandum per eos exigunt, & sanctimoniam adhibent. Regem constituunt eum qui vel forma vel alendorum pecorum virtute, vel robore, vel opibus excellat.

Antiquitus apud Meroen summa potestas fuit penes sacerdotes, tantaque auctoritas, vt nonnunquam misso nuncio mortem regi imperarent, & ei alium sufficerent. Postmodo rex quidam consuetudinem hanc aboleuit, cum manu armata in fanum irruẽs, vbi aureum sacellum erat, & sacerdotes omnes iugulans.

Is etiam Æthiopibus mos est, vt vbi rex aliqua parte corporis mutilatur, familiares idem quoquo modo patiantur, & cum eo etiam moriantur: idcirco maxima regi custodia adest. &c.

πρὶν ἢ δουλεῦσαι, πένθος αὐτῆς ἄγεσθαι τὴν τῆς παλακείας χάριν.

Μετὰ δὲ Θήβας Ἑρμουθὶς πόλις, ἐν ἧ ὅ, τε Ἀπόλλωνος νεὼς καὶ ὁ Ζεύς· τρέφεται δὲ καὶ ἐνταῦθα βοῦς. ἔπειτα Κροκοδείλων πόλις, νεμῶσα θηρίον. εἶτα Ἀφροδίτης πόλις καὶ μετὰ ταῦτα Λατόπολις, νεμῶσα Ἄρτεμιν καὶ Λητώ. εἶτα Εἰληθυίας πόλις καὶ ἱερόν. ἐν δὲ τῇ χώρᾳ ἱεράκων πόλις, νεμῶσα ἱέρακας. εἶτ' Ἀπόλλωνος πόλις, καὶ αὐτὴ πολεμοῦσα τοῖς κροκοδείλοις.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΙΘΙΟΠΩΝ.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ.

ΘΕΟΥΣ δὲ νομίζουσι, τὸν μὲν, ἀθάνατον· (τοῦτον δὲ εἶναι τὸν ἅπαντων ποιητήν) τὸν δὲ, θνητόν, ἀνώνυμον μὲν ἅπαντα, χρῶνται δὲ φωνῇ. ὡς δ' ὅπως τὸν μὲν εὐεργέτας, καὶ βασιλικούς, θεοὺς νομίζουσι. καὶ τούτων τοὺς μὲν βασιλέας, κοινοὺς ἁπάντων μὲν σωτῆρας καὶ φύλακας, τοὺς δ' ἰδιώτας, ἰδίους τοῖς οὗ παθοῦσιν ἕκαστοι αὐτῶν. τῶν δὲ ἄλλων τὴν ἀμαχεκαυμένην γῆν, καὶ ἄθεοι νομίζονται· οἵ τε γὰρ τὸν ἥλιον ἐξαίρειν, καὶ κακῶς λέγειν ἐπειδὰν ἴδωσίν αὐίσχοντα, ὡς καίοντα καὶ πολεμιοῦντα αὐτοῖς, καταφεύγειν τε εἰς τὰ ἕλη. τὴν δ' ἐν Μερόῃ θεραπεύουσιν Ἡρακλέα καὶ Πᾶνα καὶ Ἶσιν σέβονται, τὸν δηλῳ τινὶ βαρβαρικῷ.

Τοὺς δὲ νεκροὺς τὸν μὲν εἰς τὸν ποταμὸν ἐκβάλλουσιν, τὸν δ' οἴκοι κατέχουσι, περιχέαντες ὕαλον. τινὲς δὲ ἐν κεραμίαις σοροῖς κατορύσσουσι, κύκλῳ τῶν ἱερῶν. ὅρκον τε τὸν πρὸς αὐτῶν ἀπαιτοῦσι, θεὸν πάντων ἀγιωτάτοισι μάλιστα. βασιλέας τε καθιστᾶσι τὸν κάλλει διαφέροντα ἢ ἀρετῇ, κτήνεος ἰσχύϊ ἢ ἀνδρείᾳ, ἢ πλούτῳ.

Ἐν δὲ τῇ Μερόῃ κυριωτάτῳ τάξιν ἐπέχουσιν οἱ ἱερεῖς· τὸ παλαιὸν δὲ καὶ τῶν βασιλέων πρεσβύτατοι ἦσαν ὅτε ἀποθνήσκειν, πέμψαντες ἄγγελον, καὶ καθίσταν αὐτὶ αὐτοῦ ἕτερον. ὕστερον δὲ κατέλυσε τοῦτο τῶν βασιλέων τὸ ἔθος, ὅπλων μεθ' ὅπλων ὅτι δὲ ἱερὸν ὅπου χρυσοῦς νεώς ἐστι, καὶ τοὺς ἱερέας ἀποσφάξας πάντας.

Ἔστι δὲ καὶ τόδε ἔθος Αἰθιοπικόν. ὃς γὰρ ἂν τῶν βασιλέων πηρωθῇ μέρος τι τοῦ σώματος ὁπωσοῦν, τοὺς αὐτῷ πάντας ὁμοίως σωόντες αὐτῷ μάλιστα, καὶ δὲ αὐτοὶ καὶ συναποθνήσκουσιν· ἐν δὲ τούτου φυλακῇ τοῦ βασιλέως ἐστὶ πλείστη περὶ αὐτόν. &c.

Lege potius ut in vet. exempl. ὃς γε καὶ τὸν ἥλιον φασὶν ἰσ.

πηρωθῇ μέρος τι τοῦ σώματος ὁπωσοῦν, τοὺς αὐτῷ πάντας ὁμοίως σωόντες αὐτῷ μάλιστα, καὶ δὲ αὐτοὶ καὶ συναποθνήσκουσιν· ἐν δὲ τούτου φυλακῇ τοῦ βασιλέως ἐστὶ πλείστη περὶ αὐτόν. &c.

1 *Fortasse*, aliquid regale præ se ferentes.

Ἐκ τῶν Πλουτάρχου ἐν τῷ περὶ Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος.

EX PLVTARCHO, in libro de Isiде & Osiride.

Αἰγυπτίων δὲ ⓐ πολλοὶ, θεραπεύοντες αὐτὰ τὰ ζῷα, καὶ θεὶ ἑποντες ὡς θεοὺς, οὐ γέλωτος μόνον ὠδὲ χλευασμοῦ καταπεπλήκασι τὰς ἱερουργίας· ἀλλὰ τὸν τῆς ἀβλητείας ἐλάχιστόν ἐστι κακόν, δόξα δὲ ἐμφύεται δεινὴ, τοῦ μὴ ἀ-
Malim ἀπρεπίδουσα. θενεῖς καὶ ἀκάκους εἰς ἄθεατον ἐμβρεῖδουσα τῷ δεισιδαιμονίᾳ, τοῖς δὲ θριμυτέροις καὶ θρασυτέροις εἰς ἀθέους ἐμπίπτουσα καὶ θηριώδεις λογισμούς.

Ὀλίγῳ ὕστερον,

Μόνοι γὰρ ἔτι νῦν Αἰγυπτίων Λυκοπολῖται πρόβατον ἐσθίουσιν· ἐπεὶ καὶ λύκους, οὓς θεοὺς νομίζουσιν. ⓐ δὲ Ὀξυρυγχῖται καθ' ἡμᾶς, τὴν Κυνοπολιτῶν ⓐ ὀξύρυγχον ἰχθὺν ἐσθιόντων, κυνὰς συλλαβόντες καὶ θύσαντες, ὡς ἱερεῖον κατέφαγον. ἐκ δὲ τούτου κατ' αὐτοὺς εἰς πόλεμον, ἀλλήλοις τε διέθηκαν κακῶς, καὶ ὕστερον ὑπὸ Ῥωμαίων κολαζόμενοι διετέθησαν.

Μετ' ὀλίγα,

Βοῦν μὲν οὖν καὶ πρόβατον καὶ ἰχνεύμονα δῆλον ὅτι χρείας ἕνεκα καὶ ὠφελείας ἐτίμησαν· ὡς Λήμνιοι κορύδους, τὰ τῶν ἀτελεσθέων βλαστήσαντας ὠὰ καὶ κόπτοντας· Θεσσαλοὶ δὲ πελαργοὺς, οἷς πολλοὺς ὄφεις τῆς γῆς ἀναδιδούσης ἐπιφθονέντες ἐξώλεσαν ἅπαντας. διὸ καὶ νόμον ἔθεντο, φεύγειν ὃς ἂν ἀποκτείνῃ πελαργόν. ἀσπίδα δ' ἴσως καὶ γαλῆν καὶ κάνθαρον, εἰκόνας τινὰς ἐν ἀβλεπέσι μαυρούς, ὥσπερ ἐν σκιᾷ, ἡλίου, τῆς τῶν θεῶν δυνάμεως κατιδόντες.

EGYPTIORVM plerique colentes ipsa animalia, atque erga ea se gerentes tanquam erga deos, non tantum risu & sannis totam sacra faciendi rationem impleuerunt: (hoc enim minimum est malorum quæ ex amentia illa proficiscuntur) sed vehemens innascitur animis opinio, quæ infirmos & simplices in meram superstitionem impingit, at illis qui aliquantum sunt acri ingenio & audaces, ad cogitationes delabitur per quas negatur esse deos, & quæ belluinæ sunt.

Paulo post,

Soli enim ex Ægyptiis Lycopolitæ nunc quoque vescuntur oue: quia Lycos (*i. lupus*) idem facit: quem pro deo habent. Atque adeo ætate nostra quum Cynopolitæ piscem oxyrynchum ederẽt, Oxyrynchitæ canes comprehensos & mactatos tanquam victimam comederunt. Ac quum inde ad bellum deuenissent, cum grauia sibi damna inuicem intulerunt, tum à Romanis, pœnas illis infligentibus, sunt allata.

Paulo post,

Boui quidem certe & oui & ichneumoni, vsus gratia quem præstant, & vtilitatis quam afferunt, eos honorem exhibuisse patet: quemadmodum Lemnii galeritis, quoniam bruchorum oua inuenta confringunt: ac Thessali iconiis, quoniam quum terra multos serpentes produceret, iconiæ superuenientes perdiderunt vniuersos. Ideoque legem tulerunt, vt in exilium abiret quicunq; iconiam occideret. Aspidem vero & felem & cantharum *Aegyptij honore prosequuti sunt*, quum in illis diuinæ potentiæ imagines quasdam obscuras, quales sunt solis in stillis, animaduertissent.

Ac, postquam rationem honoris vaicuique horum animalium exhibiti reddidit, ad crocodilum veniens, scribit,

Οὐ μὴν οὐδὲ ὁ χροκόδειλος αἰτίας πιθανῆς ἀμοιρήσας ἔσχηκε μῦθον· ἀλλὰ μίμημα θεοῦ λέγεται γενέσθαι, μόνος μὲν ἀγλώσσων ὤν. &c.

Ac ne crocodilus quidem honorem probabili ratione carentem habuit: sed exemplar dei fuisse dicitur, quum solus inter animalia sit elinguis. &c.

Pauciſ-

Paucissimis verbis interiectis, subiungit,

Iam vero inter illa quæ vtraque de causſa coluntur, de cane quidem dictum est antea, at ibis, dum reptilia mortifera interficeret, prima medicum euacuationis corporis vsum docuit, quum illum hac ratione se abluentem & purgantem animaduertissent.

Ἀλλὰ μὴν τῶν δι' ἀμφότερα τιμωμένων, τοῦ μὲν τὸν κυνὸς εἰρηται πρόσθεν· ἡ δὲ ἶβις, ἀποκτείνουσα μὲν τὰ θανατηφόρα τῶν ἑρπετῶν, ἐδίδαξε πρώτη κενώματος ἰατρικὴν χρῆσθαι, καταδύντας οὕτω κλύζουσάν τε καὶ καθαίρουσαν ὑφ' ἑαυτῆς. &c.

Alia autem de cane habes eodem in libro, in iis quæ præcedunt: sicut & de aliis non pauca, præter illa quæ inde huc translata sunt.

Tandem vero ita locum hunc claudit, τοῦ μὲν οὖν τῶν τιμωμένων ζώων ταῦτα δοκιμάζω μάλιστα τῶν λεγομένων. *id est,* Atque ex iis quæ de animalibus dicuntur quibus honor exhibetur, hæc maxime sunt quæ probo.

Sunt autem & alij loci vbi rationem honoris certis quibusdam animalibus ab Ægyptiis habiti reddit: (& in nonnullis eadem quæ illo in libro dicuntur.) Ex iis est hic, Sympos. IIII. quæstione V,

Nam muri araneo, qui cæcus est, diuinos honores tributos ab Ægyptiis fuisse aiunt, quoniam tenebras luce antiquiores arbitrabantur: eumque è muribus nasci, quinto partu, in nouilunio: ac iccur eius diminui lumine lunæ deficiente.

Τὸν μὲν γὰρ μυγαλῶν ἐκτεθειάσθαι λέγουσιν ἐν Αἰγύπτῳ, τυφλὸν οὖσαν, ὅτι τὸ σκότος τοῦ φωτὸς ἡγοῦντο πρεσβύτερον· ὑκτεάσθαι δὲ αὐτὸν ἐκ μυὸς πέμπτῳ γενεᾷ, νουμηνίας οὔσης, ἐν ᾗ μειοῦσθαι τὸ ἧπαρ ἐν τοῖς ἀφανισμοῖς τῆς σελήνης.

Deinde & honoris tam leoni quam ibidi exhibiti rationem reddit. Quum autem alibi huius honoris mentionem faciat, tanquam ab omnibus Ægyptiis exhiberi soliti, in iis quæ locum hunc paruo interuallo præcedunt, de sacerdotibus nominatim hoc dicit. Postquam enim ab eo dictus est porcus neque in forma habere aliquid magis absurdum, neque in natura magis illepidum, quam sit in scarabeo, gryphe, crocodilo, fele: *subiungit,* οἷς ὡς ἁγιωτάτοις ἱερεῖς Αἰγυπτίων ἄλλος ἄλλοι προσφέρονται. *id est,* erga quæ, tanquam sanctissima, Ægyptii sacerdotes, alii erga alia, se gerunt. *Quamuis autem, quum scribit illos ita se erga ea vt sanctissima gerere, tacite innuat ea coli ab illis: quum tamen illud, non hoc, sonet Græcum loquendi genus, non debuit à Xylandro ita reddi,* Quorum alia ab aliis Ægyptiorum sacerdotum coluntur. *Quinetiam malè* ἁγιωτάτοις, *quod de animalibus Plutarchus dicit, ille ipsis sacerdotibus tribuit. totum enim locum ita vertit,* Quorum alia ab aliis Ægyptiorum sacerdotum sanctissimis coluntur. *Estque insuper animaduertendum, non dici, loquendo de animalibus,* ἁγιωτάτοις, *sed* ὡς ἁγιοτάτοις. *Atque vt obiter, Plutarchum cum Plutarcho conferre, id est, eius locos inter se, lectorem doceam: dico, genus illud loquendi,* προσφέρεσθαι αὐτοῖς ὡς ἁγιωτάτοις, *respondere illi quod habuimus antea ex libro De Iside & Osiride,* θεραπεύοντες ὡς θεούς.

Ceteros Plutarchi locos omittens, in quibus agit de iis quæ apud Ægyptios peculiariter in more posita erant, venio ad quendam, qui miram quæ in conuiuiis eorum recepta erat consuetudinem describit. Legimus enim in eo eius opusculo quod Conuiuium septem sapientum inscripsit, pag. 256. meæ editionis,

At Ægyptius sceletus (id est *cadauer hominis exsiccatum, cui ossa tantum supersunt*) quem in conuiuia inferentes, *conuiuis* proponunt, & hortantur vt recordentur se non multo post tales futuros, is quamuis ingratus & intempestiuus comessator aduenerit, tamen non omnino nullum ibi locum habet: si quidem non ad potandum & ad fruendum deliciis, sed ad mutuum amorem ac dilectionem exhortatur, monetque vt vitam, quæ tempore est breuis, malis rebus longam non reddant.

Ὁ δὲ Αἰγύπτιος σκέλετος, ὃν ἔνιοι δεικνὺς εἰς φέροντες εἰς τὰ συμπόσια περιτίθενται, καὶ τῷ πιεῖν καλοῦσι μεμνῆσθαι· τάχα δὴ τοιούτους ἐσομένους, καὶ τοσοῦτον ἄχρεις καὶ ἄωρος ἥκων, ὅμως ἔχει τινὰ χαρὰν· εἰ μὴ πρὸς τὸ πίνειν καὶ ἡδυπαθεῖν, ἀλλὰ πρὸς φιλίαν καὶ ἀγάπησιν ἀλλήλων παρορμᾷ, καὶ παρακελεῦ μὴ μάτην βίον, παρ' ὀλίγον ἀναλισκόντα, πράγμασι καὶ νίκαις μακρὸν ποιεῖν.

Suspectum esse potest hoc loco istud vocabulum.

Ab hoc Ægyptiorum in conuiuiis more, qui à Plutarcho describitur, ad alia quæ alij scriptores in conuiuiis itidem, aut etiam simpliciter in cœnis, consueta illis fuisse tradunt, veniendum est. Illorum autem scriptorum testimonia ex Athenæo depromam. Ac primum, in more positum illis fuisse conuiuiorum luxum, & quidem maiorem quam Persis, ex hoc Lynceï in Ægyptiacis loco, vbi Ægyptiorum cœnas Persicis anteponendas esse contendens, scribit.

Αἰγυπτίων ὅπως ἐπεθύμουν ὅπως Ὦχον τὸν Περσῶν βασιλέα, καὶ νικηθέντων, ἐπεὶ ἤρετο αἰχμάλωτος ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεύς, ὁ Ὦχος αὐτὸν φιλανθρώπως ἄγων, ἐκάλεσε καὶ ὅπως δεῖπνον. τῆς οὖν παρασκευῆς ἡμιμύρης λαμπρᾶς ὁ Αἰγύπτιος κατεγέλα, ὡς φαύλως τὸ Πέρσου ἀφαιτημένου. Εἰ γὰρ θέλεις (ἔφη) εἰδέναι ὦ βασιλεῦ πῶς δεῖ σιτεῖσθαι τοὺς εὐδαίμονας βασιλέας, ὅπως ἐπιτρέψον τοῖς ἐμοῖς ποτὲ ἡμιμύροις μαγείροις παρασκευάσαι σοὶ Αἰγύπτιον δεῖπνον. καὶ κελεύσαντος, ἐπεὶ παρεσκευάσθη, καθεὶς ὁ Ὦχος τὰ δεῖπνα, Κακὸν κακῶς σε (ἔφη) ὦ Αἰγύπτιε ἀπολέσειεν ὁ θεοὶ, ὅστις δεῖπνα τοιαῦτα καταλιπὼν, ἐπεθύμησας ἀθλίης βρώσεως.

Quum Ægyptii Ocho Persarum regi bellum intulissent, & Persis victoria potitis rex Ægyptiorum captiuus esset, comiter ac benigne illum tractans Ochus etiam inuitauit ad cœnam. Quum igitur splendidus apparatus foret, irridebat Ægyptius, tanquam viles Persæ epulæ essent. Quod si vis (inquit) videre ô rex qualis beatorum regum victus esse debeat, permitte illis qui mei aliquãdo coqui fuerunt Ægyptiam cœnam tibi struere. Quod quum fieri iussisset Ochus, & structa esset, ea delectatus, Malum te male dii perdant (inquit) Ægyptie, qui, relictis huiusmodi cœnis, viliores epulas expetiueris.

Sequitur apud Athenæum,

Τίνα δ' ἦν τὰ Αἰγύπτια δεῖπνα, Πρωταγορίδης ἐν τῷ τρίτῳ περὶ δαφνικῶν ἀγώνων διδάσκει ἡμᾶς, λέγων ὅτως, Τρίτη δ' ἐστὶν ἰδέα δείπνων, Αἰγυπτιακὴ τραπέζων μὴ οὐ παρατιθεμένων, πινάκων δ' περιφερομένων.

Quænam autem Ægyptiacæ cœnæ essent, Protagorides libro de Daphnicis ludis primo nos docet, his verbis, Tertia cœnarum species, est Ægyptiaca: quum mensæ non apponuntur, sed patinæ circumferuntur.

Male autem vertit quidam, Tertia cœnarum species est Ægyptiarum, in quibus non admouentur mensæ, *&c. Non enim* Αἰγυπτιακῶν, *sed* Αἰγυπτιακὴ *scribit Protagorides: & duabus cœnarum speciebus propositis, tertiam quandam addit, quam esse Ægyptiam dicit.*

Apud eundem Athenæum in fine libri primi legimus, istud esse argumento Ægyptios fuisse vinolentos, quod apud eos solos tanquam lege quadam cautum esset, ante vllum cibum brassicam elixam edere. *Intelligit enim, illos ad vitandam ebrietatem hoc facere solitos fuisse. Apud eundem, in illa libri vltimi parte quæ in omnibus typographicis editionibus desideratur, legimus,* coronam initio epularum dari solitam. *Post quam enim dixit,* Φιλόξενος δ' ὁ διθυραμβοποιὸς ἐν τῷ ὑπογραφομένῳ δείπνῳ ἀρχὴν ποιεῖται τὸν στέφανον τῆς εὐωχίας, *non longo interuallo subiungit,* Τοῦ γὰρ οἶνος ἔθος καὶ παρ' Αἰγυπτίοις, ὡς Νικόστρατος φησὶν ἐν Θυίσῃ.

Vinolentiæ autem illorum & alibi meminit: & quidem in fine libri primi scribitur ex Dione quodam Academico vinosos & bibaces Ægyptios fuisse: atque adeo inuentum apud eos fuisse inopiæ subsidium, vt qui propter illam vino destituerentur, ex ordeo confectum biberent. Eius autem potu adeo exhilarari solitos vt canerent & saltarent, ac omnia facerent quæ qui vino ebrii sunt facere consueuerunt.

Etiam ἀρτοφάγους *vocat Ægyptios Hecatæus, apud eundem lib.* X: *id est,* panis edaces: *mentionem simul addens illius ordeacei potus: id est, ex ordeo confecti.* Ac propterea (*addit Athenæus*) Alexis in libro περὶ αὐταρκείας scribit Bocchorin & patrem eius Neochabin frugali victu vsos fuisse. *Sed miretur quis quomodo facta mentione illius edacitatis panis, necnon illius ex ordeo confecti potus (quo solitos non minus quam vini potu inebriari, modo legimus) subiungat*, Ac propterea Alexis Bocchoridi & patri eius frugalitatis laudem tribuit. *Sed intelligit* (vt opinor) Ac propterea frugalitatis eorum tanquam rei quæ alioqui apud Ægyptios rara & notabilis esset, mentionem facit. *Cæterum voluisse illos arbitror in hac frugalitate, aut victu frugi (nisi quis* μετρίαν τροφὴν *moderatum victum, aut parcum & parabilem, aut etiam tenuem interpretari malit) antiquum etiam morem repræsentare, tanquam fortasse conantes eum reuocare. Legimus enim libro V, ex quodam Apollonio,* καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ὃ παλαιὸν σωφρονικῶς διεξήγετο τὸ περὶ συμποσίων ἦθος. καθήμενοι μὲν γὰρ ἐδείπνουν, τροφῇ τῇ λιτοτάτῃ καὶ ὑγιεινοτάτῃ χρώμενοι, καὶ οἴνῳ τοσούτῳ ὅσος ἱκανὸς ἂν γένοιτο πρὸς εὐθυμίαν. *id est,* Quinetiam apud Ægyptios antiquitus conuiuia temperanter celebrabantur. Sedentes enim cœnabant, viliſſimo quidem sed saluberrimo cibo contenti: ac vino quantum ad exhilarandum animum satis esset.

HEN-

HENR. STEPHANVS LE-
ctionis Herodoti ſtudioſis.

HACTENVS de Ægyptiacis quoque legibus & inſtitutis quædam velut appendix ad Herodotum, ſicut antea de Perſicis. Dare enim illam ampliorem minime viſum eſt, ſicut nec hanc. Quam tamen quoniam titulus promittit non hiſtoricorum tantum ſed aliorum etiam ſcriptorum locos exhibituram, duorum poetarum, vnius inter tragicos celeberrimi, alterius inter comicos non incelebris, verſus adiungam. Illius tragici, cui nomen eſt Sophocli, verſus, (qui omnino aſſentiuntur his Herodoti pag. 103. verbis, ἐν τοῖσι αἱ μὲν γυναῖκες ἀγορεύουσι καὶ καπηλεύουσι· οἱ δὲ ἄνδρες, κατ' οἴκους ἐόντες, ὑφαίνουσι) in OEdipo Coloneo, pag. 283. meæ editionis, ſunt hi,

Ὧν πρώτ' ἐκείνω τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ νόμοις
Φύσιν καταικαθέντε καὶ βίου ξυφάς.
Ἐκεῖ γὰρ ἡ μὲν ἄρσενες κατ' ἔριον
Θακοῦσιν ἱστουργοῦντες, αἱ δ' ἀγοραίαν
Τὰν ἔξω βίου ξυφεῖα πορσύνουσ' ἀεί.

At vero Anaxandridæ comici verſus ſunt hi, aduerſus Ægyptios, animalia, tanquam deos, colentes,

Quos ita ex tempore reddidi,

Patrocinari non queo vobis ego.
Nec moribus enim nos ſumus nec legibus
Conſentientes: diſſidentes plurimum.
Bouem tu adoras, ſacrifico deis eum.
Anguilla deus eſt maximus, te iudice,
Obſoniorum iudicamus maximum.
Haud es ſuillam, veſcor hac ego libens.
Canem veneraris, ipſe contra verbero,
Obſonium voratur illi quum meum.
Noſtra integri vult lex ſacerdotes ſient
Omni ſui parte, integros haud veſtra vult.
Felem ſe habentem quum tu videris male,
Ploras: ego libens perimo, poſt pellem au-
fero.
Araneus mus pollet iſtic, non & hic.

Οὐκ ἂν δυναίμην συμμαχεῖν ὑμῖν ἐγώ.
Οὔθ' ἡ ξύνοσις γὰρ ὁμονοοῦσ', οὔθ' οἱ νόμοι
Ἡμῶν, ἀπ' ἀλλήλων δ' διέχουσιν πολύ.
Βοῦν σὺ σέβῃ, ἐγὼ δ' ἱερεύω τοῖς θεοῖς.
Τιμᾷ ἔγχελυν μέγιστον ἡγῇ δαίμονα,
Ἧμᾶς δ' ἁπάντων ὀψων μέγιστον ὠθεῖ πολύ.
Οὐκ ἐσθίεις ὗν, ἐγὼ δὲ γ' ἥδομαι
Μάλιστα τούτοις. κυνὶ σέβῃ, τύπτω δ' ἐγώ.
Τὸ ψον κατεσθίουσαν ὑμῖν' οὐ λέβω.
Τοὺς ἱερέας σὺ δὲ μόνους ὁλοκληρεῖσθαι νόμος
Εἶναι, πρὸς ὑμῖν δ', ὡς ἔοικεν, ἀπηργμένους.
Σὺ μὲν κλαίεις ἂν αἴλουρον κακὸν ἔχοντ' ἰδὼν ἴδῃς,
Κλαίω δ' ἐγὼ δ' ἂν κτείνας δέρω.
Δύναται πρὸς ὑμῖν μυγάλη, πρὸς ἐμοὶ δέ γ' οὔ.

ADPENDIX ALIA AD HERODOTVM,

De incremento Nili, & eius cauſſis.

è diuerſis auctoribus adiecta.

G. IVNGERMANVS LECTORI CANDIDO S.

DVPLICEM adpendicem ab H.Stephano ad Herodotum,quæ anteceſſit,antea habuiſti, amice lector,& nunc iterum habes. Quam exaugere atque locupletare nobis conſilium nõ fuit,forte nec facile etiam fuiſſet,ſolũ per temporis illius anguſtias,in quas cum hac editione cõiecti ſumus.Bonum potius factum fore putauimus,ſi aliquid adiiceremus,quod quaſi tertiæ adpendicis vicem eſſet,ne prorſus ἀσύμβολοι eſſe voluiſſe videremur: pro eaque re incidere ſtatim quæ de Nilo aliter ac Herodoto factum fuit, diuerſis ab auctoribus diſputata vltro citroque eſſent. Cui cogitationi locum dedimus eo libentius, quod hæc talia cum Stephanianæ adpendicis altera parte ita coniurent amice vt quaſi eius ſubadpendix quędam videri queant. Et quid enim magis Ægyptiacum quam Nilus?Νεῖλος,inquam cum Ariſtide, ποταμῶν οὐχ ἵππον κάλλιστος, ἢ μέγιστος, καὶ χρεία καὶ θέας ἡδονῆ, καὶ τοῖς πᾶσι πολὺ νικῶν. Cui,vt idem facundiſſimus rhetor ex aliquo ἢ ὡς ἀμυήτων puto hauſit, Ægyptiorum feriæ ſollemnes atque ſacrificia pleraque dicata ſunt atque conſecrata. Nec iniuria tanto in honore & veneratione haberi à gentilibus videatur iſte *Vnicus in terris Ægypti totius amnis,*
quum ei id omne acceptum referant, quod terræ motum non ſentiant vmquam, quod à peſte ſint liberi, quod eorũ terram nullis diluuiis cæleſtibus miſceri contingat,vel ingenti imbre obrui.In quibus & Græcos adſtipulatores inuenerunt.Ita enim Ariſtides in extrema Ægyptiaca vnde & priora deprompſimus:ὡς ἢ σεισμοῖς ἢ λοιμοῖς ἢ τοῖς ἐξ ὑετῶν καὶ κατακλυσμοῖς ἀναλωτος ἡ χώρα δι' αὐτόν ἐστιν, ὃν δὲ τοὺς πρὸ ἡμῶν Ἕλληνας ἔλαθεν. De huius vero fluminis potiſſimũ incremento eiuſque cauſſis viri priſci mire inter ſe decertarunt, & vnuſquiſque ſibi facilius reperire potuit qui ſuã ſententiã refelleret,quã qui ſectarentur:ita vix vllus quidquã protulit in mediũ,quin ceteri cõtinuo irent in omnia alia,& ſibi nõ videri teſtarentur. Ea igitur quæ de hac re iſtaque opinionum diuerſitate teſtata relinquere voluere optimi auctores, pluſcula ex variis qui nobis ad manũ erant adiecimus,in quibus pleriſque Herodoti noſtri mentio fit. Nec de ordine laborare multũ voluimus,occupati magis in hoc vt raptim deſcriberemus iſta,ne operas moraremur. Prius tamen poſuimus qui pluriũ de hac re ſententias breuiter collegerũt, vt PLVTARCHVM; & ANONYMVM quẽdã,qui ex H.Stephani officina cum opuſculis variis hiſtoricis ac philoſophicis Ariſtotelis & Theophraſti &c. anno domini ∞ IↃLVII prodiit,à quo præter aliorum & Calliſthenis hiſtorici placitum refertur, quẽ ab aliis quos quidẽ hic coniunximus,haud nominatum arbitror: afferuntur ibi & è tragicis quædam quæ apud alios haud temere reperias,vel non ita plene.His tertius ſuccedit THEOPHYLACTVS SIMOCATA prolixius ſingulorum è priſcis eiuſm.opiniones & referens,& refellens,non tamen è ſuo capite,quod minime adhibuit in conſiliũ,ſed è bibliotheca Diodori Siculi,vnde iſta omnia deſcripſit fere αὐτολεξεί, quãuis bono illo viro ne nominato quidẽ.Sane fuerunt νεῶν & παλαιὰ à conferentibus deprehenſi ſæpius auctores à iuratiſſimis & proximis veteres tranſſcripti ad verbũ, neq; nominati quidẽ,vt Plinii loquamur verbis,Sordidũ tamen hoc,& ab ingenuo pudore alienũ:potiuſq;nobis Virgiliana virtus & Ciceroniana ſimplicitas placeat.*Obnoxij enim profectò*,vt hoc eodem cum Plinio dicamus,*animi & infelicis ingenij eſt, deprehendi in furto malle,quam mutuum reddere,quum præſertim ſors ſiat ex Ϝſura*.Nec itaque mirum, quum & veteres ipſi olim ideo male audirent frequenter,ſi noſter Ægyptius ſequioris iam æui,alienum partum ſibi ſupponere clam voluerit:qua in parte tamen,niſi fallor,cenſoriam notam à litteratis viris, quibus hoc ius ſua virtute datum eſt,haud lucrifaciet.Exſcripſit,inquam, iſta quæ illuſtris hiſtoricus Diodorus Siculus de Nili augmento libro primo βιβλιοθήκης ἱστορικῆς ſub finem τῆ πρώτης μεχίδος,prolixe aliorum opinionibus allatis & confutatis,diſputauit,Simocata ad verbũ fere,raro φράσιν immutans,quibuſdã etiã omiſſis, & mutaſſet ſaltem ordinẽ,vel aliquid de ſuo largitus quoq;fuiſſet.cetera cum ἀκριβῶν quod ad nos attinet diſerte profitemur,nec quidquam volumus alias detractũ,vt quem excutere diligentius nullũ fuerit hactenus ocium. Quũ ea itaq;ex Simocatæ editione nupera adieciſſemus,quãuis correctiora,haud opus eſſe putauimus,vti eadem ex Diodoro deſcriberemus denuo,actum agentes ſcilicet:præſertim quum is è Marnii noſtri officina non ita pridẽ in publicũ editus ſit à L.Rhodomano,viro amico cuius memoriã ſancte colimus, cuiuſq; ex obitu litteras Græcas detrimentũ accepiſſe certo nouimus & vt par eſt dolemus.Excerpſimus ſaltẽ Herodoteæ ſententiæ ἀνασκευὴν,vt apud DIODORVM ipſum ea extabat.καὶ ταῦτα ταῦτα. Poſt hæc inſignis locus ſequitur ex ARISTIDIS Adrianæi oratione Ægyptiaca qui prolixã confutationẽ cõtinet eorũ quæ ſcripſit Herodotus de Nili auctu.Merebatur ſane ea oratio tota hic addi,niſi longitudo obſtitiſſet,quũ operæ noſtræ vix ita ſperent ſe hãc editionẽ tẽpori abſolutũras.Copioſe enim & eleganter omnẽ hãc opinionũ varietatẽ pertractat,primũ de eteſiis ὡς γελοῖον τε καὶ ἀναιδὲς hoſce ventos afferre pro cauſſa illius incrementi:deinde niuibus liqueſcẽtibus quod afferãt,non magis verũ eſſe:tũ ſententiã, quæ in Anonymi ſcripto tribuitur Calliſtheni,redarguit:inde Herodotũ noſtrũ,exin Ephorũ,mox Euthymenẽ,poſt Oenopidẽ,tandẽ & ipſum Homerũ aggreditur.Ariſtidẽ itaq; ὁ φιλοτοιοῦτος poteſt adire ipſum. Nos tantũ,vti diximus,eam orationis partẽ quæ aduerſus Herodotũ noſtrũ directa excerpere potuimus. His omnibus auctatioli loco quædã in candẽ rẽ ex STRABONE, DIONE ſiue eius abbreuiatore XIPHILINO,& HELIODORO ſubiecimus:agmẽ vero hoc nobis claudit THEODORETVS Cyri epiſcopus, quem σύμφωνον Herodoto no-

doto nostro fuisse patet,licet pie moneat nimiam curiositatem in eiusmodi abstrusis nobis abstinendam esse. Hæc sunt,amice lector quæ cũ ista προσθήκην tibi damus. Interpretes singulorũ ἀποσπασμάτων ad orá paginarum exteriorem indicauimus. Vnico isti τῷ ἀνωνύμῳ,quod secundũ numero est,nullus exstabat quod quidem nossem:inueni tamẽ qui tumultuaria opera in Latinam linguá conuerteret,rogatque si cubi aberrauerit ab humano lectore veniam. Græcus textus vt in quibusdam etiam emendatior,quam antea accidit,ederetur,operam pro virili dedimus: idque apparebit spero si cui forte comparare libebit. Alia quædam quæ in mentem veniebant,vel admonenda videbantur,vt & quædam ab aliis adnotata,ea ad inferiores paginarum oras adposuimus. Vale,lector amice & candide,operamq.nostrã qualẽ qualẽ boni consule.

DE NILI INCREMENTO, EX DIVERSIS SCRIptoribus.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΝΕΙΛΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ, ΕΚ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΣΥΓΓΡΑΦΕΩΝ.

EX PLVTARCHO, *De placitis philosophorum libro* IV, *cap.* I.

ΕΚ ΤΟΥ ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ, Περὶ τῶν ἀρεσκόντων τοῖς φιλοσόφοις βιβλ. Δ'. κεφ. ά.

THales censet Etesiariũ, qui venti Ægypto aduersi spirãt, flatu Nili aquas attolli,quod ostia ipsius quibus se exonerat,maris obtrusi influxu obthurentur. Euthymenes Massilienſis, ex Oceano marique externo suapte natura dulci fluuium impleri. Anaxagoras,niue Æthiopica,quæ hyeme frigens,æstate liquetur. Democritvs, niue in partibus ad septemtriones sitis sub solstitium æstiuum resoluta atq; diffusa,densati ex vaporibus nubes,quæ compulsæ versus meridiem & ad Ægyptum ab etesiis ventis,in magnos ac vehementes dissoluantur imbres, quibus cum paludes, tum Nilus impleantur. Herodotvs historię scriptor æqualem à fontibus fluere Nilum hyeme æstateq; perhibet: minorem autem hyeme videri,quia tum sol Ægypto vicinior in vaporem aquas redigat. Ephorvs, historicus is quoq;,æstate ait relaxari totam Ægyptum,ac quasi exsudare copiosam aquam.ac conferre ad hoc etiam Arabiam & Africam ob raritatem & sabulosum solum. Evdoxvs ait, sacerdotes imbribus & oppositis temporum anni rationibus rem imputare. quando enim apud nos æstas est,qui sub æstiuo habitamus Tropico, tũ iis qui eregione sub brumæ circulo degunt hyemem esse, à quibus tum exundans aqua prorumpat.

Interp. Gu. Xylandro.

ΘΑΛΗΣ ⟨1⟩ μὲν ἐτησίας ἀνέμους οἴεται πνέοντας τῇ Αἰγύπτῳ ἀντιπροσώπους ἐπαίρειν τὸ Νείλου ὕδωρ, διὰ τὸ τὰς ἐκβολὰς αὐτοῦ τῇ θαλάσσῃ ἐμποδίζεσθαι τοῦ ἀντιπνέοντος πελάγους ἀνακόπτεσθαι. Εὐθυμένης δὲ ὁ Μασσαλιώτης, ἐκ τοῦ Ὠκεανοῦ καὶ τῆς ἔξω θαλάσσης γλυκείας κατ' αὐτὸν ὑπολαμβάνει πληροῦσθαι τὸν ποταμόν. Ἀναξαγόρας, ἐκ τῆς χιόνος τῆς ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ, τηκομένης μὲν ἐν τῷ θέρει, ψυχομένης δὲ ⟨2⟩ χειμῶνι. Δημόκριτος, τῆς χιόνος τῆς ἐν τοῖς πρὸς ἄρκτον μέρεσιν ὑπὸ θερινὰς τροπὰς ἀναλυομένης τε καὶ διαχεομένης, νέφη μὲν ἐκ τοῦ ἀτμοῦ πιλοῦσθαι, τούτων δὲ ἀπελαυνομένων πρὸς μεσημβρίαν καὶ τὸν Αἰγυπτίου ὑπὸ τῶν ἐτησίων ἀνέμων, ἀποτελεῖσθαι ῥαγδαίους ὄμβρους, ὑφ' ἀναπιμπλαμένας τὰς τε λίμνας καὶ τὸν Νεῖλον ποταμόν. Ἡρόδοτος ὁ συγγραφεὺς ἴσον μὲν ἐκ τῶν πηγῶν φέρεσθαι χειμῶνός τε καὶ θέρους, φαίνεσθαι δ' ἐλάττονα τὸν χειμῶνος, διὰ τὸ ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ πλησιαίτερον εἶναι τὸν ἥλιον τῆς Αἰγύπτου, ἐξαλμυρίζειν τὰ νάματα. Ἔφορος ὁ ἱστοριογράφος δὲ φησὶν ἀναχαλᾶσθαι τὸν ὅλον Αἴγυπτον, καὶ οἱονεὶ ἐξυδρουν τὸ πολύνεμα. συνδιδόναι δὲ αὐτῇ καὶ τὴν Ἀραβίαν καὶ τὴν Λιβύην διὰ τὸ ἄμμον καὶ ὑπόψαμμον. Εὔδοξος δὲ ὁ ἱερεῖς φησι λέγειν τὰ ὄμβρια τῶν ὑδάτων, καὶ τὰ ἀλλοιοῦσθαι τὰς ὥρας, ὅταν πρὸς ἡμᾶς ἐν μὲν θέρει τοῖς ὑπὸ τὸν θερινὸν τροπικὸν οἰκοῦσιν, ὅτε τοῖς ὑπὸ τὸν χειμερινὸν τροπικὸν αὐτοῖς χειμών ἐστιν, ἐξ ὧν τὸ πλημμυρικὸν ὕδωρ καταῤῥήγνυται.

1 legebatur αὐτὸν.q. d. Euthymenem sensisse,mare extremum esse dulce. ms. habet αὐτῷ, *suapte natura*. pro καθ' αὐτῷ. nam adspirationem negligi non est prorsus inusitatum. αὐτῷ etiam Budæus legit.G.Xyl. 2 lib.1.c.25. 3 ἐξυδρουν reponendum existimo ex Xylandri sententia,quum & in libro scripto dein ita se reperisse dicat.Patet id ex opinione Ephori etiam vti eam Diod. Siculus,& ex hoc Theoph. Simocata retulere.

Plutarchi ipsius vero sententia quænam fuerit, docere nos possint qui auctorem illum euoluere diligentius. Mihi saltem succurrunt quæ lib. περὶ Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος *scripsit, è quibus forte conjecturare liceat eum illis qui in etesias auctus Niliaci caussam referebant, non fuisse ἀντίφωνον. Verba ex libello, quem dixi, sunt:* ἢ γὰρ σωτὴρ ὁ αὐτὸς (Τυφὼν) βασιλὶς Αἰθιόπων αἰνίττεται πνοὰς νοτίους ἐξ Αἰθιοπίας. ὅταν γὰρ αὗται τοὺς ἐτησίων ὑπερατήσωσι τὸ νέφη πρὸς τὴν Αἰθιοπίαν ἐλαυνόντων, καὶ κωλύσωσι τοὺς τοῦ Νείλου αὔξοντας ὄμβρους καταῤῥαγῆναι, κατίσχων ὁ Τυφὼν ὑπολείψει, καὶ βιάσας παντάπασι τὸν Νεῖλον εἰς ἐναντίον ὑπὸ ἀσθενείας συγκλείσας καὶ ῥυέντα, κοῖλον καὶ ταπεινὸν ἐξώσεν εἰς τὴν θάλασσαν. ἡ γὰρ λεγομένη κάθοδος εἰς τὸν σορὸν Ὀσίριδος, οὐδὲν ἔοικεν ἄλλο ἢ κρύψιν ὕδατος ἐξανισμὸν αἰνίττεσθαι. διὸ μηνὸς Ἀθὺρ ἀφανίζεσθαι τὸν Ὄσιριν λέγουσιν, ὅτε τοὺς ἐτησίων ὑπολειπόντων παντάπασιν ὁ μὲν Νεῖλος ὑπονοστεῖ, γυμνοῦται δὲ ἡ χώρα, &c. *Dixit atem superius eod. lib. quosdam mystice per Osiridē intelligere Nilum, mare per Typhonem. Nunc Plutarchi illa Latine, vt interpretatus fuit Xylander, adjicio:* Regina vero Æthiopum quæ Typhonem adiuuerit, flatus austrinos ex Æthiopia notat: qui si vincant etesias à quibus versus Æthiopiam nubes pelluntur, prohibeantque imbres decidere quibus Nilus augetur: tum prævalens Typhon æstu vrit, ac plane obtinens, Nilum in diuersam partem ob imbecillitatem fluentem, cauo alueo & humili in mare expellit. Quod enim inclusus in arcam dicitur Osiris, eo nihil aliud significatur quam aquæ occultatio & defectus. Itaque mense Athyr periisse Osiridem dicunt, quando etesiis omnino deficientibus Nilus recedit & solum nudatur.

ΠΕΡἸ ΤΗ̃Σ ΤΟΥ̃ ΝΕἸΛΟΥ ΑὐΞΗΣΕΩΣ ΔΙΑΦΟΡΟΣ ΔΌΞΑ.

Α' ΑΝΟΝΎΜΟΥ.

ΘΑΛΗ̃Σ ὁ Μιλήσιος ἓις τῶν ἑπτὰ σοφῶν φησὶ διὰ τοὺς ἐτησίους γίνεσθαι τὴν ἀναπλήρωσιν. πνεῖν γὰρ αὐτοὺς ἀναντίους τοῦ ποταμοῦ, καὶ τὰ στόματα κωλύειν τὸ ποτὸν αὐτῶν. τὴν μὲν οὖν ἄνεμον ὄντα ἀναντίας πνέοντα κωλύειν τὴν ἔκβασιν τοῦ ποταμοῦ ἐκπίπτειν εἰς τὴν θάλασσαν, ὃ δὴ κῦμα ποιοῦσιν ἀντίον τοῖς στόμασι καὶ οὖριον ὄν, ἀνακόπτειν τὸν πόλεμον, καὶ ἀναπλήρωσιν οὕτως φησὶ γίνεσθαι τοῦ πόλεμου. Ἀναξαγόρας δὲ ὁ φυσικὸς φησι τῆς χιόνος τηκομένης τὴν ἀναπλήρωσιν τοῦ Νείλου γίνεσθαι. ὡσαύτως δὲ καὶ Εὐριπίδης καὶ ἕτεροι ἔνιοι τραγῳδιῶν ποιηταί. ἀλλ' Ἀναξαγόρας μὲν αὐτὸν τὸν ῥεῦσιν, ποιοῦσιν λέγει τὴν ἀναπλήρωσιν, ὡς αὐξόμενος εἴρηκεν. [1] Εὐριπίδης δὲ καὶ τὸν τόπον ἀφορίζει, λέγων οὕτως ἐν δράματι [2] Ἀρχελάῳ,

[3] Δαναὸς ὁ πεντήκοντα θυγατέρων πατὴρ,
Νείλου λιπὼν κάλλιστον ἐκ [4] γονᾶς ὕδωρ,
Ὃς ἐκ μελαμβρέθρου πληροῖ ταμιεύματα
[5] Αἰθιοπίδος γῆς, ἰὼν ἐπ' ἀγκὼν ἑσπέριος,
Τεθριππότευκτος ἡλίου κατ' αἰθέρα.

καὶ ἐν Ἑλένῃ,

Νείλου μὲν ἅδε καλλιπάρθενοι ῥοαί,
[6] Ὃς ἀρδεύει Φακάδος Αἰγύπτου πέδον
Λευκῆς ταχείσης χιόνος ὑγραίνων γύας.

DE NILI INCREMENTO DIVERSÆ SENTENTIÆ.

INCERTO AVCTORE.

THALES Milesius, vnus è septem sapientibus, ait quod ab etesiis fiat illud incrementum. hos enim ferri fluuio aduersos, ostiaque eius opposita esse illorum flatibus. flantem itaque ex aduerso ventum prohibere effluxum fluminis, ne in mare delabi possit: fluctus vero reiectos in ostia, cumque vento ferente, repellere ipsum fluuium. sicque incrementum illius fieri adfirmat. Physicus vero ANAXAGORAS afferit niue liquescente effici istum auctum Nili. Nec aliter etiam EVRIPIDES, & alii quidam Tragœdiarum auctores. nisi quod Anaxagoras quidem ipsam generationem, effectionem vocat huius augmenti, vti ipse dixit: Euripides vero locum præterea definit, ita dicens in fabula Archelao:

Danaus sororū quinquies denûm pater,
Pulcherrimi Nili relinquens flumina,
Qui augmēta sumit extumescēs fluctib.
Nigrāte ab Aethiopide, quū niues liquēt,
Per æthera aurigante sole limpidum.

Et in Helena:

Nili fluenta conspicis amœnissima
Pro rore dio qui per Aegyptum ruens
Humectat arua, nix liquet cum cādida.

---

1 Diod. Sicul. l. 1. bibl. ita: Ἀναξαγόρας δ' ὁ φυσικὸς ἀπεφαίνατο τῆς αἰτίας ταύτης εἶναι τὴν τῶν ἐτησίων χιόνα ἐν τοῖς Αἰθιοπίοις. ὃ καὶ ὁ ποιητὴς Εὐριπίδης μαθὼν παρ' ἐκείνου ἐν τῇ τραγῳδίᾳ φησί, λέγει γοῦν, Νείλου, &c. eosdem versus adferens, præter primum & vltimum, qui hic leguntur plenius. Medios tres ita ibi vertit κῶλα opt. Rhodomanus: *Nili relinquens vndam humo pulcerrimam, Ex AEthiopia qui fluens nigra, sinu Pleno tumescit, quum niues liquefactæ eunt.* 2 Huius fabulæ mentio & apud Stobæum, Iustin. Martyrem περὶ μοναρχίας, Stephanum in Αἰθιοψ, & Strabon. lib. 5. quod didicimus ex catalogo Euripidis tragœdiarum, quem confecit v. c L. Andr. Schottus, nondum edito. 3 Primus versus exstat etiam apud Strab. l. 5. vbi tamen alii subiiciuntur quam hîc. 4 γοῦνατος est in Diod. &c.

5 Quartum hunc versum adfert & Stephanus in Αἰθιοψ. 6 Emenda ex ipso Euripide: ὃς αἰπὺ δίας ψ. legitur etiam ψακάδος in editione Euripidis. Versus sunt in ipso initio dramatis hic nominati. Vnde & apud Aristidem in Ægyptiaca, vbi hanc opinionem refutat, moneo hos versus reconcinnandos & emendandos esse, certe duos posteriores. ἔπεσι, ait, δ' ἐξαπτέον αὖθρα τ' ἐκ λόγου, ὃς φησι, Νείλου μ. α. κ. ρ. ὃς αἰπὺ ἴδιας ψακάδος, Αἰγύπτου πέδον λευκῆς ταχείσης χιόνος, ἀρδεύει Νεῖλος Αἰγύπτου γύας. ita enim mendis & glossis confusa ibi leguntur. Quis enim non videat illa Νεῖλος Αἰγύπτου ineptum esse glossema scilicet. ita & ἀρδεύει fuit additum ab eo qui ὑγραίνει volebat exponere per verbum simile. Emenda itaque locum hunc. Euripidem autem & tragicos taxare ibi Aristidem, patet ex iis quæ inferius subiicit: ἐκ τούτων αἱ πολλαὶ τραγικαὶ ἁμαρτίαι, ψεύσματα, οἷον τὰ Εὐριπίδου, οἷα τὰ Αἰσχύλου αὐτὰ σωθῆναι; & iterum ibidem. Sed ne omittamus G. Canteri versionem, è qua patet & illum non ignorasse veram lectionem: *Nili fluenta pulcra sunt hac virgine, Qui rore pro diolocorum candida AEgyptiorum nive liquente agros rigat.*

Et Æ-

Et Æschylvs:

Aethiopiæ haud incognitum terræ genus
Laudare noui, Nilus vnde defluit
Humũ volutãs quũ flabra imbres cõcitãt,
Vbi ignea diei micans vis splendida
Flamma resoluit ningidas rupes. viget
Aegyptus omnis tum beata, flumine
Sacro tumens, segetesque lætas nunciat.

Incolere autem montes vsque ad fluuiũ nomine Indum: atque esse atro colore. Hos, sicut & ceteros Indos cum quibus commercium habent, esse iustissimos. & hos quidem quæ ab illis dicantur intelligere, quum autem ipsi loqui non possint, latratu & manibus atque digitis, velut eos qui surdi ac muti sint, signa dare. [1] Hos ab Indis Calystrios nominari, quod Græci dicerent κυνοκεφάλους, *id est* [2] *capita canum habentes*. [carnibus eosdem vesci crudis.] Addit, hanc nationem non pauciorum esse quam centum viginti millium hominum. Ad illius autem fluminis fontes purpureum florem nasci, ex quo purpura tingatur nihilo Græca inferior, quin potius multo ea floridior. Ibi & [3] animalia scarabei magnitudine nascuntur, [4] minii ruborem, longissimos autem pedes habentia: quæ mollia sunt vt vermes. nascuntur autem hæc in arboribus quæ [5] electrum ferunt, earumque fructum depascuntur & corrumpunt, vt phthires in Græcia vites corrumpere solent. Hæc animalia terentes Indi, [6] puniceo colore saga & tunicas, & quicquid aliud volunt, inficiunt: suntque hæ tincturæ Persicis præstantiores. Hi Cynocephali in montibus habitantes, nullum artificium exercent, sed è venatu sibi victum comparant: & quæ occiderint animalia, ad solem torrent. [7] Multas præterea oues, capras & asinos alunt. lac autem ouium & oxygala (*q.d. lac acidum*) illis est potus. Vescuntur autem & fructu [8] siptachoræ *arboris supra memoratæ*, è qua prouenit [9] electrum. est enim dulcis. [10] Sed & illis arefactis (vt à Græcis vuæ arefiunt) sportas à se contextas implent, quas deinde ratibus impositas, vna etiam cum flore purgato ex quo purpureus color conficitur, & cum electri ducentis sexaginta talentis, & totidem illius [11] pharmaci quo ad punicei coloris tinctura vtuntur, [12] & *aliis* * electri mille talentis, Indorum regi quotannis aduehunt. [13] Sed & ceteris Indis merces huiusmodi aduehentes vendunt, ab illis vicissim panes & farinam & [14] ligneos amictus accipientes. Sed & gladios quibus ad ferarum venatum vtuntur, arcusque & iacula illis vendunt. sunt enim & sagittarii & iaculatores peritissimi. Sunt autem inexpugnabiles, quod montes altos & inaccessos habitent. Munera autem illis quinto quoque anno rex donat, trecenta arcuum & totidem iaculo-

XXI

XXII

οἰκοῦσι ὄρη ἐν τοῖς ὄρεσι, μέχρι τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ. μέλανες δὲ εἰσι καὶ δίκαιοι πάνυ, ὥσπερ καὶ οἱ ἄνοικοι Ἰνδοί· οἷς ἐπιμίγνυνται. καὶ σημαίνουσι μὲν τὰ πρὸς ἐκείνων λεγόμενα, ἀκούειν δὲ οὐ δύνανται μᾶλλον ἢ λαλεῖν τῇ ὠρυγῇ καὶ ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς δακτύλοις σημαίνοντες, ὥσπερ οἱ κωφοὶ καὶ ἄλαλοι. καλοῦνται δὲ ὑπὸ τῶν Ἰνδῶν Κηρύκριοι, ὅπερ ἐστὶν Ἑλληνιστὶ Κυνοκέφαλοι. [ἔθνος αὐτῶν χρὴ ὠμά.] τὸ δὲ ἔθνος ἐστὶν ἕως δώδεκα μυριάδων. Παρὰ δὲ τὰς πηγὰς τούτου τοῦ ποταμοῦ ἐστι πόα φυκὸς ἄνθος πορφυροειδές· ἐξ οὗ πορφύρα βάπτεται οὐδὲν ἧττον τῆς Ἑλληνικῆς, ἀλλὰ καὶ πολὺ ἀνθηροτέρα. ὅτι δὲ ἔστι γινόμενα θηρία τὸ μέγεθος ὅσον κάνθαρος, ἐρυθρὰ ὥσπερ κιννάβαρι. πόδας δὲ ἔχει μακροὺς σφόδρα. μαλακὸν δέ ἐστιν ὥσπερ σκώληξ. καὶ γίνεται ταῦτα ἐπὶ τῶν δένδρων τῶν τὸ ἤλεκτρον φερόντων· καὶ καρπὸν κατεσθίει αὐτῶν καὶ διαφθείρει, ὥσπερ ἐν τοῖς Ἕλλησιν αἱ φθεῖρες τὰς ἀμπέλους. ταῦτα οὖν τὰ θηρία τρέφοντες οἱ Ἰνδοί, βάπτουσι τὰς φοινικίδας καὶ τὸν χιτῶνας, καὶ ἁπλῶς ὅ,τι ἂν βούλωνται." καὶ ἔστι βελτίω τῶν παρὰ Πέρσαις βαμμάτων. Οἱ δὲ Κυνοκέφαλοι οἰκοῦντες ἐν τοῖς ὄρεσιν, οὐκ ἐργάζονται, ἀπὸ θήρας δὲ ζῶσιν· " ὅταν δὲ ἀποκτείνωσιν αὐτά, ὀπτῶσι πρὸς ἥλιον. πέφυκε δὲ καὶ πρὸς βατα πολλά, ἐν αἷς ἀγρας," ὄνους. πίνουσι δὲ γάλα καὶ ὀξύγαλα τῶν προβάτων. ἐσθίουσι δὲ καὶ καρπὸν τὸν "σιπαχόρα, ἀφ' οὗ τὸ ἤλεκτρον· γλυκεῖς" γάρ. καὶ ξηραίνοντες" αὐτούς, σαγήνας συρράπτουσιν, ὥσπερ ἐν τοῖς Ἕλλησι τὰ" ἀσταφίδα. Οἱ δὲ Κυνοκέφαλοι σχεδίας ποιησάμενοι, καὶ ἐπιθέντες, ἀπάγουσι φόρτον τοῦτον· ἐκ δὲ πορφύρας τὸ ἄνθος" καθαρὸν ποιήσαντες, καὶ τοῦ ἤλεκτρου ξ καὶ σ τάλαντα τοῦ σιαυτοῦ· καὶ" ὅτῳ τὸ φαρμάκῳ βάπτε) τοῦ φαρμάκου, ἕτερα τοσαῦτα. καὶ ἤλεκτρου χίλια τάλαντα ἀπάγουσι κατ' σιαυτὸν τῷ Ἰνδῶν βασιλεῖ. καὶ ἕτερα ὑπὲρ ἀπάγοντες πωλοῦσι τοῖς Ἰνδοῖς, πρὸς ἄρτους καὶ ἄλφιτα καὶ ξύλινα ἱμάτια. πωλοῦσι δὲ καὶ ξίφη, οἷς χρῶνται πρὸς τὴν τῶν θηρίων ἄγραν, καὶ τόξα καὶ ἀκόντια. πάνυ γὰρ καὶ δεινοί εἰσιν ἀκοντίζειν καὶ τοξεύειν. Ἀπολέμητοι δ' εἰσὶ, διὰ τὸ οἰκεῖν αὐτοὺς ὄρεα ἄβατα καὶ ὑψηλά. δίδωσι δὲ αὐτοῖς διὰ πέμπτου ἔτους δῶρα ὁ βασιλεύς, λ μὲν μυριάδας τόξων, καὶ ἀκοντίων τοσαύτας, καὶ ἀσπίδων μυριάδας τριάκοντα, ὥσπερ ἐν τοῖς Ἕλλησι τὰ ἀσπιδιώτια. Ἔστι δὲ καὶ τοξόται καὶ ἀκοντισταὶ ἐν τοῖς ὄρεσι, καὶ ἀκοντίζουσιν ἐπὶ τὰ θηρία· καὶ ἐπὶ τὰ ἄγρια ἐπὶ τὰ ἥμερα. ἔστι δὲ καὶ ἐν τοῖς ὄρεσι τὰ ἄγρια ἥμερα, καὶ ἐν τοῖς πεδίοις τὰ ἥμερα ἄγρια. ἔστι δὲ καὶ ἐν τοῖς ὄρεσι τὰ ἄγρια ἄγρια, καὶ ἐν τοῖς πεδίοις τὰ ἥμερα ἥμερα. ἔστι δὲ καὶ ἐν τοῖς ὄρεσι τὰ ἥμερα ἥμερα, καὶ ἐν τοῖς πεδίοις τὰ ἄγρια ἄγρια

σαύτας, πελτῆ ᾗ, δώδεκα· ϗ ξίφη ᾗ πεντακισμύρια.
Τούτοις τοῖς Κυνοκεφάλοις οὐκ εἰσὶν οἰκίαι, ἀλλ' ἐν σπηλαίοις διαιτῶνται. φηρεύουσι δὲ τὰ θηρία, τοξεύοντες καὶ ἀκοντίζοντες, ϗ διώκοντες καταλαμβάνουσι ταχὺ γὰρ τρέχουσι. λούονται δὲ αἱ γυναῖκες αὐτῶν ἅπαξ τοῦ μηνὸς, ὅταν τὰ καταμήνια αὐτῇ ἔλθῃ, ἅμα ποτὲ δὲ οἱ ἄνδρες οὐ λοῦνται· μόνον, τὰς χεῖρας ἀπονίζονται. ἐλαίῳ δὲ χείρονι τρὶς τοῦ μηνὸς, ὧν ἀπὸ τῶν γάλακτος γινομένων, ϗ ἐκτείνουσι δέρματα. τῷ δὲ ἔθνη ἔχουσιν οὐ δασείαν, ἀλλὰ ψιλὴν τῶν μαλλημάτων, ὡς λεπτοτάτων, ϗ αὐλοὶ ϗ αἱ γυναῖκες αὐτῶν. ἀμφὶ δὲ πλησιώτατοι αὐτῶν λινᾶ φοροῦσιν· οὗτοι δὲ εἰσὶν ὀλίγοι· λίνεα δὲ αὐλοῖς οὐκ εἰσὶν, ἀλλὰ σισύρας ποιοῦνται. οὗτοι δὲ αὖ πλησιώτατοι νομίζονται, ᾧ ἂν πλῆσα τροβάτων ᾖ· ἡ δὲ ἄλλη οὐσία, ὡσαύτως πλησία. γέρων δὲ ἔχουσι πάντες, ϗ ἄνδρες ϗ γυναῖκες, ὑπὲρ τὰ ἑξήκοντα, οἱ μὲν ὡς κύνες· μείζονα δὲ ϗ δασύτερον· ἔστι δὲ τοῖς γυναιξὶ τετραπόδισι, ὥσπερ ἀμφὶ κύνες. ἄλλως δὲ μιγνῦσι, αὐλοῖς ὅσιον· δίκαιοι δὲ εἰσὶ ϗ μακροβιώτατοι πάντων ἀνθρώπων. ζῶσι γὰρ ἔτη ρ' καὶ ὁ, ἔνιοι δὲ αὐτῶν καὶ σ'. Υπὲρ δὲ τούτους, ἑτέροις φασὶ βιοτεύειν, αἰῶνα τῶν προγόνων ἅπαντα μένειν· ὅτοι δὲ ἀμφὶ ἄνθρωποι, μέλανες μὲν εἰσὶν, ὡσαύτως ϗ οἱ ἄλλοι Ἰνδοί· ἐργάζονται δὲ οὐδέν, οὐδὲ ἐσθίουσι σῖτον, οὐδὲ πίνουσιν ὕδωρ. τρέφονται δὲ πολλὰ τρέφουσι, ϗ βοῦς ϗ αἶγας ϗ οἷς· πίνουσι δὲ γάλακτος, μόνον δὲ οὐδέν. ὅταν δὲ μήνη τινὶ αὐτῶν παιδίον, ὃ τέτρηται τὸ πυελὸν, οὐδὲ ἀποπατεῖ· ἀλλὰ τὰ μὲν ἰόντα ἔχει, ὃ δὲ πνεῦμα συμπέφυκε. διὸ ἀποπατοῦσι μὲν οὐ, οὐρεῖν δὲ ὥσπερ τυρὸν αὐτοὺς φασιν οὐροῦν· παχύ, μᾶλλον δὲ γλοερόν. ἐπὰν δὲ πρῶτον πίωσι τοῦ γάλακτος, ϗ εἰς μέσον ἡμέρας αὖθις πιόντες, ῥίζαν φασὶ πρὸ αὐλοῦ εἶναι γλυκεῖαν. ἥτις οὐκ ἔστ' ὃ γάλα πήγνυσι ἐν τῇ κοιλίᾳ. ταύτην οὖν πρώτην ἐσθίοντες, εἰς ἑσπέραν ἕμετον ποιοῦνται, ϗ ἐξεμοῦσιν ἅπαν τὸ βεβρωκός. Ὅτι εἰσὶν ὄνοι ἄγριοι ἐν τοῖς Ἰνδοῖς, ἵπποις ἴσοι ϗ μείζους. λευκοὶ δέ εἰσι τὸ σῶμα, πλὴν κεφαλῆς πορφυρᾶς, ϗ ὀφθαλμοὺς ἔχουσι κυανέους. κέρας δ' ἔχουσιν ἐν τῷ μετώπῳ, ἑνὸς πήχεως τὸ μέγεθος. [τοῦτο τοῦτο κέρατος τὸ ῥίνισμα δίδοται ἐν ποτῷ· ϗ ἔστι φυλακτήριον θανασίμων φαρμάκων.] ϗ ἔστι τοῦ μὲν κάτω τοῦ κέρατος, ὅσον σπιθαμὴ δύο παλαιστὰς ἄνω τοῦ μέτωπον, πολὺ λευκόν·

rum millia, peltarum centum viginti millia, gladiorum quinquaginta millia. His Cynocephalis nullæ sunt domus, sed in speluncis habitant. [1] Quas autem feras inter venandum sagitta vel iaculo petierint, eas persequentes assequuntur. veloces enim sunt ad cursum. Eorum vxores semel duntaxat in mense se lauant, quũ menstrua aduenerunt, alias nunquam. At viri se non lauant, sed manus duntaxat abluunt. Sed ter in mense oleo se vngunt quod è lacte conficitur, & se pellibus abstergunt. [2] Vestem autem villosam non gestant, sed villis carentia masthlemata quam tenuissima ipsa pariter & eorum vxores induunt. At qui sunt inter eos ditissimi, lineo amictu vtuntur. hi autem sunt pauci. Lectorum nullus est apud eos vsus, sed toris extemporaneis vtuntur. [3] Is vero inter eos ditissimus habetur cui maxima fuerit ouiũ copia. Caudã [4] autem habent omnes viri & mulieres, supra nates, canum more: sed maiorem magisque pilosam. Coeunt cum feminis quadrupedes, canum ritu, alioque modo coire turpe censent. Sunt autem iusti, & vitæ, præ quibusuis hominibus, longissimæ. centum enim & septuaginta, nonnulli & ducentos viuunt annos. Vltra hos autem alios habitare dicit supra fluuii fontes: qui nigri sint, sicut & ceteri Indi: ociosique degant, [6] ac neq; frumentum edant, neq; aquam bibant: sed magnam boum, capraru m, ouiũ copiam alant, eorumque lac potent, ac nihil aliud. Apud illos quum in lucem prodeunt infantes, sedem perforatam non habent, neque cacant: sed nates quidem habent, [7] at foramen interiectum non est. quo fit vt non cacent, sed caseosum quiddam meiant, non valde crassum tamen, sed fæculentum. [8] Quũ autem mane lac biberunt, & meridie ad eius potum reuertuntur, dulcem quandam apud eos radicem esse aiunt quæ lac in eorum ventre coagulari non sinat. Huius igitur esu vomitum vesperi prouocant, omniaque facile euomunt. [9] Asinos sylueſtres habet India equis pares, quosdam & maiores: quibus caput purpureũ, oculi cærulei, reliquũ corpus est album. Cornu illis in fronte cubitalis magnitudinis, [cuius scobs in potu datur, tueturq; à mortiferis venenis] cuius inferior versus frontem pars duorum palmorũ spatio sit candidissima:

κεῖται D.H.

ἀπὸ D.H.

ἀλ. παχὺ ἀλλὰ γλε-γές

ἔχει D.H.

ἐκ Bas. I.

17

παλαιστὰς ὡσεὶ ὃ μέτωπον

---

1 In venatione iaculis potissimum feras, vel sagittis petere; easdemque persequendo, quod cursus velocitate præstent, etiam assequi. 2 Veste adhæc vti, non villosa, sed è glabris maceratisque pellibus quam tenuissimis, ipsos æque atq; vxores. 3 Hunc apud eos ditissimum haberi, qui plurimum habeat pecoris; ac reliquas opes his propemodum esse similes. 4 *Caudatorum hominum meminit quoque Plin. l. 7. c. 2. in fine.* 5 fluuij illius f. 6 quin nec cibo eos vesci vllo, aut aquam bibere, &c. 7 anus tamen ipse coaluit; 8 Quod si lacte mane poto, etiam in meridie adbiberint. 9 *Totam hanc narrationem, mutatis dumtaxat aliquot vocabulis, retulit Aelian. in c. 52. quarti sui libri de animal.*

¶ 1 *Malim interpunctionem ponere post ἐσπέραν quam post πρώτην nam vt ἅπαξ ἢ δὶς μέσου ἡμέρας πίνουσι τοῦ γάλακτος, ita εἰς ἑσπέραν πρώτην τὴν ῥίζαν,* H. S. 2 ὁ παλαιστὴς S. Emp. l. xx. *interpretibus, Philoni, Laertio, & alijs dicitur τὸ παλαιστιαῖον μέγεθος.* D.H.

at su-

at ſuperior quæ in acutum tendit, punicea ſit, ſummum ruborem adiunctum habens: pars autem media, ſit nigra. Ex his pocula conficiuntur, è quibus qui bibunt, nec ſpaſmo nec ſacro morbo corripiuntur: ſed nec venena vllam in eos vim habent, ſi modo vel antequam illa hauriant, vel, poſtquam hauſerint, aquam aut vinum aut aliud quippiam ex illis poculis bibant. Ac ceteri quidem aſini & manſueti & ſylueſtres ceteraque [1] ſolidipeda animantia & talis, & felle in iecore carent: at hi & talum, & fel in iecore habent: & quidem talum omnium quos mihi videre contigit pulcherrimum, bouis talo & ſpecie & magnitudine ſimilem, perinde grauem ac plumbum, [2] minij colorem nō in ſuperficie tantum, ſed & interius habentem. Eſt autem & velociſſimus & [3] ſtrenuiſſimus: eumque nec equus nec aliud animal perſequens aſſequi poteſt. Et initio quidem remiſſus currit: quo autem diutius cucurrerit, miro quodam modo concitatior fertur, eiuſque magis & magis velox eſt curſus. [4] Hac autem arte ſola poteſt à venatoribus capi: Quum illi ſuos catulos ad paſcua eduxerint, à multo equitatu circumdantur. nolentes autem relictis catulis fugam capere, cornibus calcibuſque & morſibus pugnant, multoſq; & equos & viros interficiunt: ſed tandem & ipſi ſagittis & iaculis confoſſi ab illis capiuntur. viuos enim capere nullo modo queas. Eorum vero carnes propter amaritiem eſculenta non ſunt. atque adeo non propter aliud quam propter cornua & talos hoc animal venantur. In flumine Indico [5] vermis naſcitur ſpecie quidem eum qui innaſci ficui ſolet referens, ſeptem autem cubitorum longitudinem, alius maiorem, alius minorem habens: craſſitudinem vero talem vt eum puer annos decem natus vix vlnis amplecti poſſit. Duo ſunt illi dentes, vnus ſupra, alter infra. his dentibus quicquid prehenderit, deglutit. Et interdiu quidem in limo fluminis commoratur, at noctu egreditur: egreſſus autem, quemcunque obuium bouem aut camelum momorderit, ad fluuium trahit, totumque, præter ventrem, deuorat. Capitur grandi hamo, cui hœdum aut agnum ferreis catenis alligauerint. Vbi ceperunt, [6] per triginta dies ſuſpenſum, vaſis ſuppoſitis, relinquunt: intra quod tempus ex eo diſtillant quæ decem cotylas Atticas implere

XXIII

XXVI

XXVII

Τὸ δὲ ἐπόψιον ὀξύ ἐστι τοῦ κέρατος· πόθεν δὲ φοινικοῦν ἐστιν, ἐρυθρὸν πόθεν· Τὸ δὲ ἄλλο τὸ ἐν τῷ μέσῳ, μέλαν. ἐκ τούτων ⓐ πίοντες (κατασκυάζουσι γὰρ ἐκπώματα) ἄσπασμῷ, φασίν, οὐ λαμβάνονται, οὔτε τῇ ἱερᾷ νόσῳ. ἀλλ' οὐδὲ φαρμάκοις ἁλίσκονται, οὐτ' ἂν πρόσπίωσιν, οὔτ' ἂν τῶν φαρμάκων ὅτι πίωσιν ἢ οἶνον, ἢ ὕδωρ, ἢ ἄλλο τι ἐκ τῶν ἐκπωμάτων. ⓑ μὴν οὖν ἄλλοι ὄνοι καὶ ἥμεροι καὶ ἄγριοι, καὶ τὰ ἄλλα μώνυχα θηλέα πάντα ἀστραγάλους οὐκ ἔχουσιν, οὐδὲ χολήν· ὅτι τῷ ἥπατος· οὗτοι δὲ καὶ ἀστράγαλον καὶ χολὴν ὅτι τὸ ἥπατος ἔχουσι. ⓒ δὲ ἀστράγαλον, κάλλιστον ὧν ἐγὼ εἶδον, οἷον καὶ βοὸς τὸ εἶδος καὶ τὸ μέγεθος· βαρὺς δ' ὡς μόλιβδος· τὴν δὲ χρόαν, ὥσπερ κινάβαι, καὶ ὑπόβαθρος. τὸ ταχύτατον δὲ ὅτι τὸ ζῷον τοῦτο καὶ ἀλκιμώτατον· οὐδὲν δὲ οὔτε ἵππος, οὔτε ἄλλο διωκόμενον καταλαμβάνει. ἄρχεται δὲ, τρέχον βραδύτερον· ὅσον δ' ἂν πλέονα χρόνον τρέχῃ, ἐντείνεται δαιμονίως, καὶ μᾶλλον καὶ θᾶσσον τρέχει. Ἄλλως μὲν οὖν ἀθήρατόν ἐστι τὸ ζῷον τοῦτο· ὅταν δὲ τὰ τέκνα μικρὰ ὄντα πρὸς ἀγῶνα ὑπὸ τῶν βοτήρων, καὶ ἐπὶ ἱπποπείας πολλῆς περιληφθῶσιν, οὐ βούλονται φεύγειν καταλιπόντες τοὺς πώλους, ἀλλὰ μάχονται καὶ κέρασι καὶ λακτίσμασι καὶ δήγμασι, καὶ πολλοὺς καὶ ἵππους καὶ ἄνδρας ἀπολλύουσιν· ἁλίσκονται γὰρ καὶ αὐτοὶ, τοξευόμενοι καὶ ἀκοντιζόμενοι. ζῶντας γὰρ οὐκ ἄν λάβοις. Τὰ δὲ κρέα, διὰ τὴν πικρότητα, ἄβρωτά ἐστιν. Ἠρθύεται γὰρ ὑπὸ τῶν κεράτων καὶ τῶν ἀστραγάλων ἕνεκεν. Οἱ δὲ ἐν τῷ ποταμῷ τῷ Ἰνδῶν σκώληξ γίνεται, τὸ μὲν εἶδος, οἷον καὶ ἐν τῇ συκῇ εἰώθασι γίνεσθαι, τὸ δὲ μῆκος, πήχεων ἑπτά. καὶ μείζους δὲ καὶ ἐλάττους. Τὸ δὲ πάχος δεκαετέα παῖδα μόλις φασὶ ταῖς χερσὶ περιλαβεῖν. ἔχουσι δὲ ὀδόντας δύο, ἕνα ἄνω, καὶ ἕνα κάτω· καὶ ὅ, τι ἂν λάβωσι τοῖς ὀδοῦσι, κατεσθίουσι· καὶ τὸν μὲν ἡμέρας ἐν τῇ ἰλύι τοῦ ποταμοῦ διάγουσι· τῇ δὲ νυκτὶ ἐξέρχονται. καὶ τούτων ὃς ἂν ἐντύχῃ ἀνθρώπῳ ἐν τῇ γῇ βοΐ ἢ καμήλῳ, καὶ δάκῃ, συλλαβὼν ἕλκει εἰς ⓓ ποταμὸν, καὶ πάντα κατεσθίει, πλὴν τῆς χειλίας. ἀγρεύεται δ' ἀγκίστρῳ μεγάλῳ, ἔμφορον ἢ ἄρνα ἐνδήσαντες τῷ ἀγκίστρῳ, καὶ ἀλύσεσι σιδηραῖς ἐναρμόσαντες. ἀγρεύσαντες δὲ τειχέα ἡμέρας πρεμῶσιν ἄνευ, καὶ ἄγξα· ὑποδέονται δὲ καὶ ῥεῖ ἐξ αὐτοῦ ὅσον δέκα κοτύλας Ἀττικὰς τὸ πιόντας

πιόντες D. H.

al. τῷ φαρμάκου

τὰ λοιπὰ D H.

ἀστραγάλους ἐχ. ἐ.τ. χολὴν ἔχουσιν αὐτοὶ D. H.

al. δὲ

δὲ τρέχον βρ. D. H.

πολὺν D. H.

ζῶντας D.H.

al. κίρκοις καὶ λακτίσματι

al. ὑποστέλλουσι

1 quibus ſolida vngula eſt. 2 minij colore ad intima vſque rubentem. 3 robuſtiſſ. 4 Quod igitur alias nunquam per venationem capi poſſet, vbi ſuos pullos adhuc paruulos ad paſcua circumducere cœpit, &c. 5 Hæc ipſa atque alia de hoc verme plura, excerpſit ex Cteſia Aelian. lib. 5. cap. 3. de animal. 6 Idem de eo & Philoſtratus refert.

¶ 1 ἕτερα φησὶ περὶ τούτου καὶ ὁ Φιλόστρατος, Max. Margun.

πλῆθος. ὅταν γὰρ ἐλθωσιν αἱ τεσσαρακοντα ἡμέραι, ἀποῤῥίπτουσι τὸν σκώληκα, καὶ τὸ ἔλαιον ἀσφαλισάμενοι, ἄγουσι τῷ βασιλεῖ μόνῳ τὴν Ἰνδῶν· ἄλλῳ γὰρ οὐκ ἔξεστιν. ἔξεστι δὲ αὐτὸ ἔχειν. τίθησι δὲ ἔλαιον [ὡς πῦρ] ἐφ' ᾧ ἂν ἅπτηται, καὶ καταφλέγει ξύλα καὶ ζῶα· καὶ ἄλλως δὲ σβέννυται εἰ μὴ πολλῷ πολλῷ τε καὶ παχεῖ. Ὅτι ἔστι δένδρα ἐν Ἰνδοῖς ὑψηλὰ ὥσπερ κέδρος ἢ κυπάρισσος· κυπαρίττου D.H. κυπάρισσος, τὰ δὲ φύλλα ὥσπερ Φοίνικος, ὀλίγον πλατύτερα. καὶ μασχαλίδας οὐκ ἔχει. αὐτῇ δὲ ὥσπερ ἡ ἀρσένιος δάφνη, καρπὸν δὲ οὐκ ἔχει, ὀνομάζεται δὲ Ἰνδιστὶ μὺ, κάρπιον, Ἑλλήνισι δὲ μυροβόδα. ἔστι δὲ σπάνια. ῥέουσι δὲ ἐξ αὐτῆς ἐλαίου σταγόνες, οἷς ἐρίῳ ἀναλαβόντες ἀπὸ τοῦ δένδρου, ἀποπιέζουσιν εἰς ἀλαβάστρους λιθίνους. ἔστι δὲ τὸ μὺ χρῶμα, ἀτρέμας ὑπερυθρον καὶ στρουθοχρουν, ὀσμὴν δὲ πάνυ ἡδίστην. ὀσμὴν δὲ φασιν αὐτὸ καὶ ἕτερα πέντε σταδίους. μόνῳ δὲ βασιλεῖ κτητόν ἐστι τοῦτο καὶ τοῖς συγγενέσιν αὐτοῦ. ἔπεμψε δὲ ἐξ αὐτοῦ φησὶ D.H. ὁ Ἰνδῶν τῷ Περσῶν βασιλεῖ. καὶ φησιν ἰδεῖν αὐτὸ Κτησίας, καὶ ὀσφρανθῆναι ὅσ' μῆς οἷας οὔτε εἰπεῖν ἔχω, οὔτε ἄλλοις ἀκούσαι. εἰκάσαι. Ὅτι τὸν καὶ τὸν οἶνον πάντων φησὶ γλυκύτατον, ὡς αὐτὸς (φησὶ) φαγών, καὶ πείρας ἔμαθεν. Ὅτι κριὸν ἐν Ἰνδοῖς (φησὶν) ὅσον πέντε ὀργυιῶν ἢ ἑξαίμετρος, τετράγωνος δέ ἐστι τὸ ὕδωρ ἐν πέτρᾳ. βάθος δὲ ἔχει μέχρι τοῦ ὕδατος, τριῶν ὠχῶν· τὸ δὲ καθ' ὕδατος, τριῶν ὀργυιῶν. λούονται [πρὸς καθαρσιν, καὶ πάντων νοσημάτων ἀπὸ ῥιπίου] δὲ ἐν αὐτῷ ἡδίστου μόνοι τῶν Ἰνδῶν, καὶ ἄνδρες καὶ παῖδες καὶ γυναῖκες. κολυμβῶσι δέ, ὅταν πόδας ῥίψαντες ἑαυτούς. ὅταν δὲ ἐκπηδῶσιν, ἐκβάλλει αὐτοὺς τὸ ὕδωρ ἄνω. οὐκ ἀνέχεται δὲ μόνον ἀναῤῥίπτων, ἀλλὰ καὶ ἄλλο ὅ,τι ἂν ἢ ζῶον, ἐκείθεν εἰς τὸ ξηρὸν, καὶ ζῶν ἐκτεθνηκός. καὶ ἁπλῶς, πάντα τὰ ἐμβαλλόμενα, πλὴν σιδήρου καὶ ἀργύρου καὶ χρυσοῦ καὶ χαλκοῦ· ταῦτα δὲ δέχεται κάτω. ἔστι δὲ τὸ ὕδωρ πάνυ ψυχρόν, καὶ ἡδὺ πιεῖν· φύσιν δὲ ἔχει μέγαν, ὥσπερ ὕδωρ ζέον ἐκ λέβητος, καθαρὸν δὲ τὸ ὕδωρ τοῦτο ἁλφοὺς καὶ φωλιῶντας. καλεῖται δὲ Ἰνδιστὶ βαλλάδη, Ἑλλήνισι δὲ ὠφελίμη. Εἰσὶ δὲ ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς Ἰνδικοῖς, ὅπου ὁ κάλαμος αὐτῶν φύεται, ἀνθρωποι τὸ πλῆθος αὐτῶν ἄγει καὶ τεσσαράκοντα μυριάδων. τούτων αἱ γυναῖκες ἅπαξ τίκτουσιν ἐν τῷ βίῳ·

possint. Elapsis triginta diebus, ipsum vermem abiiciunt: oleum autem,[1] adhibitis custodibus, ad solum Indorum regem mittunt. alij enim id habere non licet. Oleum hoc id cui supe fusum fuerit accendit, & ligna pariter animaliaq; comburit:[2] soloq; luto, & eo quidē crasso, extingui potest. Habent Indi arbores XXVIII cedro aut cupresso proceritate pares, [3] quarū folia palmæ foliis paulo latiora, alioqui sunt similia, & axillis carent. Florem qualē laurus mas emittunt, sed fructum nullum ferunt. Nomen illis est Indicum, carpion: Græcum myrorhoda. Sunt autem raræ. Ex illis olei guttæ distillant, quas lana [4] arbori impressa excipientes, in lapideos alabastros, illam exprimendo, infundunt. Est autem id subrubrum & crassiusculum, [5] adeoque fragrans vt ad quinq, stadia eius odor perueniat. Soli autē regi eiusq; propinquis id possidere conceditur. Ex eo rex Indię ad Persarum regem misit: seq; Ctesias id vidisse, & odorem qui nec dici nec cuiquam alij assimilari possit, se percepisse narrat. Caseum & vinum omnium suaXXIX uissimum illos habere, se expertum scire, (quippe qui vsus sit) commemorat. Fons est apud Indos, quadratæ formæ, XXX circuitu circiter quinq; vlnas habente, [6] cuius aquæ est intra petram, quæ, antequam ad ipsam aquam perueniatur, triū cubitorum, sub aqua trium vlnarum altitudinem habeat. In ea [cum purgandi corporis caussa, tum vt morborum omne genus abarceant] spectatissimi quique Indorum cum liberis & vxoribus se lauant.[7] In eadem nataturi se in pedes proiiciunt, quum autem in eam insiluerint, eos sursum attollit aqua. Nec vero solos homines [8] sursū attollit, sed quoduis animal, siue viuum siue mortuum, in terram expellit: atque adeo [9] quæcunq; in eam coniiciuntur, præter ferrum, argentum, aurum & æs. hæc enim in fundum demittit. Est autem eius aqua perXXXIII frigida, & potu suauis: quæ magnum strepitum edit, non secus ac quæ in lebete feruefit aqua. Sed & vitiligini & scabiei medetur. Hæc Indico sermone XXXI βαλλάδη, Græco, ὠφελίμη, *id est*, *vtilis*, vocatur. In iis Indiæ montibus [10] ex quibus eorum calamus prouenit, habitat quoddam hominum genus non pauciorum triginta millibus, quorum vxores semel duntaxat in vita pariunt,

---

1 probe ac tuto reconditum. 2 neque aliter ext. pot. quam multi crassique luti iniectu. 3 palmæ foliis, paulo tamen latioribus, & absque sinu siue axilla. 4 de trunco abstersas in lapid. deinde alab. exprimunt. 5 suauissimi prorsus odoris

6 huius aqua ita intra saxum continetur, vt à labro ad ipsam trium cubitorum spatium intercedat, aqua vero ipsa trium similiter vlnarum altitudinem teneat. 7 & natant in pedes se coniicientes. nam quando insiliunt, eiaculatur eos aqua sursum.

8 in sublime iacit. 9 *Antigonus hist. mirab. 165. hanc narrationem attingit, additque αἱ πιμπίσῃ πλάγιον, ἐρεῖν ἐμβαλών. Vitiose autem ibi legi, τὰ δὲ αὐτῶν ἀφιείμενα καταδίχεσθαι, omissa negatione, pro μὴ καταδίχεσθαι, ex hoc puto Ctesiæ loco intelliges.* 10 *Vide supra c. 6. & Plin. l. 7. c. 2.* ¶ 1 *Ἅτε φησὶ περὶ τοῦ ἁλὸς τούτου καὶ ὁ φιλόστρατος, γαμικὸν αὐτὸ χρίσμα καλεῖν. Max. Marg.* 2 *Videri posset legendum esse τῶν πειράτων, nisi & antea ita loquutus fuisset.* H. S.

habentque

habentque earum ferus dentes superne pariter & inferne valde pulchros: necnon vniuersis tam feminis quam maribus & capitis & superciliorum pili iam inde à natiuitate sunt cani. Vnusquisq; certe eorum vsque ad trigesimum ætatis annum albos per totum corpus habet pilos: inde nigrescere incipiunt, adeo vt quum sexagesimum attigerunt, nulli illis pili nisi nigri conspiciantur. Sunt iisdem & viris & mulieribus octoni in vtraque manu & vtroque pede digiti. Sunt autem bellicosissimi, & Indorum regem sequuntur ex his sagittariorum quinq; millia, necnon iaculatores. Aures autem illis tantæ magnitudinis esse dicit vt [1] eorum brachia ad cubitos vsque & pone totos humeros operiant. esse autem illas contiguas.

XXXII [2][Est autē in Æthiopia stupendi prorsus roboris animal quoddā [3] Crocottas appellatū, vulgo Cynolycus. Ferunt id humanam imitatum vocem, ex nomine noctu homines euocare, & accedentes deuorare, habere idem leonis magnanimitatem, equi velocitatem, & tauri robur, neque ferro expugnari. In Eubœa quoque Chalcidica felle carere illius loci oues, carnesq; harum admodum esse amaras, vt ne canes quidē iis vesci queant. Aiunt & vltra Maurusias fauces æstate, complui regionem, hyeme torreri. In Cyoniorum præterea regione fontē esse quendam, qui pro aqua oleum scaturiat, quo etiam incolæ ad cibos omnis generis vtantur. In regione adhæc, cui Metadridę nomen, non ita prope mare, esse fontem, qui media nocte vehementissime exundans, magnam eiiciat piscium copiam in terram, vt nec colligendis iis incolæ sufficientes, maximam partem in sicco fœtere sinant.]

XXXIII Hæc quæ fabulis similia sunt, Ctesias scribens, se verissima scribere ait, & quorum vel [4] ipse testis sit oculatus, vel quæ à testibus oculatis acceperit. Multa autem his mirabiliora se prætermisisse, ne, qui ea non vidissent, scribere ipsum quæ fidem non mererentur, existimarent [5].

ἐς τὰ λιχνήματα ὀδόντας ἔχει καὶ τὰ ἄνω καὶ τὰ κάτω πάνυ καλούς. ἐς τὰς τείχας τάς τε ἐν τῇ κεφαλῇ καὶ τὰ τοῦ φρυός, πολιὰς ἔχει πάντα ἐκ γενετῆς, ἐς τὰ ἄλλα τὰ ἄρρενα. μέχρι μὲν οὖν τεσσαράκοντα ἐτῶν λευκὰς ἔχει ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων ἐκείνων τὰς τείχας διὰ ὅλου τοῦ σώματος· ἄρχεται δὲ ἐκεῖθεν μελαίνεσθαι· ἐξήκοντα δὲ ἐτῶν γηρωμένων, ἔστιν ἰδεῖν ἀνδρὶ πάσας ἐχούσας μελαίνας. ἔχουσι δὲ καὶ οἱ ἄνθρωποι αὐτὰ ὀκτὼ δακτύλους ἑκατέρα χειρί, ὥσαύτως καὶ ὀκτὼ ἐπὶ τοῖς ποσί, ἐς ἄνδρες ἐς γυναῖκες ὡσαύτως. εἰσὶ δὲ σφόδρα πολεμιστικοὶ, καὶ βασιλεῖ τῶν Ἰνδῶν ἕπονται· τούτων πεντακισχίλιοι καὶ ἀκοντισταί. τὰ δὲ ὦτα φησὶ τηλικαῦτα εἶναι, ὥστε τοὺς βραχίονας αὐτῶν καλύπτεσθαι μέχρι τῶν ἀγκώνων, ἐς ὅπισθεν τὸν νῶτον ἄπωθεν συγκαλύπτειν. τοὺς δὲ ἑτέρους τοῖς ἑτέροις ἁπτεσθαι.

[Ἔστι δὲ ἐν Αἰθιοπίᾳ ζῷον λεγόμενον Κροκόττας, κοινῶς δὲ Κυνόλυκος, ἔστι δὲ τῇ δυνάμει θαυμαστόν. τοῦτο δέ φασιν ἀνθρωπίνῳ μιμεῖσθαι φωνῇ, καὶ ἀπὸ νυκτὸς καλεῖν ἐξ ὀνόματος τοὺς ἀνθρώπους, καὶ προσιόντας κατεσθίειν. ἔχειν δὲ τὸ θηρίον δηλοῖ λέοντος, τάχος ἵππου, ῥώμην ταύρου, σιδήρῳ δὲ ἄτρωτον εἶναι. ἐν Εὐβοίᾳ δὲ τῇ Χαλκιδικῇ τὰ πρόβατα τοὺς ἐκεῖσε τόπους οὐκ ἔχειν χολήν· ἀλλὰ τὰ κρέα αὐτῶν πάνυ εἶναι πικρά, ὡς τοὺς κύνας ἐθίσαι αὐτά. φασὶ γὰρ, ἐπέκεινα τῶν Μαυρουσίων πυλῶν εἶναι μὲν τοῦτο τὸ ῥεῦμα τὸ ἐκεῖσε τόπους, χειμῶνος ὄντος, θερμούς· ἐν τῇ Κυωνίων χώρᾳ κρήνην εἶναι φησιν ἐλαίου, ἐκ δὲ ὑδατος ῥοῦμα ἐξιέναι· καὶ ἀπὸ τούτου τοὺς ἐποίκους τὴν χρείαν ἀναπληροῦσθαι εἰς τροφὰς πομπείας. ἐν τῇ λεγομένῃ Μεταδρίδᾳ ὄντι χρίῳ, οὐκ ὀλίγον διεκπλεῖν τοῦ θαλάσσης, καὶ περὶ μέσας νυκτὸς πολὺν σφοδρὰν, καὶ ἐκπορεύεσθαι ἐκ τούτου πολλοὺς ἐν τῇ χέρσῳ, ὥστε μὴ δύνασθαι τοὺς οἰκοῦντας συλλέγειν αὐτούς, ἀλλ' ἐὰν τὰ πλεῖστα καὶ ὀζειν ὅτι τοῦ ξηροῦ.]

Ταῦτα [δὲ] γράφων ὁ μυθολογῶν Κτησίας, λέγειν παρεσκεύασται τὰ γραφεῖα. ἐπάγων ὡς τὰ μὲν ἀκοῇ παρ' ἄλλων γράφει, τὰ δὲ πρὸς αὐτοῦ μαθὼν τῶν εἰδότων. πολλὰ δὲ τούτων ὁ ἄλλα θαυμασιώτερα παραλιπεῖν, δέδοκται μὴ δόξαι τοῖς μὴ ταῦτα θεασαμένοις ἀπίστοις συγγράφειν.

κ) κάτω. D H.
κ) τρίχ. ἓν τι τῶν D H. πεπολιωμένας. D H.
γονυάδες D H. μέλ. τίχας. τ' χ. D H. ἑκάστ.
Sequitur in libro Bas.
lib. Basil.
συγγράφειν ὁ ἐν τοῖς κ) ταῦτα. D H.

1 ad cubitum vsque dependentes brachia obtegant, & à tergo inuicem tangentes totos operiant humeros. 2 *Assutum hoc è Cod. Bauarico, si forte huc pertineat.* 3 *Huius etiam Diodorus Siculus meminit lib. 3. Biblioth. c. 3. legendum Aeliani caput 22. lib. 7. de natura animal.* 4 *Contra refert Lucian. lib. 1. veræ histor. Ctesiam de Indis scripsisse, ἃ μήτε αὐτὸς εἶδε, μήτε ἄλλου εἰπόντος ἤκουσε.*
5 Hic igitur illa desinunt.
¶ 1 *Diodorus Sicul. lib. 3.*

CTESIAE

Historici antiquiß. & optimi narrationes abbreuiatæ de rebus & animantibus in India raris & admirandis è Græco in Latinum conuersæ

A LAVRENTIO RHODOMANO.

CTESIÆ narrationes Indicæ vno continentur libro: in quibus magis Ionica Dialecto vtitur. De Indo fluuio commemorat, qua arctißimus ei alueus, XL. ſtadiorum latitudinem habere: qua maxime diffuſus, ducentorum. Indos perhibet plures fere eſſe, quam vniuerſi ſint mortales. De vermi etiam in hoc fluuio agit, quæ ſola beſtiarum in eo naſcatur. Quod vltra Indos nulli habitent mortalium. Quod Indi non pluuiis, ſed fluuio humectentur. De Pantarbi lapide ſigillari: & quod LXXVII. ſigilla & lapillos pretioſos in fluuium deiectos, (qui Bactriorum negociatoris fuere) inter ſe cõſertos ille extraxerit. De elèphantis, quibus muri deſtruuntur. De paruis ſimiis, quibus IV. cubitorum ſunt caudæ. De gallis longe maximis. De aui Pſittaco, lingua & voce hominis prædita: cui magnitudo accipitris, purpurea facies & nigra barba. Ipſa autem cærulea eſt, ad collum vſque, & tunc cinnabari aſſimilis. ſermocinatur vt homo: ſed Indice. Græce etiam, ſi Græce loqui didicerit. De fonte, qui quotannis liquido auro repletur: vnde e. ſitulæ quotannis teſtaceæ hauriuntur. ex teſta eſſe oportet: quia inter hauriendum congelatur aurum, & vaſculum frangi neceſſe eſt, vt aurum educatur. Fons autem quadrangularis eſt, ambitu XVI. cubitorum, & orgyiam profundus: & vnaquæq; vrna talenti habet pondo. Adhæc de ferro in fontis imo: vnde duos ſe gladios habuiſſe Cteſias refert, alterum à rege, alterum à matre regis Paryſatide. de cuius generis gladio cõfirmat, quod in terra defixus [1] nubes & grandines & ventos vrentes auerruncet: ſeque hoc ipſum vidiſſe ait, bis à rege factitatũ. De canibus Indicis, quod magnitudine excellant, & cum leone etiam cõgrediantur. De magnis montibus vnde ſarda effoditur & onyx, & alij ſignatorij lapides. Quod ingens ibi ſiccitas: & ſol decuplo maior videatur, quã aliis in terris, multique æſtu ibi ſuffocentur. Et mare ibidem nihilo minus eſſe Græco: ſuperficie eius vſq; ad IV. digitos feruida. Ideoq; piſcem nullum qui ad feruorẽ propius accedit, viuere poſſe: ſed inferius agere. Quod Indus fluuius per campos decurrens, montes etiam permeet, in quibus calamus naſcitur quem Indicum vocant: craſſitie, quantam bini viri, extenſis vtrinque brachiis, complectãtur: altitudine etiam mali in naui quę decies mille homines vehat. Sunt tamen etiã qui magnitudine ſuperent & deficiant; vt probabile eſt in ſpacioſo monte. Sexu quoque diſtinctos eſſe, ita vt mas non habeat medullam, ſitque validiſſimus, ſed femina habeat. De Martichora quadam inter ipſos beſtia, quæ facie hominẽ refert, & magnitudine leonem æquat, & colore [2] rutilo cinnabari imitatur. [3] Duplex ei dentiũ ordo, aures & oculi hominis, colore cæſio: caudam habet, qualem ſcorpius in Epiro, cubito prolixiorem, in qua etiam aculeus ineſt. tranſuerſos etiã in cauda ſtimulos habet hinc & illinc. adhæc in ſummo fert ſpiculum non ſecus ac ſcorpio. Cui ſi quis appropinquarit ſtimulo pungit, citoq; pręſentiſſima mors eſt. Quod ſi quis eminus contra pugnat, & ante caudam erigens, vt ex arcu, & retro directe intorquens tela iacit. Iactus ad plethri longitudinem pertingit: & quoſcunque ferit, his certam infert necem, excepto elephanto. Spicula pedis longitudinem habent & latitudinem iunci tenuiſſimi. Martichora Græcis ſonat Anthropophagum, quod vt [4] plurimũ homines necat & cibum facit. Aliis tamen beſtiis quoq; veſcitur. pugnatq; tam vnguibus quam aculeis, qui iaculando effuſi denuo renaſcuntur. Frequens id genus beluæ eſt in India. Interficiunt eas homines ſi elephantibus vectati inde ſagittis impetunt. De Indis narrat, quod ſint iuſtiſſimi & multa habet de moribus ipſorum & ſtatutis. Eſt ibi de ſacro quodam territorio in regione inhabitabili, q; nomine Solis & Lunæ venerentur

1 Fons auriſer.
2 Ferrũ ex fonte diuina efficacitatis
3 Pſittacus.
4 Mira ſola quadam natura.
5 Indi crudeliſſimi.
6 Calamicraſſiſſimi.
7 Beſtia tela de ſe iaculans.
8 Sol refrigerans ad tempus

1 Miſit hanc I. Rhodomani verſionem ad nos vir nob. & doctus Mel. Haiminsfeldius Goldaſtus: quam ſi cum ſtudioſis vtriuſque linguæ publice communicaremus, factum noſtrum iis facile adprobatum iri confidimus. Iuuat enim interpretationes inter ſe conferre doctorum virorum, à quibus iam triplicem ita horum Indicorum translationem habemus. nec ea res fructu caret, quum vnus raro videat omnia, vel ſemper ocioſe hoc agat. Alias ad H. Stephanum fuiſſe tranſmiſſam hanc conuerſionem, indicio nobis eiuſdem manus primis duabus pagellis aliquoties in ora adpoſita. Numeros quoque & quaſi breuiaria vt in ora exempli tranſmiſſi inuenimus, ita reliquimus.

1 nebulas *ad oram adpoſuit H. Steph.* 2 rubro ἐρυθρὸς. *ad ſcripſerat H. Steph.* 3 Triplex πλεῖχοι ὀδόντες, *monebat hic H. Stephani manus.* 4 *In exemplo mendoſius deſcripto erat* vt pluri homines. *nos itaq; ea edi iußimus* plurimum.

Ad quod

Ad quod xv. dierum ſpatio à Sardo monte alicui iter patet, vbi per xxxv. dies quolibet anno ſol refrigerat, idq; propter feſtum, vt citra aduſtionem illud peragant & reuertantur. Tonitrua & fulgura & pluuiæ non ſunt in India, ſed venti & preſteres multi: qui quicquid corripuerunt, tollunt. Sol etiam poſt exortum dimidium diei frigus efficit: reliquum ſupra modum eſt torridum in plurimis Indię locis. Indorum nigredo non à ſole eſt, ſed natura. Sunt enim inter ipſos & viri & mulieres candidiſſimi, licet numero pauciores. Et vidiſſe ſe tales ex India feminas duas & v. viros auctor teſtatur. Fidem narrationi de ſole adſtruere volens, quod xxxv. dies in India frigore aerem temperet, addit, igni ex Ætna promanante cum alia euaſtentur, locum quendam in medio, vbi iuſti degant homines, non euaſtari. Etiam in Zacyntho ſcaturigines eſſe piſciferas, vnde pix hauriatur: inque Naxo fontem, vnde merum admodum dulce quandoq; profluat. Et quod ignis ſit iuxta Phaſelidem immortalis, ſemper ardens in petra dies atque noctes nec vnda exſtinguatur, ſed magis inflammetur: ſed ſtorea tandem dometur. In media India homines agunt nigri, & nominantur Pygmæi, lingua à ceteris Indis non diſcrepantes: ſed ſtatura perquam puſilla. Nam longiſſimi eorum binos cubitos: plerique ſeſquicubitum attingunt. Capillus eis prolixiſſimus demittitur etiam ad genua vſque inferius. Barbas inter mortales habent maximas. Quare vbi ad iuſtam excreuere magnitudinem, veſtes amplius non induunt, ſed capillos pone demittunt ab occipitio infra poplites & barbæ crines pedibus tenus ante protendunt. Hinc denſo pilorum amictu totum circumſepti corpus zona eos conſtringunt, & pro veſtitu habent. Inguen præferunt craſſum & prolixum, vt & ad talos ipſos pertingat. Compreſſis ſunt naribus & deformes. Pecora horum, oues, boues, aſini, magnitudine arietes non multum excedunt: equi etiam & muli & cetera iumenta arietes nihil ſuperant. Sectantur Indorum regem pygmæorum circiter III. millia. Sagittarii enim ſunt egregij. iuſtiſſimi interim, & ad Indorum leges ſe conformant. Lepores & vulpes non canibus, ſed coruis & miluiis & cornicibus aquiliſque venantur. Stagnum eſt apud illos 10ccc. [1] ſtadia in circuitu complexum, in quo, ſi ventus ſuperficiem non commouet, oleum ſupernatat: per quod lembis vecti, ex medio in vſum ſuum ſcaphiis hauriunt. Seſamo tamen interim quoque vtuntur & è iuglandib. expreſſo: ſed lacuſtre eſt præſtantius. Piſces etiam lacus hic alit. Magna ibidem argenti copia, & argentifodinæ non profundæ. Profundiores enim eſſe perhibent in Bactris. Producit ſimul aurum India, quod tamen nõ in fluuiis reperiunt, eluuntque, vt ſit in [2] Pactolo fluuio. Sed crebri & vaſti ſunt montes, quos Gryphes frequentant, aues quadrupedes, quæ magnitudine lupum, cruribus & vnguibus leonem repræſentant. Nigræ ceteroquin in corpore pennæ, ſed in præcordiis rubræ. Per has fit, vt aurum illud in montibus copioſum difficulter acquiri poſſit. Oues Indorum & capellæ maiores aſinis: & quaternos pariunt, ſenoſque vt plurimum. Caudæ his prolixæ, quas matribus amputant, vt admiſſioni ſint aptiores. Sus autem nec cicur nec agreſtis habetur in India. Palmæ apud Indos, harumque glandes triplo grandiores Babyloniis. Amnis quidam ex petra mel profundit. Multa dehinc commemorat de iuſtitia incolarum, & ſtudio erga regem, mortiſque contemptu. Fons ibi eſt, cuius quamprimum hauſeris aquam, in caſei morem coagulatur. De coagulato hoc contritum ſi ad trium obolûm pondus dederis alicui cum aqua bibendum, quęcunq; peregerit enunciat. Vtitur eo rex ſi quæſtione de reis habenda verum explorare ſatagit. cõfeſſus, mortem ſibi conſciſcere iubetur, non conuictus ſuo ipſius teſtimonio, dimittitur. Indorum nemo dolore capitis, aut oculorum ęgritudine, aut cruciatu dentium laborat: nec os exhulceratur, nec putredini obnoxius eſt. Ætas illorum ſupra centum ad xx. & xxx & L. & cc. qui diutiſſime viuunt, annos ſe extendit. Serpens apud eos ſpithamæ longitudine, cuius ſpecies purpuram refert pulcerrimam: caput ei candidiſſimum & nulli plane dentes. Capitur è montibus ęſtuoſiſſimis, vnde ſarda eruitur. Non mordet quidem: ſed quemcunque peruomuerit, ei membrum illud omnino computreſcit. Cauda ſuſpenſus duplex edit venenum, electri forma & nigrum: illud è viuo adhuc deſtillat, hoc è mortuo. Quod è viuo effluxit, ſi ſeſami menſura propinetur, confeſtim enecat. Cerebrũ enim his qui bibunt per nares deliqueſcit. Alterum vero ingeſtum ad phthiſin perducit, & per annum vix interitum maturat. De auicula etiam ſcribit, quam Dicæron (quod iuſtum ſignificat) vocant: non maiori quam perdicis ouũ eſt. Hęc excrementa alui defodit, vt non inueniantur. Inuenta autem ſi ad ſeſami portionẽ bibãtur, mane ſopor hominẽ corripit, & abſque ſenſu inde dormit: tandem ſub occaſum ſolis vitæ exitum ſortitur. Lignum ibi eſt quod Parebum dicunt, oliuæ magnitudine reſpondens: ſed in regiis tantum inuenitur hortis: nec florem fert, nec fructum:

22 Tonitrua non ſunt in India.

23 Indi vnde nigri.

24 Miracula quædam naturæ.

25 Pygmæi

26 Stagnũ olei.

27 Aurũ à Gryphibus cuſtoditum.

28 Pecudes in India maiores.

29

30

31

32

33

34

35 Serpentis oleum mirabile.

36 De auicula morem cantem.

37 Radix omnia attrahens.

1 ſtadia *ſuppleui omiſſum à ſcriba.* 2 *Et hic amanuenſis ſalisem ſcripſerat* Pacto Sed er-

xv. autem ſolas habet radices, eaſque craſſas ſubter terra. Craſſities eius vbi ſubtiliſſima eſt quanta brachii. Hæc radix ad ſpithamæ modum ſumpta, vbicunque applicita fuerit, omnia ad ſe pertrahit, aurum, argentum, æs, lapides, & nihil non præter electrum. Si ad cubiti modum [1] ſumpta fuerit, attrahit etiam oues & aues. Hac enim maximam volucrum partem venantur. Quod ſi efficere velis, vt etiam aqua concreſcat, de radice quantum obolus appendit, in choam iniicito; & congelaſcet. Idem & vino continget; manuque ipſum tractabis vt ceram: ſed altero die liqueſcit denuo. cæliacis vtile datur remedium. Fluuius etiam eſt per Indiam labens non magnus, II. ſtadia latus, cui Indorum lingua Hyparcho nomen, quod interpreteris, qui omnia bona adfert. Hic quotannis per xxx. dies electrum defert. In montibus enim arbores eſſe aiunt aquis imminentes: (nam paſſim in montibus aquæ demanant) & certum anni tempus eſt, quo lacrymas illæ egerunt, vt amygdalæ aut pinus, aut id genus aliæ, ad plurimum xxx. dies in anno: quæ cum in fluuium decidunt indurantur. Arborem vocant Siptachoram, quod dulce eſt & ſuaue. inde ſuccinum Indi colligunt. & fructum arbores ferunt racemos, vt vitis; & acini inſunt, vt nucibus Ponticis. In montibus illis homines vitam agunt, quibus caninum eſt caput: & amictus geſtant è ferarum pellibus, nec vllam articulatam vocem proferunt, ſed ritu canum latrant, & vlulant. Atque ita vocem eorum intelligunt. Dentes illis ſunt maiores quam cani: vngues vero ſimiles, licet prolixiores, & plus turbinati. Montesque incolunt ad Indum vſque fluuium. Sunt & hi nigri, & perquam iuſti, vt & Indorum ceteri, cum quibus eis conſuetudo intercedit. Intelligunt quidem quæ ab illis dicuntur: verum ipſi diſſerere non poſſunt, ſed latratu & manibus & digitis ſignificant vt ſurdi & muti. Indi Calyſtrios nominant, quod Græcis eſt Cynocephali. Gentis numerus ad XII. myriades ſe extendit. Ad fontes huius fluuij naſcitur flos purpureus quo purpura tingitur non deterius, quam Græca, imo [2] multo floridior eſt. Creantur ibi beſtiolæ, quantus eſt ſcarabæus, rubore cinnabaris: quibus prælongi ſunt pedes, molleſque ſunt vt vermis. Harum ortus eſt in arboribus electriferis, quarum fructus arrodunt & corrumpunt, vt apud Græcos phthires (volucræ) vitium peſtis. His inſectis Indi contuſis puniceas veſtes & tunicas, & quicquid libet, intingunt, & tinctura hæc melior eſt Perſica. Cynocephali montana incolentes non opus exercent, ſed ex ve natione victitãt: quæ occiderunt, ad ſolis feruorem aſſant. Et multis pecoribus alendis dant operam, & inter hæc capris & aſinis: bibuntq; lac merum & aceto temperatum, ex ouibus. Fructibus etiam Siptachoræ vnde ſuccinum exſiſtit, veſcuntur, cum ſit prædulcis. His torrefactis ſportas conſarcinant, vt apud Græcos fit vuis paſſis. Nam rates Cynocephali texunt, quibus impoſitas illorum ſarcinas auehunt: deque fructu eius arboris & purpuræ flore ab ipſis expurgato & de electro CCLX. talenta ſingulis annis aſportant: & totidem de pharmaco, quod puniceo pannos colere inficit. Mille etiam electri talenta anniuerſarie ad Indorum regem perferunt. Cetera Indis tranſportata vendunt, ad panes, farinas & xylinas veſtes comparandum. Vendunt etiam enſes, quibus ad feras capiendas vtuntur, & arcus & iacula. iaculandi enim & arcu feriendi ſolertia excellunt: ſed bellorum imperiti, quod montes inuios & excelſos incolunt. Munera eis quinto quoq; anno rex erogat xxx. myriades arcuum, & tragularum totidem, peltarumq; duodecim, & gladios quinquagies mille. Nec ædes habent, ſed in ſpeluncis verſantur. Feras non tantum ſagittis & tragulis in venatu domant; ſed etiam inſectando aſſequuntur & prehendunt. Nam pernicitate curſus valent. Vxores illorum in ſingulos menſes lauant ſemel, cum menſtrua eis profluunt, ceteroqui neutiquam. Viri à lauacris abſtinent: manus tamen abluunt, & ter per menſis ſpacium oliuo vnguntur. Veſtes non habent denſas, ſed quam tenuiſſimas, è ſimplicibus coriis, tum viri tum mulieres. Ditiſſimi quidem lineas geſtant, ſed horum ſunt perpauci. Lecti ipſis non ſunt, ſed tori & ſtragula ruſtica. Opulentiſſimus inter eos cenſetur cui plurimum eſt pecoris. cetera bonorum perinde ac vulgaris æſtimatur. Caudam omnes geſtant ſupra clunes iuxta mulieres ac viri, non aliter quam canes, ſed prolixiorem & magis hirſutam. Cum feminis miſcentur in quaternos porrecti pedes, canum more. Nam aliter ipſos coire turpe. Vtque iuſti ſunt, ita longiſſimæ inter omnes mortales vitæ. viuunt enim annos LXX. & C. nonnulli etiam CC. Vltra hos vitam producere alios perhibent ad fluuij fontes. Hoc genus hominum nigro eſt colore, vt & ceteri Indi, nihilq; operis tractant: nec frugib. victitant, nec aquis ſitim reſtinguunt; ſed numeroſis pecorum gregibus alendis ſtudent, vt ſunt boues, capellæ, oues. Lac ergo bibunt, & pre-

42 *Cynocephalorũ hiſtoria. Victus.*

Negotiatio.

Solertia.

Habitatio.

Conſuetudo.

Veſtitus.

Opes.

Cauda.

Iuſtitia & vitæ ſanitas.

Color, & victus temperantia.

38 *Amnis electriferi.*

39 *Homines canino capite.* vide Agatharch. cap. 38.

41 *Purpura Indorum.*

1 *Omiſſa vox* ſumpta *à ſcriba negligentiâ, à nobis itaque immiſſa: quod ideo indicandum, quum & interpres* accepta *vel aliud tale vſurpaſſe potuit.* 2 imo eſt *ſaltem in exemplo, quod ita ſupplenimus, vt editum vides.*

Monstrosi partus. ter hoc nihil. Infans in lucem editus nates nõ habet perforatas, nec feces corporis è posterioribus excernit: sed coxas quidẽ habet, foramen vero [1] coaluit. Ideo non cacare sed mingere eos perhibent quiddam caseo adsimile, non omnino spissum, sed turbidum. *Absurda digestio.* Postquam igitur mane de lacte biberint, & diei medio iterum hauserint, radicem apud eos dulcem esse tradunt, quæ lac in ventriculo consolidari non sinit. Hac comesta circa vesperam sibi vomitum conciliant, & sine molestia per vomitum cuncta reiiciunt.

43 Asinorum in India sylvestrium genus singulare. Sunt præterea Indis asini sylvestres equis pares & quandoque maiores, corpus albi, caput purpurei, cæruleis præditi oculis: quibus vnum est cornu in fronte cubitale. Quod *Cornu.* inferius in eo est, ad frontem vergens binos longum palmos, omnino album: quod sursum tendit, acutum est, idque puniceo rubore excellit. Reliquum in medio nigrum est. Ex eo pocula conficiunt, vnde qui biberint, spasmo (vt narrant) nõ corripiuntur, nec morbo sacro: adde, quod nec veneno succumbunt, siue ante, siue post ex id genus poculis vel vinum, vel aquam, aut aliud quiduis biberint. Alij quidẽ asini tum cicures tum sylvestres, & quicquid est solidungulorum animantium, nec talos, nec fel habent: sed hi soli *Talus.* & taxillos & bilem in hepate habent. Talus certe pulcerrimus est omnium quos mihi videre contigit, similis & compar bouino: sed grauis instar plumbi, colore penitus cinna- *Velocitas.* berino. Velocitate hoc animal & robore pollet: & nec equus, nec aliud quippiam persequendo illud assequi valet. Principio tardius currit, sed quo diutius cursum prosequitur, eo mirabilius ardorem & velocitatem eius intendit. Alia sane ratione capi hæc belua non potest: sed quando teneram adhuc sobolem ad pascua secum circumducunt, à numeroso equitatu circumuenti, fugere desertis pullis nolunt, sed cornuum ictu & calcium impetu & dentium morsu pugnant, multosque equos & viros interimunt. Capiuntur tamẽ & ipsi sagittis & iaculis confecti: nam salua eos vita non ceperis. At carnes propter amaritudinem nimium ab esu sunt alienæ: propter astragalos & cornua tantum expetuntur.

44 Vermus iumẽta abstrahens & mirabile exsudans oleum. In fluuio Indorum vermis nascitur forma, quali in ficubus assolet, VII cubitorum, interdum plus minus, prolixitate; crassitudine, quanta vix à [2] XVII annorum adolescentis manibus comprehendi queat. Binos habent dentes, alterum supra, alterum infra, & quicquid contigerint dentibus, deuorant. Interdiu in fluuij cœno commorantur, noctu exspatiantur. Et quicunque illorum forte offenderit quenquam in terra, vel bouem, vel camelum, morsumque intulerit, correptum trahit in amnem, & totum vorat, præter aluum. Capitur autem hamo prægrandi, cui hœdus aut agnus sit alligatus, & catenæ ex ferro accommodatæ. Captum dies XXX. suspendunt vasis subiectis. Tunc pinguis ex eo liquor destillat ad heminas decem Atticas. Elapsis XXX. diebus, abiecto vermi, oleum bene conditum soli Indorum regi transportant. Alteri enim aliquid inde vendicari non licet. Hoc oleum cuicunque rei affunditur eam incendit, comburitque ligna & animalia, nec alia materia exstinguitur quam largo & spisso luto. Sunt arbores *45 De Carpio seu Myrorhodo in India.* in India excelsæ, vt cedrus & cupressus: folia palmarum, sed paulo latiora, axillisque carent: florem autem emittunt vt laurus mascula, sed absque fructu. Indi Carpium, Græci Myrorhodam nuncupant. Magna eius raritas. Profluunt inde olei guttæ, quas lana arboribus appensa excipiunt, & in alabastra lapidea exprimunt. Color ei est placide subrubescens, & leuiter spissus: odor autem omnium suauissimus, vt ad V. stadia olere affirment. Soli hoc regi possidere licet eiusque propinquis. Inde Persarum regi Indus transmisit. vidisse testatur Ctesias, & odoratum esse incredibile dictu & opinione maius: vt caseum etiam & vinum omnium dulcissimum experientia magistra se cognouisse ait. Fons est apud Indos V. vlnis in orbem *46 Fons omnia reiectans praeter metalla pretiosiora.* ductus, figura quadrata, cuius aqua intra rupem: triumque cubitorum profunditas vsque ad superficiem aquæ: inde ad fundum tres vlnæ. Lauantur inibi nobilissimi Indorum, viri, pueri, & mulieres. Eo in pedes se proiiciunt & vrinantur. Quando igitur insiliunt aqua sursum eos extrudit. Nec vero homines tantum retro iactat, sed etiam quiduis aliud excutit in siccum, viuum sit aut exanime. & quid multa? cuncta quæ iniiciuntur repellit, præter ferrum, argentum, aurum & æs, quæ fundo recipit. Limpha gelida est & potu suauis: magnum vero sonitum edit, ac si aqua in aheno feruens bulliat. Sanat autem hæc aqua vitiligines & scabiem. Indica lingua dicitur Ballada: quod salubrem vertas. Sunt in *47 Homines ineunte aetate cani, in senecta nigri, ceteroqui mõstrosi.* montanis Indorum, vbi calamus crescit, homines ad XXX. M. quorum vxores semel per vitam pariunt, & qui nascuntur dentes secum afferunt supra & infra eximie pulcros.

1 *Suppleuimus interim ex aliorum versione* coaluit; *in exemplo huius interpretationis omissum. Vtinam optimo & eruditissimo amico diutius viuere licuisset, & sua hæc recensere ipsi. Sed deo aliter visum.* 2 *Græca saltem de puero decenni habent,* ἀνδρία παῖδα nec aliter *Aelian. l. V. de animal. c. 1.*

pili autem in capite tum ſuperciliis à primo eis ortu ſunt cani, femellis pariter ac maſculis. Et ad triceſimum ætatis annum quiſque hominum illorum albos retinet crines toto corpore: dehinc nigreſcere incipiunt. Vbi LX. annos attigerint, omnes eorum pilos in nigrum conuerſos eſt videre. Octonos etiam in vtraque manu digitos habent, & totidem in ſingulis pedibus, communiter viri & feminæ. Suntque inſigniter bellicoſi. Ideo Indorum regem quinquies mille ſagittarij & funditores comitantur. Tantulis (ſi credere fas eſt) præditi, vt brachia ad flexum cubiti vſque contegant, & totum retro tergum cooperiant, & altera alteram contingat. Hæc dum ſcribit & fabulatur Cteſias, ſe veriſſima litteris commendare affirmat, partim à ſe viſa memoriæ prodi, partim ab oculatis teſtibus accepta tradi aſſeuerans. plurima vero his magis admiranda ſe prætermittere, ne aliena à fide his qui talia non viderunt referre videatur.

EX IIS.

ΕΚ ΤΩΝ ΑΥΤΩΝ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΚΤΗΣΙΟΥ ΠΕΡΣΙΚΩΝ, καὶ Ἰνδικῶν, καὶ ἄλλων συγγραμμάτων.

EX IISDEM EIVSDEM CTESIÆ PERSICIS, INDICIS, & aliis scriptis,

Fragmenta,

sub nomine eius laudata, si non ipsius semper & verba continent,

collecta & congesta è variis auctoribus.

EX EIVSDEM CTESIÆ PERSICIS.

EX LIBRO PRIMO.

Apud auctorem de nominibus gentilibus, vel Stephanum Byzantium, si modo is auctor.

CHAVON, regio in Media. CTESIAS libro primo Persicorum: Inde vero progreditur Semiramis ipsa & exercitus, peruenitque in Chauonem regionem Mediæ.

Ε'Κ ΤΩ'Ν ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΚΤΗΣΙ'ΟΥ ΠΕΡΣΙΚΩ'Ν.

Ε'Κ ΤΟΥ' ΠΡΩ'ΤΟΥ ΛΟ'ΓΟΥ.

Παρὰ τῷ τὰ ἐθνικὰ συγγράψαντι, Ἡρωδιανῷ Στεφάνῳ τῷ Βυζαντίῳ, εἰ γε οὗτος ὁ γεγράφας.

ΧΑΥΩΝ, χώρα τῆς Μηδίας. Κτησίας ἐν τῷ πρώτῳ Περσικῶν· Ἣν ὑπὲρ Σεμίραμις ἐντεῦθεν ἐξελαύνει, αὐτή τε, καὶ ἡ στρατιὰ, καὶ ἀφικνεῖται εἰς Χαώνα τῆς Μηδίας.

Laudatum hunc librum inuenio & apud Arnobium lib. 1. aduers. gent. Verba eruditiss. auctoris sunt: Age nunc veniat, qui super igneam zonam, magus interiore ab orbe Zoroastres, Hermippo vt assentiamur authori. Bactrianus & ille conueniat. cuius Ctesias res gestas historiarum exponit in primo. Armenius Hosthanis nepos & familiaris Pamphylus Cyri, Apollonius *&c. Vbi Critici tamen hodie ita interpungendum aiunt*: Zoroastres (Hermippo vt assentiamur auctori) Bactrianus. Et ille conueniat, cuius *&c. Sed quisnam ille? cuius nomen omisisse Arnobium vero simile non est. de quo liquido constaret, si Ctesiana exstarent. Libet interim saltem coniectare leuiter, si forte ita distinguendum*: Et ille conu. *&c.* primo, Armenius Hosthanis nepos, *&c.*

EX LIBRO SECVNdo Persicorum.

Apud eundem Stephanum.

Tiriza, Paphlagoniæ vrbs. gentile nomen, Tirizi. CTESIAS Tiriziphanos eos vocat, libro II. Ex Odrysis vero ad

Ε'Κ ΤΟΥ' ΔΕΥΤΕ'ΡΟΥ ΤΩ'Ν Περσικῶν.

Παρὰ τῷ αὐτῷ Στεφάνῳ.

Τίριζα, πόλις Παφλαγονίας. Τὸ ἐθνικὸν, Τίριζοι. Κτησίας Τιριζιφανοὺς αὐτοὺς φησιν, ἐν τῷ δευτέρῳ· Ἐκ δὲ τῶν Ὀδρυσῶν εἰς Τιριζι-

» βαυοὶς οἰκοιῶντας ἐν [1] παι. *

Turizibanos incolentes in Pa. *

Παρὰ τῷ Διοδώρῳ τῷ Σικελιώτῃ, ἐν τῷ β'. βιβλ. ἱστορ.

Ἐπὶ τούτου [Σαρδαναπάλου] μὲν ἡ τῶν Ἀσσυρίων ἡγεμονία μετέπεσεν εἰς Μήδους, ἔτη διαμείνασα πλείω τῶν χιλίων καὶ πεντακοσίων, ἔτι δ' ἑξήκοντα, καθάπερ φησὶ Κτησίας ὁ Κνίδιος ἐν τῇ δευτέρᾳ βίβλῳ.

Apud Diodorum Siculum lib. II. biblioth. histor.

Cuius (*Sardanapali*) tempore Assyriorum imperium, cum annos CIↃ CCCLX (vt CTESIAS Gnidius libro secundo tradit) durauisset, ad Medos deuolutum est. interpr. I. Rhod.

Παρὰ τῷ Ἀγαθίᾳ ἐν τῷ β' τόμῳ τῆς Ἰουστινιανοῦ βασιλ.

